bacchor, -ātus sum, -ārī [*cf. c.* Baccha *et c. gr. βακχεύειν. Th.*]. PRISC. gramm. II 434, 1 a Baccho bacchor baccharis (EVTYCH. gramm. V 470, 23). *nota*: bacchabat AVG. serm. ed. Mai 97, 13. GLOSS. bacchat. **I** *proprie*: **A** *furere*: **1** *de hominibus, diis, furiis*: **a** *Baccharum more*: GLOSS. II 255, 32 *βακχεύω*: PLAVT. Amph. 703 Bacchae bacchanti si velis advorsarier. CIC. ac. frg. 20 (AVG. c. acad. 3, 7, 16) turba temulentorum, quaerentium tantum, quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant. CATVLL. 64, 60 quem procul ex alga maestis Minois ocellis saxea ut effigies bacchantis prospicit. 254 lymphata mente furebant euhoe bacchantes euhoe capita inflectentes. HOR. carm. 2, 7, 27 non ego sanius bacchabor Edonis. SEN. contr. 2, 1, 26. SEN. Ag. 724 (*Cassandra*) cui nunc vagor vaesana? cui bacchor furens? CVRT. 8, 10, 18 bacchantium ululantiumque fremitu. LVCAN. 5, 169 bacchatur demens *Paean.* SIL. 17, 20 semivirique chori, gemino qui Dindyma monte casta colunt, qui Dictaeo bacchantur in antro. STAT. Theb. 7, 466 it geminum excutiens anguem et bacchatur utrisque Tisiphone castris. APVL. met. 8, 27. MIN. FEL. 27, 3 (*ubi trad.* vacchantur). COMM. instr. 1, 12, 11. ARNOB. nat. 4, 35 Venus per adfectus omnes meretriciae vilitatis inpudica exprimitur imitatione bacchari. 5, 43 confusa atque incerta iactatis et inanium per rerum figmenta bacchamini (*Attin colentes*). PRVD. apoth. 400 audiat. CLAVD. 20, 299 non vestris ultra bacchabor in antris (*Cybebe*). 20, 212 aut militis ense bacchati laniant Pentheo corpora ritu. 3, 82 *Megaera* Agamemnonios inter bacchata Penates. MART. CAP. 6, 667 Satyris Aegipanisque bacchantibus. *nota*: TERT. pall. 4 bacchantibus indumentis (*pro* indumentis bacchantium). **b** *sensu latiore*: *furere voluptate, amore, gaudio*: CIC. Catil. 1, 26 hic tu qua laetitia perfruere, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere. 4, 11 versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. COLVM. 10, 197 nunc spiritus orbis bacchatur Veneri. APVL. met. 3, 20 bacchamur in Venerem. 10, 2 completis igne vaesano totis praecordiis inmodice bacchatus Amor exaestuabat. LAMPR. Comm. 5, 4 in palatio per convivia ac balneas bacchabatur. FIRM. err 6, 4 per omnia poenarum genera bacchatus. ARNOB. nat. 1, 17 quid est . . . aliud irasci quam insanire, quam furere . . . et in alterius doloris crucibus efferati pectoris alienatione bacchari? PRVD. c. Symm. 2, 672 Decius iugulis bacchatus apertis. HIER. adv. Iovin. 1, 12 adversarius tota exsultatione bacchatur. LICENT. carm. ad Aug. 72 bacchatasque domos. CLAVD. 18, 24 quaenam ista iocandi saevitia? humanis quantum bacchabere rebus (*sc. Fortuna*)? SALV. gub. 6, 95 in circis plebs tota bacchatur. 6, 71 vox bacchantium. INST. Iust. 3, 12, 1 libera mulier servili amore bacchata. DRAC. Romul. 10, 74 bacchetur adulter. *nota*: ALC. AVIT. carm. 4, 322 bacchatamque diu consumant saecula carnem *et* PRVD. ham. 375 stolidi bacchantia gaudia mundi. *furere ira vel furore, et insanire in universum*: GLOSS. furit insanitur. VARRO Men. 125 *Aiax* bacchans silvam caedit porcosque trucidat. CIC. har. resp. 39 cum sacra ludosque conturbas, . . . tum baccharis, tum furis. SVET. Cal. 56 bacchantem atque grassantem. EXVP. 4 cum hac insolentia in omnis communiter baccharetur. HEGES. 5, 22, 3 Simone . . . bacchante ad officinam crudelitatis. HIER. in Hab. 1, 2 p. 617 in tanta crudelitate bacchatus es. VVLG. Iudith 20, 25 tanta in illos caede bacchati sunt. HIER. in Is. 24, 6 p. 331 qui . . . contra se mutuo furore bacchati sunt. in Os. 1, 4 p. 45 incredibili furore bacchatus est. in Dan. 11, 4 intestino furore bacchantur. epist. 121, 5 proprio contra se furore bacchantur (108, 18[b]). 90 novo pro haeresi furore bacchantes. CLAVD. 28, 191. 3, 368 CASSIOD. var. 3, 20, 4 praefectus bacchari non est in humilis laesione permissus. CORIPP. Ioh. 6, 301 miles bacchatur anhelans. *dolore*: ZENO 1, 16, 6 circa amissi *filii* cadaver bacchatur insana mater. *captum esse divino quodammodo furore, de vatibus et poetis*: VERG. Aen. 6, 77 Phoebi nondum patiens immanis in antro bacchatur vates. STAT. Theb. 10, 666 ad aras (silv. 1, 2, 258. 3, 1, 163). silv. 4, 3, 122. VLP. dig. 21, 1, 1, 10 circa fana *bis.* ARNOB. nat. 1, 1 PRVD. c. Symm. 2, 893 apoth. 400. *nota structuram transitivam*: IVV. 6, 636 grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu (SCHOL. *ad l.* tragoediam scribimus). *de oratore*: CIC. Brut. 276 QVINT. inst. 12, 10, 73. *apud christianos bacchari dicuntur haeretici et pagani*: FILASTR. 75, 1 AVG. epist. 17, 4. CASSIOD. hist. 2, 16 p. 935[A] circa culturam bacchantes idolorum. *iique qui sunt daemone capti*: ARATOR act. 2, 384 VITA Nicet. 12 BAVDON. 27. **2** *de silvis, montibus, ventis, sim.*: NON. p. 78 bacchari veteres non solum Bacchi numine furere dici voluerunt, verum et loca, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt (GLOSS. V 638, 42 bacchari a furore et a loco dici); . . . nam et quidquid vehementius conmovetur bacchari voluerunt. Santra Nuntiis Bacchiis: ita obpletum sono furenter ab omni parte bacchatur nemus. VERG. georg. 2, 487 virginibus bacchata Lacaenis Taygeta (SERV. auct. *ad l.* ubi bacchatae sunt). Aen. 3, 125 bacchatamque iugis Naxon (SERV. *ad l.* aut vitibus consitam aut celebratam Bacchis aut ubi Bacchus ex Indis . . . egit triumphum. *alia* SERV. auct. *cf.* GLOSS. IV 431, 34 bacchatam Baccho sacratam [589, 12. V 543, 9]. V 170, 14 baccharum sacris frequentatum). VAL. FL. 3, 20 Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis. STAT. Theb. 4, 371 bacchate Cithaeron. CLAVD. rapt. Pros. 1, 208 ululatibus Ide bacchatur. OV. trist. 1, 2, 29 sicca gelidus Boreas bacchatur ab Arcto. CIRIS 480 hiberno bacchatur in aequore turbo. HOR. carm. 1, 25, 11 Thracio bacchante . . . vento. VAL. FL. 6, 633 imber . . . bacchatus. PACON. carm. frg. 2 Arctoo plaustro Boreas bacchatur aheno. **3** *de sceleribus, licentia, morte, sim.*: ZENO 1, 9, 3 *avaritia* bacchatur (1, 10, 1). EXVP. 6 non passus est Lepidi audaciam cum publicis detrimentis impune bacchari. HIER. in Is. 22, 15 p. 224 cuius scelera in tota civitate bacchantur. 16, 9 *sq.* p. 273 in tantum eorum mucro bacchatus est, ut *eqs.* CLAVD. 20, 27 bacchatus per operta tremor Chalcedona movit. PAVL. NOL. epist. 23, 14 mortis potestas licentia bacchante regnaverat. ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 11 sufficiat impune bacchatum (*sic Sirmondus pro tradito* baculum; baiulatum *Peiper*) longo tempore crimen incesti. hom. 2 p. 106, 1 mortemque bacchantem. **B** *vagari tam de furente quam sensu latiore*: GLOSS. discurrit pervagatur. LVCR. 5, 823 anima⟨l⟩ . . . omne quod in magni⟨s⟩ bacchatur montibus passim. VERG. Aen. 4, 666 bacchatur Fama per urbem (4, 301 *cf.* GLOSS. vociferat spatiatur). 10, 41 Allecto, medias Italum bacchata per urbes. CVLEX 113 gelidis bacchata iugis *Agaue.* CIRIS 167 infelix virgo tota bacchatur in urbe. APVL. met. 8, 6 cursuque bacchata furibundo. CLAVD. rapt. Pros. 3, 269 toto genetrix bacchatur Olympo. carm. 26, 155 Spartacus omne per latus Italiae ferro bacchatus et igni. OROS. hist. 7, 37, 8 duo tunc Gothorum populi . . . per Romanas provincias bacchabantur (7, 40, 4 IORD. Get. 222. Rom. 130, *ubi* FLOR. epit. 1, 13, 5 vagabantur. *cf.* GLOSS. latrocinatur). PHOC. carm. de Verg. 100 violenta manus bacchata per agros. **II** *metonymice*: PLAVT. Mil. 856 ubi bacchabatur aula, cassabant cadi. *plur. part. praes. subst.* **bacchantēs,** -um (-ium), *i.* Bacchae: GLOSS. bacchans *et* bacchantes: turpiter ludens (-entes) vel discurrens (-entes). turpiter iocantes: OV. met. 3, 702 Cithaeron cantibus et clara bacchantum voce sonabat. 7, 257 passis Medea capillis bacchantum ritu flagrantes circuit aras. CVRT. 8, 10, 15. 9, 10, 24 bacchantium lusus. PLIN. nat. 3, 8 lusum enim Liberi patris aut lyssam cum eo bacchantium nomen dedisse Lusitaniae (MART. CAP. 6, 628). PORPH. Hor. carm. 2, 11, 17 *sq.* Euhius a voce bacchantium Liber pater dicitur. SERV. Aen. 4, 301 'bacchatur' furit more bacchantum. AVG. civ. 6, 9. GLOSS. V 402, 6 bacchantes uuoedende (*anglosax.*).

gēns Bacchuiāna *prov. proc. Africae.* CORP. VIII 12331 (*imperatoris Antonini aetate*). *cf. Schmidt ad l.*

Bacchulus, -a *v.* Bacchylus.

Bacchus, -ī, *Βάκχος. in codd. tam scriptorum quam poetarum passim scribitur* bach-, *nusquam autem a poetis prior syllaba corripitur.* *nota*: CORP. VIII 19540 (*Cirtae*) Bromius v. a. X h. s. e. Bachus fil. dul. pos. INSCR. Rhen. Bramb. 310 (*Colonia Agrippinensi*) C. Iulius C. (filius) Galeria Baccus Luguduni. *ad prosodiam*: HOR. sat. 1, 3, 7 (*ubi vituperat Tigelli morem cantandi*) ab ovo usque ad mala citaret 'io Bacchē', modo summa voce, modo *eqs.*, *ubi codd. et edd. vix recte interpretati sunt* 'io Bacchae'. **I** *deus, qui memoratur inde a* PLAVT. *et* CIC. *ad etymologiam v.* SERV. auct. ecl. 6, 15 *sub* bacchatio *p. 1661, 57.* **A** *proprie*: *cf.* VARRO ling. 7, 87 *sub* Baccha *et* VEN. FORT. carm. praef. 5 salute bibentes insana Baccho iudice debaccharent. AVSON. epigr. 30 Ogygia me Bacchum vocat. Osirin

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aegyptos putat. mystae Phanacem nominant. Dionyson Indi existimant, Romana sacra Liberum, Arabica gens Adoneum, Lucaniacus Pantheum. SCHOL. Arat. rec. interp. p. 192, 3 a Dionysio, qui et pater Liber, qui etiam Bacchus dicitur. 1 *epitheta cumulantur*: VERS. metr. Prisc. gramm. II p. 255, 15 *sqq.* CLAVD. carm. min. app. 6 *cf.* ENN. trag. 107 *sq.* OV. met. 4, 11 *sq.* COLVM. 10, 429 *sq.* COMM. instr. 1, 12: *adsunt multa quae in sequentibus allata non sunt.* *singula*: VAL. FL. 5, 497 audacem. OV. fast. 3, 772 candide. 1, 393 corymbiferi. HOR. carm. 2, 6, 19 fertili (*cf.* PROP. 4, 6, 76). STAT. Theb. 10, 424 fulminei. OV. met. 4, 765 generosi. 3, 317 bis geniti (COMM. instr. 1, 12, 1 [*cf.* 9 bis natus]. AVSON. 336, 35. *cf.* OV. met. 4, 12 satumque iterum solumque bimatrem). Pont. 2, 9, 31 intonso. STAT. Ach. 2, 101 laeti. OV. fast. 3, 481 lĕvis. SEN. Oed. 445 nitidi. VERG. georg. 4, 521 nocturni. AVIEN. orb. terr. 752 pulchri. OV. met. 15, 413 racemifero. VAL. FL. 5, 172 sacri. 7, 301 saevus (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 663 crudelis). TIB. 2, 3, 63 tener (PRIAP. 36, 3 OV. Ib. 497 am. 3, 2, 53 SEN. Herc. f. 472). OV. ars 3, 348 insignis cornu. fast. 6, 483 racemiferos hedera redimite capillos. CORIPP. Ioh. 3, 71 rubens in palmite. PROP. 3, 17, 2 pater (HOR. carm. 1, 18, 6. 3, 3, 13 OV. met. 13, 669 MART. CAP. 1, 1 GLOSS.). COMM. instr. 1, 12 inscr. Liber pater. OV. met. 15, 115 ultoris. VERG. Aen. 1, 734 laetitiae Bacchus dator (*cf.* CARM. epigr. 1504, 46 *saec. II/III*). TIB. 2, 3, 63 iucundae consitor uvae. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 5 ebrietatis auctorem. OV. rem. 593 Edono. Pont. 4, 2, 9 Falerno. STAT. silv. 3, 3, 61 Lydius. VERG. georg. 4, 380 Maeonii (*cf. tamen B*). PLAVT. Men. 835 Bromie (OV. met. 4, 11 *cf. p. 1664, 75*). MACR. sat. 1, 19, 1 Ἐνυάλιος. STAT. Ach. 1, 593 Agenorei. DRAC. Romul. 10, 587 Semeleie (*cf.* TIB. 3, 4, 45 proles Semeles). 2 *laudantur*: munera, latices *sim.*: VERG. georg. 3, 526 Massica Bacchi munera (TIB. 3, 6, 17 OV. ars 1, 565 MANIL. 4, 204 GERM. 91 COLVM. 10, 3 SIL. 11, 285 STAT. Ach. 2, 101 MART. 8, 68, 4 CARM. epigr. 1552 [*in colonia Cillitana, saec. II in.*] A 51. 439 *Sassinae.* 492 *Nicopoli, saec. III* CORIPP. Iust. 3, 87). CARM. de mens. 3, 20 munere (OV. rem. 803 met. 4, 765. 12, 578 AVSON. 377, 18 *cf.* MANIL. 4, 736). SEN. Oed. 324 dona (VAL. FL. 5, 215 SIL. 11, 414). VAL. FL. 4, 533 latices (STAT. Theb. 4, 452. *cf.* GLOSS. Bacchi latex vinum. *v. etiam* GLOSS. bacchatio). VAL. FL. 5, 192 sacri libamina Bacchi. SEN. Thy. 687 sacer Bacchi liquor (SIL. 11, 301 HOMER. 633). COLVM. 10, 302 mero. VERG. georg. 2, 143 Bacchi Massicus umor. *cf.* ENNOD. carm. 2, 67 *famuli* dum tingunt rosei plantas de sanguine Bacchi *et B.* numen Bacchi: VERG. Aen. 7, 385 OV. met. 4, 416 (*cf.* trist. 5, 3, 46) CORIPP. Ioh. 6, 306. sacra, orgia *sim.*: PACVV. trag. 422 sacris. OV. met. 6, 587 sacra . . . trieterica (VAL. FL. 2, 623 *cf.* VERG. Aen. 4, 302 OV. rem. 593 AVSON. 336, 5 AMM. 22, 8, 23 SIDON. carm. 9, 207). STAT. Ach. 1, 593 orgia (OPT. PORF. carm. 27, 5 arcana. AVIEN. orb. terr. 752 CLAVD. 8, 604 ENNOD. epist. 7, 22, 3. GLOSS. III 239, 35 τὰ Διονύσου μυστήρια). VERG. Aen. 7, 405 stimulis. ecl. 5, 30 thiasos. OV. epist. 4, 47 furiis. PAVL. FEST. p. 30 festa. *cf.* Bacchanal *p. 1661, 1.* PAVL. NOL. carm. 19, 169 dementia. tibia, cornua *sim.*: VERG. Aen. 11, 737 tibia. OV. ars 1, 232 cornua (*cf.* EPIST. Sapph. 24). MART. 1, 76, 7 hederae. templa, lucus *sim.*: PACVV. trag. 310 templa (VAL. FL. 2, 254). OV. fast. 2, 313 nemus. SEN. Herc. f. 1286 lucos. COLVM. 10, 221 iuga. *notandae in India* Bacchi columnae (DIONYS. perieg. 623 στῆλαι . . . Διονύσου): AVIEN. orb. terr. 824. PRISC. perieg. 617 statuas. CLAVD. 7, 208 Herculeum finem, Bacchi transcurrite metas. matertera, sequaces, comites *sim.*: OV. fast. 6, 523 matertera (SEN. Oed. 445). Ib. 497 teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi. MANIL. 5, 143 Bacchi Venerisque sequaces. PETRON. 133 Nympharum Bacchique comes (*i. Priapus.* CARM. c. pag. 71 *cf.* 49). *cf. ibid.* tutor. STAT. Ach. 1, 646 comites. VERG. georg. 3, 264 lynces Bacchi variae. STAT. silv. 5, 1, 26 sacerdos. CARM. epigr. 211 (*Romae*) Propitiae pupa et famula, Bacchi cymbalis(tria?).

3 *acclamationes*: Bacche *saepe*, Bacche pater *cf. supra l. 19.* euhoe Bacche: VERG. Aen. 7, 389 OV. met. 4, 523 *cf.* PLAVT. Men. 835 OV. ars 3, 157 *et* PAVL. NOL. carm. 19, 281. HOR. sat. 1, 3, 7 io Bacche. *cf. p. 1664, 79.* BASS. gramm. VI 256, 5 Bacche Bacche Bacche. *cf.* 255, 6 Bacche *septiens.* 9 Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche. 4 *sidus*: MANIL. 3, 153. 2, 658. 5 *persona comoediae*: DON. TER. Eun. 537 neque enim conveniebat personae Bacchi aliquid amusum aut infacetum aut ἄκαιρον. 6 *apud artifices*: CARM. epigr. 889 (*Romae, saec. III?*) fecerat Euphranor Bacchum, quem Gallus honorat fastorum consul carmine ture sacris. CORP. VI 49 Bacchum et Sylenum sobrios vides. sic cocum decet.

7 *cognomen inditur Mithridati*: CIC. Flacc. 60. 8 *circumscribitur ex. gr.*: CIC. Lact. inst. 1, 15, 20 Cadmi progenies. CATVLL. 27, 7 Thyonianus. CARM. poet. min. V 118, 39 ccrniger . . . puer. RVT. NAM. 2, 73 vini . . . repertor. *idem est* Bromius Dionysus Lenaeus Liber Lyaeus.

B *metonymice*: *pro vino adhibebatur iam Lucreti aetate*: LVCR. 2, 655 hic siquis mare Neptunum Cereremque vocare constituit fruges et Bacchi nomine abuti mavolt quam laticis proprium proferre vocamen. *occurrit saepe apud poetas inde a* VERG. *epitheta*: SER. SAMM. 778 acerbo. 82 acido. antiqui *v. p. 1666, 5.* LYDIA 12. SER. SAMM. 821 duro (902). TIB. 3, 6, 5 generoso. SER. SAMM. 625 lĕvi. OV. met. 13, 639 liquido. ENNOD. carm. 2, 141 madidus. VERG. Aen. 5, 77 mero (GLOSS. V 544, 36). georg. 1, 344 miti (*cf.* SERV. *ad l.*). 4, 279 odorato (OV. fast. 3, 301). AVSON. 334, 25 odorifero. SER. SAMM. 505 scillino. MART. 13, 23, 1 seni. VAL. FL. 1, 260 valido. VERG. Aen. 1, 215 veteris (SEN. Thy. 915 SER. SAMM. 954. 1012 GLOSS. *sub* veteris Bacchi *et* Bacchi antiqui). MART. 13, 39, 1 viridi. VERG. georg. 4, 380 Maeonii. PANEG. in Mess. 57 Maroneo. *coniungitur substantivis*: VERG. georg. 4, 380 carchesia. MANIL. 5, 679 dolia. SER. SAMM. 682 tepidis . . . fluentis. OV. met. 7, 450 haustus. SIL. 13, 434 fundunt mella super Bacchique et lactis honorem. VERG. Aen. 3, 354 pocula (CIRIS 229 OV. fast. 3, 301 *cf.* VAL. FL. 1, 260). georg. 4, 102 durum . . . saporem. SEN. Thy. 973 satias. SER. SAMM. 902 quattuor . . . scripula. VALG. carm. frg. 5 sinum. *pendet ab adiectivis et verbis*: VERG. georg. 2, 228 altera frumentis quoniam favet, altera Baccho, densa (*sc. humus*) magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo. 4, 129 nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho. Aen. 7, 725 felicia Baccho Massica (SIL. 5, 465 felicia Baccho Aequana). HOR. carm. 2, 19, 6 plenoque Bacchi pectore (SEN. Oed. 157 plena suo vitis Baccho). TIB. 1, 2, 3 multo percussum tempora Baccho. 2, 5, 87 madidus Baccho (*cf.* LYGD. 6, 5. CARM. epigr. 190 [*Romae*] epulemur laeti . . . Baccho madentes. 495 [*ibid.*] Bacchoq. madere. SER. SAMM. 975 Baccho madefacta Ceres). PROP. 1, 3, 9 ebria cum multo traherem vestigia Baccho. SEN. Herc. f. 697 estne aliqua tellus Cereris aut Bacchi ferax? (*cf.* STAT. Theb. 7, 308). COLVM. 10, 387 habilem lymphis hamulam, Bacchove lagoenam. AVIEN. orb. terr. 919 ignorant flavae Cereris commercia, Bacchi semper inexpertes animam traxere ferinam. AVSON. 298, 2 *patriam* insignem Baccho. 334, 21 virides Baccho colles. CLAVD. 22, 457 *anni* hilares Baccho. VERG. Aen. 8, 181 dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant (AVSON. 352, 12). TIB. 3, 6, 57 Naida Bacchus amat (*i. aquam vinum*). VERG. georg. 2, 112 apertos Bacchus amat colles. HOR. carm. 3, 16, 34 Bacchus in amphora languescit (*cf.* SEN. apocol. 2 BVC. Eins. 2, 26). OV. met. 6, 488 Bacchus in auro ponitur. SEN. Oed. 566 fundit . . . Bacchum (LVCAN. 1, 609). VAL. FL. 2, 348 circum pateris it Bacchus. CARM. epigr. 1256 (*Romae*), 5 et possint nostris Bacchum miscere favillis. AVSON. 382, 9 sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat. SIDON. carm. 5, 254 Bacchoque rotato pocula tela putant. CORIPP. Ioh. 7, 69 venient ad litora puppes et Cererem Bacchumque ferent. II *nom. vir. et cogn.* COD. Iust. 9, 21, 1 (*a. 300?*) impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Baccho. CORP. VI 1057 (*a. 210*), 2, 33 M. Cestius Bacchus. 14275 C. Calvisi Bacchí. 20698 Iulia Tertulla Bacchi (uxor). TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 3, 98 P. Sulpicio Baccho (2, 22). CORP. V 4087 (*Betriaci, a. u. c. 695*) Bacchus Afini L. s. VIII 19540 *cf. p. 1664, 75.* 5213 (*Tenelii, periit*) Bacchus Donatus: *pro* Bacchus *expectamus gentile.* *christiani*: ITIN. Theod. 32 (*Barbarissi*) sanctus Sergius et Bacco (ITIN. Anton. Plac. rec. A 47 Bacchus). CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 972A episcopus Antiochiae *Pisidiae.* MARTYROL. Hier. pr. non. Oct. *et* non. Oct.

III *piscis*: PLIN. nat. 9, 61. 32, 77. 102. 145. 1, 32, 25. *derivantur*: **Bacchēius**, -a, -um, Βακχήιος. VERG. georg. 2, 454 dona (SER. SAMM. 704 OPT. PORF. carm. 12, 10). CARM. epigr. 280 (*in agro Apameno, saec. IV*) munera (AVSON. 334, 153). **Bacchēus** (Bacchius), -a, -um, Βακχεῖος. STAT. Theb. 12, 791 Bacchea ad bella vocatae Thyiades amentes. 9, 435 cornua. CALP. ecl. 56 corymbis. STAT. Theb. 7, 649 cultus. Ach. 1, 184 munera. silv. 2, 2, 99 madidas Baccheo nectare rupes. *cf. l. 62.* Ach. 1, 812 orgia. ISID. orig. 20, 5, 4 Bacchia (*species poculi*) primum a Baccho, quod est vinum, nominata, postea in usus aquarios transiit. OV. met. 3, 691 sacra (STAT. Ach. 951. *cf.* Bacchīa, -ōrum). STAT. Ach. 1, 714 quid imbelles thyrsos mercatus et aera urbibus in mediis Baccheaque terga mitrasque huc tuleris variosque aspersas nebridas auro. OV. met. 11, 17 Bacchei ululatus. COLVM. 10, 223 voce. STAT. silv. 3, 5, 99 Bacchei vineta madentia Gauri. STAT. Theb. 7, 603 cultor Baccheus. *nota*: STAT. Theb. 1, 329 pingues Baccheo sanguine colles. NON. p. 78 Santra Nuntiis (Nuptiis *Ribbeck*) Bacchiis (p. 104). **Bacchīum**, -ī, Βακχεῖον. 1 *insula*: LIV. 37, 21, 7 inde Phocaeam petentes ad insulam quam Bacchium vocant (imminet urbi Phocaeensium) appulerunt (*cf.* GLOSS. V 562, 24 Bacchium insula Graeciae). PLIN. nat. 5, 138 Bacchina (*trad.* bachina, bacchiva). 2 *nom. sodalicii Bacchici*: CORP. III 7437 (*Nicopoli, a. 227*), 3 nomina Bacchii vernaculorum. *cf. Mommsen ad l.* **Bacchīa**, -ōrum, Βακχεῖα, *Liberi patris sacra.* IVLIAN. TOL. gramm. V p. 323, 32 *sqq.* ISID. orig. 1, 16, 11. *adi.* **Bacchicus**, -a, -um, Βακχικός, *ad Bacchum et Bacchas pertinens.* NAEV. trag. 31 pergite thyrsigerae Bacchae, [modo] Bacchico cum schemate. ENN. trag. 111 *iuvenum coetus* Bacchico insultans modo. CIC. Arat. 423 bacchica (*Lambinus, trad.* brachia) vitis. OV. met. 3, 518 sacra. trist. 1, 7, 2 deme meis hederas, Bacchica serta, comis (MART. 7, 63, 4). PLIN. nat. 16, 147 *hedera.* STAT. Theb. 9, 479 Bacchica mugit buxus. Ach. 1, 678 Naxos. CARM. epigr. 1510 (*Puteolis*) coturni. MACR. sat. 1, 18, 2 hedera coronantur Bacchico ritu. 1, 18, 3 speluncas. MART. CAP. 9, 988 sonis. BASS. gramm. VI 259, 2 anacreonteon metrum syllabarum octo, quod musici Bacchicon vocant, grammatici choriambicon. 263, 23 Philicius versus ex duplici pede constat, quem Bacchicon musici, choriambicon grammatici vocant (*cf.* 268, 21). 264, 2 numero Bacchico. TER.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAVR. 1443 bacchicos (bacchios *codd. Rufini*) utrosque fugito, ne repellas tribrachyn. *adde* bacchius *p. 1662, 63 sqq.* **Bacchicus,** -ī, *Βακχικός, cogn. vir.* CORP. VI 16167 C. Cornelio Bacchico ... C. Cornelius Asiatichus *filius fecit.* XV 3806 (*a. 149, in titulo picto amphorae*) Bacchicu⟨s⟩. 4289 (*a. 153*) Bacchicus (4290). XII 3064 (*Nemausi*) libert. **Bacchicē,** *quasi Βακχική, cogn. mul.* CORP. VI 28290 Valeriae Tyche fecit Valeria Bacchice liberta patronae.

Bacchica, -ōrum *n. plur. festa in honorem Liberi patris celebrata*: PRVD. c. Symm. 1, 628.

Bacchylidēs, -is, *Βακχυλίδης.* 1 *poeta lyricus Graecus. libri fere omnes exhibent* -il-, *multi* -ach- GELL. 20, 7, 2. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 1 -em (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 7, 330). AMM. 25, 4, 3 lyrici (HIER. chron. a. Abr. 1566). HIER. chron. a. Abr. 1549. 1586 SERV. auct. Aen. 2, 201. 6, 21 in dithyrambis (11, 93). PRISC. gramm. III 428, 21. BASS. gramm. VI 261, 10 in carminibus. SCHOL. Stat. Theb. 2, 721. *v. Crusius, PW. II 2793.* 2 *Christianus Ponticus*: RVFIN. hist. 4, 23, 6 *gen.* *adi.* **bacchylidīus,** -a, -um, *Βακχυλίδειος.* SERV. gramm. IV 459, 19 de bacchylidio *trochaico.* bacchylidium constat dimetro hypercatalecto.

Bacchylus (Bacchyllus), -ī, *Βακχύλος (Βάκχυλλος). nom. vir. graec. et cogn.* CORP. VI 9784 (Ti. Claudius) Bacchylus *lib.* (*cf.* 9891. 24286). 12449 T. Flavius Bacchylus. 13456 Caesaris ser(vo). 17159 B a c c h u l u s. 18621 lib. 31090 L. Antistius Bacchylus. 34066. 27168 *e cod. corrupte trad.* M. Terent⟨i⟩ B a c c y l l i. XI 1449 (*Pisis, descr.*), 12 M. Lucceius B a c h y l u s. XII 3831 (*Nemausi*) Sex. Porc. Bacchylus. INSCR. Rev. épigr. 1900, 1363 (*in Narbonensi* = CORP. XII 499^add. *Aquis Sextiis*) Sex. Iulius Sereni lib. B a c c y l u s. CORP. VI 34337 (*lapis servatur apud Remos. cf.* XIII 3266) Annio Bacchylo. *christiani*: HIER. vir. ill. 44 Corinthi episcopus *eqs.* chron. a. Abr. 2211 *et* 2212 (PROSP. chron. I 433, 743 *et* 434, 751) RVFIN. hist. 5, 22. 5, 23, 4. *idem fort. nomen* LEO M. epist. 17, 7 coepiscopos nostros B a c c i l l u m atque Paschasinum. *cf.* Baccula. *Diehl.*

1. **Baccia,** -ae *nom. gent.* CORP. XI 2620 (*in colonia Ruselliana*) Baccia Priscilla. **Bacilius,** -ī *nom. gent.* CIC. ad Q. fr. 2, 1, 2 Bacilius surrexit et de iudiciis referre coepit. *Jacobsohn.*

2. **Baccia** *v.* Buccia.

bacciballum *acc.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* ba(c)ca; *v. Friedländer, Petronii cena Trimalch. p. 286. Th.*]. PETRON. 61 noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum bacciballum.

Baccībus *v.* Bacchivus *sub* Bacchius.

baccillum *v.* bacillum. **Baccillus** *v.* Bacchylus.

baccina, -ae *f. nomen herbae Apollinaris*: PS. APVL. herb. 23 baccinam. *Ihm.*

Baccineus *v.* Battiades. **baccinum** *v.* bacchinon.

Baccinus, -ī *nom. serv.* (*barb.?*). CORP. XIII 10010, 263 (*in vasculis Gallicis*) Baccini *et* Baccin.

Baccio *nom. serv. et cogn.* CORP. VI 4671 (*e columb.*) Baccio *videtur esse nomin.* VIII 18686 (*Macanadibus*) ...⟩tus Baccio.

1. **Baccis** *v.* Bacchis *et* Vaccis.

2. **Baccis** (*abl.*) *statio Helvetiae, nunc* Bex; *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 323.* MAR. AVENT. chron. II p. 239, 574 in Baccis pugnam contra exercitum Francorum commiserunt.

Baccīus *v.* Bacchius.

Baccos *nom. barb.* CORP. XIII 10010, 264 (*in vasculis Gallicis*) Baccos *et* Bacco f. (III 12014, 157).

Baccuates *v.* Baquates. **baccula** *v.* bacula, vaccula.

Baccula, -ae *nom. mul. cf.* Bacchylus. INSCR. christ. Rossi I 266 (*a. 377*) Bacculae fiiiae.

Baccus *v.* Bacchus. **Baccylus** *v.* Bacchylus.

Baccynius, -ī *cogn. vir.* CORP. X 2260 (*Puteolis, periit*) Ti. Claudius Baccynius. *Diehl.*

bace, בְּקַע, *vox hebr.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 36, 26 bace quod in hoc loco (*gen. 24, 22*) pro didragmo scribitur, semuncia est. *Plenkers.*

bacellus *v.* bacillum.

Bacenis *silva Germaniae dividit Suebos Cheruscosque.* CAES. Gall. 6, 10, 5. *Diehl.*

Bacēnōr, -oris, *Βακήνωρ, nom. vir. graec.* VVLG. II Macc. 12, 35 Dositheus ... quidam de Bacenoris eques (ITALA [Ambros.] ex Itibiacenis). *Plenkers.*

Bacēnsis cīvitās *secundae Pannoniae.* NOVELL. Iust. 11 praef. (*v. l.* bancensi). *Diehl.*

baceolus, -ī *m.* [*mutatum esse videtur pro gr. βάκηλος. Th.*]. SVET. Aug. 87 cotidiano sermone ... ponit (*imp. Augustus*) assidue ... pro stulto baceolum apud pullum pulleiaceum (*pro* apud *varia coniecerunt,* et pro pullo *vulg.*). [*cf. ital.* baccello. *M.-L.*]

bacerus baro factus GLOSS. IV 210, 10 *et saepius* (*aliis locis* barefactus, *de variis coniecturis v. Götz, thes. gloss. s. v.*). [*si vera vox, cf. c.* baceolus *βάκηλος. Th.*] *Ihm.*

Bacesia *statio Indiae.* RAVENN. p. 45, 6. *Diehl.*

bach *inter interiectiones affert* EXPLAN. in Don. gramm. IV 562, 20 aut laetamur ut 'bach', aut dolemus ut 'heu'. *cf.* vah. *Ihm.*

mūtātio Bachaias *Syriae.* ITIN. Burdig. p. 582 (*ubi* baccaias *cod. Vatic.*). *Diehl.*

Bachal. HIER. nom. hebr. p. 31, 22 Bachal iugum *incertum unde petitum sit.* *Plenkers.*

bachar *v.* baccar. **Bachatēnus** *v.* Bacathenus.

bachia (baccea *Arev.*) primum a Baccho, quod est vinum, nominata: postea in usus aquarios transiit. ISID. orig. 20, 5, 4. *cf.* bacar, bacario, -ium. *Ihm.*

Bachiarius, -ī *nom. vir.* GENNAD. vir. ill. 24 Bachiarius ... edidisse dicitur grata opuscula, sed ego ex illis unum tantum 'de fide' librum legi *eqs. extat praeterea eiusdem liber* ad Ianuarium de reparatione lapsi (*vel* de recipiendis lapsis). *cf. Jülicher, PW. II 2723.* *Diehl.*

Bachilitae *v.* Bachylitae.

Bachīm. ITALA Mich. 1, 10 (Hier. in Mich. 1, 10 p. 441) qui in Bachim, nolite reaedificare ex domo derisum. HIER. *ibid.* p. 444 Bachim in nostra lingua planctum et fletum sonat. *v.* Achim.

Bachina *v.* Bacchina. **Bachis** *v.* Bacchis. [*Plenkers.*

Bachīum *v.* Bacchium. **Bachius** *v.* Bacchius.

Bachylitae, -ārum *gens Arabiae.* PLIN. nat. 6, 158 (*ubi* bachilitae *cod. Riccard.*).

Bachyllās, -ae *cogn. vir. num est Βακχυλλᾶς?* CORP. X 7703 (*Caralibus*) C. Stertinius Bachyllas *bis. ibid.* C. Stertinio Bacilae ... Iulius Bacilas. *Diehl.*

Baci *v.* Bocci.

bacidones raedisnae (*anglos.*) GLOSS. V 347, 1. *cf.* 401, 3 raedinne.

bācifer, -a, -um *a* baca *et* ferre. OV. am. 2, 16, 8 dat ... baciferam Pallada rarus ager. SIL. 3, 596 bellatrix gens bacifero nutrita Sabino. SEN. Oed. 415 hederave mollem bacifera religare frontem. PLIN. nat. 16, 50 ex omnibus sola bacifera *taxus.* *Ihm.*

Bacil *in signaculo vasculi Gallici.* CORP. XIII 10010, 266. *contulit editor* 273 Baquili. *Diehl.*

Bacilius *v.* Baccia *1.* **bacillo** *v.* vacillo.

bacillum, -ī *n. a* baculum *deminutive.* ISID. orig. 20, 13, 1 a baculo bacillus per diminutionem. GLOSS. II 569, 22 bacillum baculus diminutive. V 652, 42 bacillo diminutive a baculo. *masc.* bacillus *apud* HIER. ISID. (*inc.* GREG. TVR.) *cf.* DVB. NOM. gramm. V 572, 13 baculum et baculi, quia masculini generis est. nam quidam dixerunt bacilli et bacilla. baccillum *hic illic in codd., ex. gr.* NON. p. 78 GLOSS. bacchillum: CORP. VI 18086 *l. 62.* bacell-: HIER. reg. Pachom. 81 GREG. TVR. [*sard.* **bakkiddu,** *portg.* bacello. *M.-L.*] GLOSS. II 255, 27 *βακλίον* bacillum. 255, 29 *βακτηρίδιον.* IV 590, 12 bacillum modicum baculum (V 270, 48. bacillum: IV 599, 8. V 442, 43). V 638, 41 baccillum baculum. AFRAN. com. 224 bacillum deligatum (delic-?) corneolum poscit. LVCIL. 441 Cyclops longu' pedes, et porro huic maiu' bacillum. VARRO rust. 1, 50, 2 altero modo metunt, ut in Piceno, ubi ligneum habent incurvum bacillum, in quo sit extremo serrula ferrea. ling. 5, 117 vallum *dicitur* quod singula ibi extrema bacilla (vac- *trad.*) furcillata habent figuram litterae V. CIC. leg. agr. 2, 93 anteibant lictores, non cum bacillis, sed ... cum fascibus. Tusc. 1, 104 bacillum propter me, quo abigam (*sc. volucres*), ponitote. div. 1, 30 lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum (fin. 2, 33 bacillum ... inflexum et incurvatum). Att. 11, 6, 2 quos (*lictores*) ego nunc paulisper cum bacillis in turbam conieci. PAVL. FEST. p. 110 *Aesculapius* bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis. IVV. 3, 28 pedibus me porto meis nullo dextram subeunte bacillo. APVL. met. 1, 4 pone lanceae ferrum, qua bacillum inversi teli ad occipitium per ingluviem subit. TERT. adv. Marc. 4, 24 sume bacillum. HYG. astr. 2, 14 bacillum tenens manu (*et bis ibid.*). HIER. reg. Pachom. 81 gallicis et cucullis duobus, zona et bacello. epist. 92, 6 fustes et bacillos. GREG. TVR. vit. patr. 16, 2 super bacellum sustentatus. Iul. 22 arrepto bacello adminiculante puero ... ingressus est locum (glor. conf. 44 accepto. Mart. 2, 40 adprehenso). CORP. VI 18086 (CARM. epigr. 1581, 3) derisor aviaes quia se dicebat nutrire bacchillum summae senectae. *Ihm.*

Bacinora *statio Indiae.* TAB. Peut. 12, 3.

baciola *v.* batiola.

1. **Bacis** *v.* Bacchis.

2. **Bacis,** *Βάκις, Boeotius, qui futura praesensit, de quo cf. Kern, PW. II 2801, 1.* CIC. div. 1, 34. ARNOB. nat. 1, 62, *ubi trad.* vatis. *de eodem cogitaverit* FVLG. serm. 4 Labeo qui disciplinas Etruscas Tagetis et B a c i t i d i s (*alii ll. alia exhibent*) quindecim voluminibus explanavit.

3. **Bacis** *taurus qui colebatur Hermunthi in Aegypto.* MACR. sat. 1, 21, 20, *ubi acc.* Bacin. *cf.* STRAB. 17, 817 *et W. Spiegelberg, Arch. f. Papyrusforsch. I p. 339 sqq., qui docuit hieroglypha transcribenda esse graece Βοῦχις.*

Bacitis *v.* Bacis.

Baclanaza *opp. Arabiae.* PLIN. nat. 6, 157 (*exhibet unus cod. Paris. E*). *cf. D. H. Müller, PW. II 2725 sub* Badanatha.

bacle *v.* baxae. **baclus** *v.* baculus.

Baco, -ōnis *deus Celticus.* CORP. XIII 2603 (*Cavilloni, saec. II in.*) deo Baconi G. Lautius ⟨...?⟩ Sabinus decurio alae I Flaviae. *contulit editor p. 404* PASS. Marcell. (act. sanct. 5 Sept. 2 p. 197) atrium divi Baconis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bacoris *geographus Rhodius.* AVIEN. ora 47.

Bacorus, -ī *cogn. barb.* CORP. VI 31145 (*a. 137*) b 22 M. Vlpius Bacorus *veteranus.*

Bacquas *cogn. barb.* CORP. VIII 7420 (*Cirtae*) Iulius Bacquas. *cf.* Baquates. *Diehl.*

Bacrenis *cf.* Vacreus.

bacrio, -ōnis [*cf. c.* bacario. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 31 bacrionem dicebant genus vasis longioris manubri. hoc alii trullam appellant. bacar vas vinarium simile bacrioni.

bacterium (βακτήριον) baculum fustem GLOSS. V 442, 26. *cf. Götz, thes. gloss. s. v.*

bactra (bacthra *et* bacithra *codd.*) ursa rabida GLOSS. V 442, 39. 562, 48. *Ihm.*

Bactra, -ōrum *n. caput regionis Bactrianae aut ipsa regio. cf. Tomaschek, PW. II 2804. descriptio regionis apud* CVRT. 7, 4, 26 *sq.* AVG. gramm. V 506, 28 in neutro tantum pluralis ... Bactra, quae est civitas Parthiae. *fem.*: IVL. VAL. 3, 48 Bactra te vidit, Aethiopia salutavit, Scythae tremuerunt. MART. CAP. 6, 663 circa Bactram cum eius nominis oppido fluvioque. Bactrum: PLIN. nat. 6, 48 Bactri, quorum oppidum Zariastes, quod postea Bactrum a flumine. SOL. 49, 1 Bactris praeterea est proprius amnis Bactros: unde et oppidum quod incolunt Bactrum. ISID. orig. 15, 1, 11 Bactrum oppidum Bactriani condiderunt, e proprio amne eum cognominantes, qui Bactrus vocatur. *provincia*: HOR. carm. 3, 29, 28 quid Seres et regnata Cyro Bactra parens Tanaisque discors. CVRT. 3, 10, 5 Macedonum provincias Bactra et Indos fore. SERV. georg. 2, 138 Bactra regio iuxta Assyrios: unde et populi Bactriani. SIDON. carm. 23, 249 fluxis equitata Bactra Parthis. *urbs*: PROP. 3, 11, 26 *Semiramis* iussit et imperio subdere Bactra caput. CVRT. 7, 4, 31 ipsa Bactra, regionis eius caput, sita sunt sub monte Parapamiso. Bactrus amnis praeterit moenia. is urbi et regioni dedit nomen. PLIN. nat. 6, 45 Bactra oppidum, quod appellant Zariasta. STAT. silv. 3, 2, 136 rapidum Euphraten et regia Bactra sacrasque antiquae Babylonis opes. AMM. 23, 6, 55 sunt et hic civitates ... *velut aliae* et Bactra ipsa, unde regnum et vocabulum nationis est institutum. GLOSS. V 562, 31 Bactra (Bacra *cod.*) civitas Parthiae. *praeterea apud* CVRT. *passim, cf.* 7, 8, 21 quamdiu circum Bactra haereas. 9, 7, 1 in colonias circa Bactra. 9, 7, 8 haec circa Bactra et Scytharum terminos gesta. VERG. georg. 2, 138 Aen. 8, 688 Antonius ... victor ab Aurorae populis ... ultima secum Bactra vehit (*inde* PRVD. apoth. 611. *cf.* CLAVD. 8, 656 ultima fraternas horrebunt Bactra secures). PROP. 3, 1, 16. 4, 3, 7. 4, 3, 63 MANIL. 4, 804. LVCAN. 8, 290 *Parthi* Bactraque, Medorum sedes, murisque superbam, Assyrias, Babylona, domos (*sic apud poetas* Bactra et Babylon *coniungi solent civitates opulentissimae ad significandas orientis opes, velut* LVCAN. 8, 243 STAT. silv. 4, 1, 40). SIL. 3, 613. 8, 414 Bactris nomina ducens Casperia. 12, 764. SIDON. carm. 2, 448 non in Bactra feror. ITIN. Alex. p. 18, 7 penes Bactra. *adi.* **Bactrius,** -a, -um: Ov. met. 5, 135 Bactrius Halcyoneus *socius Phinei.* PLIN. nat. 8, 67 camelos ... pascit oriens, quarum duo genera, Bactriae et Arabiae. GLOSS. V 616, 19 Bactrius (*codd.* baccus) est magnus camelus (*cf.* APVL. met. 7, 14 ISID. orig. 14, 3, 30 SOL. 49, 9). PLIN. 1, 12, 19 arbores Asianae gentis ... item Bactriae. **Bactria,** -ae *f. regio*: ISID. orig. 14, 3, 30 Bactriae regioni proprius amnis Bactrus nomen dedit ... mittit Bactria fortissimos camelos. RAVENN. p. 114, 16 ad partem septentrionalem habet ipsa Asia finem Oceanum Syricum Indiae Bactriae. **Bactrium,** -ī *regio*: CHRON. Alex. chron. I p. 96, 26 a Persida et Bactrium, *item* 106, 162. *adi.* **Bactriānus,** -a, -um: CVRT. 5, 8, 4 Bessus ... Bactrianae regionis praefectus. 6, 6, 17. 8, 2, 13. 7, 4, 25 Bactrianae terrae ... varia natura est (IVL. VAL. 3, 59 EPIT. Alex. 118 fines). 5, 10, 5 milites. 5, 10, 12. 4, 12, 6 equites (*bis*). 7, 4, 31. 7, 6, 15. 8, 1, 3 exules (8, 2, 15. ITIN. Alex. 32 refugae). 7, 7, 31 Bactrianae defectionis. 9, 2, 24 auxilia. 9, 7, 2 arce. PLIN. nat. 37, 65 *smaragdi.* TAC. ann. 11, 8 Bactrianos apud campos. SOL. 49, 9 singula *tubera in dorso habent* Bactriani cameli. IVST. 2, 3, 6 imperium. 41, 4, 5 urbium. RAVENN. p. 46, 9 civitas. **Bactriāna,** -ae *regio*: PLIN. nat. 12, 35 vicina *Hyrcaniae* est Bactriana, in qua bdellium laudatissimum. IVST. 13, 4, 19 in Bactriana ulteriusque et in Indiae regionibus priores praefecti retenti (*cf.* OROS. hist. 3, 23, 11 in Bactriana ulteriore). LIB. gener. chron. I p. 106, 195, 2 Bactrianae. CHRON. Alex. chron. I p. 106, 164, 2 Bactriana. 106, 157 Bactriona. RAVENN. p. 415, 17. 417, 1 India Serica Bactriana. 421, 7. EPIST. Alex. p. 194 si me ... in Bactriacen perduxissent. *incolae*: *v. p. 1670, 3.* *adi.* **Bactrēnus,** -a, -um: AVIEN. orb. terr. 913 sed Bac⟨t⟩rena sol⟨o⟩ vasto procul arva recedunt. *adi.* **Bactrīnus,** -a, -um: APVL. met. 7, 14 faenum ... camelo Bactrinae sufficiens. EPIT. Alex. 9 in praefectura Bactrina. 14 uxorem quandam Bactrinam. **Bactrīna,** -ae *f. regio*: EPIT. Alex. 14 in Bactrinam (*cod.* baceriam) pervenit. *v. etiam p. 1670, 14.* *incolae*: **Bactrī,** -ōrum. SEN. nat. 5, 18, 10 Alexander ulterior Bactris et Indis volet. CVRT. 10, 10, 4 qui Indiae quique Bactris et Sogdianis ceterisque ... accolis praeerant (*reliquis locis semper* Bactriani *ap.* CVRT., *ut nescio an hic de regione cogitandum sit*). PLIN. nat. *duodecies.* SOL. *quinquies.* EPIT. Alex. 19 IVST. 41, 6, 1. 41, 6, 6. 30, 4, 6 (Bactros *in ITP*). AVIEN. orb. terr. 910 HIER. adv. Iovin. 2, 333. PRISC. periheg. 715 sed Bactri mediis habitant telluris in arvis. 713 bibit hunc ... Bactrusque fluentem. **Bactrānī,** -ōrum. SPART. Hadr. 21, 14 reges Bactranorum. TREB. Valer. 4, 1 VOPISC. Aurelian. 33, 4. 41, 10. **Bactriānī,** -ōrum. SEN. dial. 2, 13, 4 habes sub te Parthos et Medos et Bactrianos. CVRT. *passim.* TAC. ann. 2, 60 regem Rhamsen ... Persis et Bactriano et Scytha potitum. IVL. HON. cosmogr. A 13. 38 Bactriani gens. COSMOGR. 1, 38. IVL. VAL. 3, 58 Roxanen Bactrianam. EPIT. Alex. 121 ARNOB. nat. 1, 5 IVST. *passim* SERV. georg. 2, 138 AVG. civ. 21, 14 OROS. hist. 1, 2, 42. 1, 4, 3. 3, 23, 13. 3, 23, 44 LIB. gener. a. 334 chron. I p. 105, 186. 105, 146: Bactrianii. ISID. orig. 9, 2, 5. 9, 2, 43 Bactriani Scythiae fuerunt, qui ... iuxta Bactron Orientis fluvium consederunt, ex cuius vocabulo et nomen sortiti sunt. RAVENN. p. 30, 17. 45, 16 patria quae dicitur India Serica Bactrianis. TAB. Peut. 12, 4 Bactrianoe. **Bactrīnus,** -a: EPIT. Alex. 118 Roxanen Bactrinam. 121 Oxyatren Bactrinum. **Bactrus,** -ī *flumen huius regionis, qui in Oxum influit. cf. Tomaschek, PW. II 2814.* CVRT. 7, 4, 31 Bactrus amnis. LVCAN. 3, 267 Scythiae populi, quos gurgite Bactros includit gelido (*exitus graecus extat praeterea*: SOL. 49, 1 VIB. SEQ. geogr. p. 147 RAVENN. p. 77, 11. ISID. orig. 9, 2, 43 iuxta Bactron Orientis fluvium). ISID. orig. 13, 21, 14 Bactrus fluvius orientis a rege Bactro vocatus fertur, a quo et Bactriani et urbs eorum. 14, 3, 3. *Jacobsohn.*

bactroperīta, -ae *m.* [*vocabulum graecum a* βάκτρον *et* πήρα *ductum, cf. c.* βακτροπροσαίτης. *Th.*]. HIER. in Matth. 10, 9—10 p. 58 arguit philosophos, qui vulgo appellantur bactroperitae, quod contemptores saeculi et omnia pro nihilo ducentes cellarium secum vehebant. GLOSS. V 416, 29 bactroperitae qui portabant cibos in utris. *Ihm.*

Bacuarius, -ī *cogn. barb.* CORP. VIII 8704 (*in Mauretania Sitifensi*) Aufidi Bacuari. *Diehl.*

Bacuātēs (-ae) *v.* Baquates.

bacuceī *daemones, vox celtica?* CASSIAN. conl. 7, 32, 2 alios ita eorum corda quos ceperant inani quodam tumore videmus infecisse, quos etiam bacuceos vulgus appellat, ut semetipsos ultra proceritatem sui corporis erigentes nunc quidem se in quosdam fastus gestusque sustollerent, nunc vero velut adclines ad quendam se tranquillitatis et adfabilitatis statum communes blandosque submitterent *eqs.* GLOSS. IV 599, 12 bacuceas rusticos vel daemones (*glossa contaminata, v. Götz, Thes. gloss. s.* bacuceas).

? **bacue** clamare GLOSS. IV 24, 33. V 442, 38. *cf.* boo. *Ihm.*

Bacuēnsēs, -ium *gens Mauretaniae Caesariensis.* IVL. HON. rec. B 47 Nasamanes Baccuates Garamantas Bures et Bacuenses. *Diehl.*

bācula, -ae *f. a baca deminutive.* PLIN. nat. 25, 96 *aristolochiae herbae genera* ferunt baculas parvas, ut cappari. ARNOB. nat. 1, 2 olearum ex baculis cruor taeter exprimitur. 2, 21 ex ramis agrestibus baculae. CAEL. AVR. chron. 5, 4, 69 in qua (*sessione*) sint praecoctae murtae baculae. *translate, globulus in spathomele*: THEOD. PRISC. eup. faen. 37 in cuius (*allii*) encardio bacula spathomeles occulta. *cf.* 44 *c. adn. crit.* [*it.* bagola, *portg.* bagoa '*lacrima*'. *M.-L.*] *Ihm.*

Baculo *nom. barb.* INSCR. Ephem. epigr. III p. 125, 84 (*in Britannia*) deo Belatucadro Baculo pro se et suis v. l. s. *Diehl.*

baculum, -ī *n.* [*cf. c. gr.* βάκτρον, *hibern.* bacc '*baculum curvatum*', *fort. c. anglosaxon.* pegge '*pālus*'. *Th.*]. MARTYR. gramm. VII 167, 6 balineum ... et baculum ... ex graeca elocutione transfigurata consistunt (*cf.* p. 167, 7 *additamentum cod. P*: quod illi βάκλον, nos baculum dicimus). ISID. orig. 20, 13, 1 baculus a Baccho repertore vitis fertur inventus, quo homines moti vino innniterentur. sicut ... a Baccho baculus, ita a baculo bacillus. GRAMM. suppl. 71, 8 bax, inde fit diminutive baculus (*cf.* p. 192, 7). GLOSS. βακτηρία. βάκτρον. βακτήριον (*cf.* bacterium). II 563, 38 bacula araficen (ἀραβικήν). PLVT. Rom. 26 ῥάβδοι βάκυλα. HIER. in Zach. 11, 8—9 p. 887 duas ... virgas sive duas σκυτάλας id est baculos. *de genere*: CAPER gramm. VII 108, 7 baculum hunc, non hoc (*sic BC*, hoc non hunc *M*, *rectius ut vid.; at cf.* DVB. NOM. gramm. V 572, 13 baculum et baculi, quia masculini generis est. nam quidam dixerunt bacilli et bacilla). PROB. app. gramm. IV 197, 22 baculus non vaclus (*cf.* CORP. X 1598 ⟨b⟩aclos. IOH. MALAL. p. 186, 24 Dind. βάκλοις. MARTYR. *supra l. 56*). *generis mascul. certa exempla* (*incerta* Ov. fast. 1, 177 met. 2, 681. 789. 6, 27) *non ante saec. III*: HERM. vulg. mand. 11, 16 AVSON. 53, 1. VVLG. *passim.* HIER. PS. RVFIN. in Os. 4, 9—10 PS. AMBR. act. Seb. 2, 7 CASSIAN. inst. 1, 7 ORIENT. carm. app. 3, 104 ISID. orig. 18, 2, 5. 20, 13, 1 eccl. off. 2, 5, 12 VITA Caes. Arel. 2, 27 GLOSS. [*it.* bacchio, *portg.* bago. *M.-L.*]

CIC. Verr. 6, 142 proximus lictor ... converso baculo oculos misero tundere vehementissime coepit. CVLEX 98 baculo ... nixus ... pastor (PROP. 4, 2, 39 Ov. met. 8, 218 Pont. 1, 8, 52. PAVL. FEST. p. 29 pastorale. FEST. p. 249 PHAEDR. app. 22, 1 PLIN. nat. 35, 25 SIL. 13, 334 HIER. epist. 69, 8 PS. RVFIN. in Os. 4, 16 AVG. serm. ed. Mai 93, 5. *adde* GLOSS. V 492, 26 baculum fustem pastoralem). Ov. met. 2, 681 onusque fuit baculum (*sic M*, -us *al.*) silvestre sinistrae. 2, 789 baculumque capit, quod (*sic M*¹, quem *al.*) spinea totum vincula cingebant. 3, 325 baculi ... ictu. 6, 27 infirmos, baculo quos (quoque *codd.*, baculum quod *Merkel*) sustinet, artus. 8, 693 baculisque levati. 13, 782 cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum, ante pedes posita

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est. 14, 387 ter iuvenem baculo tetigit. 14, 655 innitens baculo (*cf.* CVLEX *p. 1670, 75* SEN. contr. *infra l. 15* SEN. clem. *l. 22* BOETH. mus. 5, 2 p. 354, 12 ISID. orig. 18, 2, 5. 20, 13, 1). OV. met. 15, 655 baculum ... tenens agreste sinistra. 15, 659 serpentem, baculum qui nexibus ambit (APVL. met. 1, 4 diceres dei medici baculo ... serpentem ... inhaerere. ARNOB. nat. 6, 25 *Aesculapii.* SIDON. epist. 4, 3, 5). OV. fast. 1, 99 tenens baculum dextra clavemque sinistra. 1, 177 deus incumbens baculo, quod (*sic R*) dextra gerebat (trist. 4, 1, 11). Ib. 260. LIV. 1, 18, 7 augur ... baculum sine nodo aduncum tenens (*cf.* APVL. met. 1, 4. 6, 30 nodosi). 1, 54, 6 papaverum capita dicitur baculo decussisse (VAL. MAX. 7, 4, 2). 1, 56, 9 aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur (VAL. MAX. 7, 3, 2 CVRT. 9, 1, 30 FLOR. epit. 4, 11, 3 IORD. Rom. 252. *cf.* FLOR. epit. 3, 19, 10 argenteoque baculo. CORP. X 1598 ⟨b⟩aclos inargentat.). SEN. contr. 10, 4, 2 caeci innitentes baculis. FEST. p. 249 pedum est ... baculum incurvum, quo pastores utuntur (p. 210 *cf.* PAVL. FEST. p. 29 SCHOL. Verg. Veron. ecl. 5, 88). GERM. 90 baculoque minatur *senior* (COLVM. 7, 3, 26 APVL. met. 3, 28). CELS. 8, 10, 2 demissum inter femina eius baculum tenet. 8, 20 minus ... baculo eget. *ibid.* qui ... habenas ad valida bacula deligarint. SEN. Oed. 657 baculo senili triste praetemptans iter. Herc. f. 696 iners Senectus adiuvat baculo gradum (clem. 2, 6, 3 innixam baculo senectutem). COLVM. 2, 10, 13. 2, 20, 4. CALP. ecl. 5, 13 baculum premat inclinata senectus. PLIN. nat. 2, 236 baculo ... traxerit sulcum. 13, 123 baculorum usum senectuti praebet (19, 62). 13, 124 baculi longitudinem. 18, 45 ramis baculo decussis. 18, 299 culmum ... baculo frangunt. 19, 96 baculi crassitudine (16, 221. 20, 255. 25, 95). 24, 73 serpentes et hunc fruticem fugiunt baculumque rustici ob id ex eo gerunt. 24, 116. 29, 69. 30, 128. 32, 141. 35, 27 astante cum baculo sene. 36, 127 VAL. FL. 4, 434. STAT. Theb. 4, 582 nec iam firmanti baculo nec virgine fida nititur. 11, 587. 675. MART. 4, 53, 3 cum baculo peraque senem (*cf. infra l. 39 sqq.*). FRONTIN. strat. 1, 1, 3 Statorium ... baculo ut servum castigavit. IVV. 9, 140 quo sit mihi tuta senectus a tegete et baculo. SVET. Nero 24 in tragico quodam actu cum elapsum baculum cito resumpsisset. APVL. met. 4, 3 cum grandi baculo furens decurrit. 7, 15 frondosoque baculo castigans. 7, 25. 8, 19 totus in baculum pronus et lassum trahens vestigium (9, 41 baculo ... se vix sustinens). 9, 11 baculis armati. apol. 22 rem familiarem mihi peram et baculum fuisse. *ibid.* Diogenes ... Cynicus ... baculo vice sceptri gloriabatur. 25 accusastis peram et baculum (flor. 14 p. 48 peramque cum baculo et pallium. *cf.* met. 11, 8 MART. *supra l. 29* PORPH. Hor. sat. 1, 3, 133. AVSON. 53, 1 pera ... baculus *philosophi Cynici.* CASSIAN. inst. 1, 7 pera ... et baculus *monachorum.* conl. 11, 3, 1). CYPR. GALL. exod. 400 armataeque manus baculorum robora gestant. ITALA prov. 13, 24 (Ambr. in Luc. 7, 60) qui parcit baculo (virgae VVLG.), odit filium suum. AVSON. 251, 4 in tremulam baculo non subeunte manum. 319, 61 nonaginta annos baculo sine ... exegi. AMBR. in psalm. 38, 34 qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur. DIOM. gramm. I 484, 14 quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est virga, pronuntiabant. HIER. in Matth. 10, 9—10 baculus arundineus (VVLG. IV reg. 18, 21 Is. 36, 6 Ezech. 29, 6 AVG. in psalm. 83, 5). vita Pauli 7 senex infirmos artus baculo regente sustentans. epist. 118, 7 Iacob ... nudus in baculo suo pergit Mesopotamiam. 130, 19 adprehensis manu baculis iter ... faciamus. VVLG. gen. 32, 10 in baculo (ῥάβδῳ) meo transivi Iordanem istum (HIER. epist. 123, 15). exod. 21, 19 si ... ambulaverit foris super baculum suum (ἐν ῥάβδῳ). I reg. 17, 43 numquid sum canis, quod tu venis ad me cum baculo? IV reg. 4, 29. 31 Ezech. 39, 9 Zach. 8, 4 *et saepius.* RVFIN. hist. 4, 16, 3 baculo aut clava feriendum (ξύλῳ). PS. RVFIN. in Os. 4, 9—10 ut ... quae essent futura unicuique baculus indicaret: quam profanitatis speciem Graeci rabdomantias appellant (*cf.* VVLG. Os. 4, 12). CLAVD. 26, 484 nititur altis pro baculo contis non exarmata senectus (carm. min. 20, 3). PAVL. MED. vita Ambr. 51 percutiens terram senex baculo, quo regebatur (*cf.* OROS. hist. 7, 36, 7). 23 de baculo nuceo *Hieremiae.* MACR. sat. 1, 6, 26 Cornelius, qui cognominem patrem luminibus carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus nomen ex cognomine posteris dedit. GAVDENT. serm. 5 p. 876^{A} MART. CAP. 8, 804. 805 SIDON. carm. 2, 328. ISID. eccl. off. 2, 5, 12 *episcopi* (*cf.* HIER. adv. Rufin. 2, 2 VITA Caes. Arel. 2, 22. 27).

in comparatione vel translate: HERM. vulg. mand. 11, 16 qui dicunt se spiritus sancti baculos (πνευματοφόροι) esse. VVLG. lev. 26, 26 postquam confregero baculum panis vestri (θλῖψαι ὑμᾶς σιτοδείᾳ ἄρτων). Ezech. 4, 16 conteram baculum panis (στήριγμα ἄρτου) in Ierusalem (5, 16). GILD. 19 chron. III p. 35, 26 quod direptionibus vacuaretur omnis regio totius cibi baculo. VVLG. Tob. 10, 4 baculum senectutis nostrae, solatium vitae (*cf.* 5, 23). CORP. VIII 9519 (CARM. epigr. 526, 9) et perdit orbatque patrem baculo destituta senecta. PS. AMBR. act. Seb. 2, 7 o filii, meae baculus senectutis. VVLG. Is. 10, 5 vae, Assur, virga furoris mei et baculus. psalm. 22, 4 virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt (*cf.* EVCHER. instr. 1 p. 91, 6 in virga correptio declaratur, in baculo consolatio). HIER. epist. 60, 10 caecorum baculum ..., solamen lugentium fuit. adv. Rufin. 2, 2 contra latratores suos misisse baculum litterarum. 2, 10 mittit epistulam, id est robustissimum baculum, quo Romanae urbis armetur episcopus (*cf.* 2, 4). RVFIN. apol. ad Anast. 1 baculum quendam tibi confessionis mei, quo abigerentur, offerrem. AVG. conf. 6, 6, 9 baculo disciplinae confringebas ossa mea. EVCHER. form. 1 p. 8, 23 baculum dei sustentatio consolationis dei (*ad* psalm. 22, 4 *v. supra. cf.* GLOSS IV 590, 11). AVELL. p. 207, 2 cum averteris baculum exactionis. 566, 10 ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ovium. FAVST. REI. serm. 19 p. 298, 20 Iudaeorum populus ... stare non poterat, sed ... qui baculum crucis despexerat, in terram casurus erat. BOETH. mus. 5, 2 p. 354, 12 ratio, quae errantem sensum regat ac temperet, qua labens sensus deficiensque veluti baculo innitatur. *epitheton Christi*: ORIENT. carm. app. 2, 2 baculum. 3, 104 cur baculus? lapsos quod sublevet, erigat aegros. *Ihm.*

Baculus, -ī *cogn.* CAES. Gall. 3, 5, 2 P. Sextius Baculus, primi pili centurio. 2, 25, 1. 6, 38, 1 (OROS. hist. 6, 8, 5 *falso* Pacuvius *traditur pro* Baculus). CORP. III 2836 (*in Dalmatia; 'videtur scriptus esse ante a. p. C. 10'*) Sal. Trebranus T. f. Quir. Baculus has(tatus) pri(or) leg(ionis) XX. VI 10213 (*priore dimidio saec. I*) [igno?]bilis inutilis Baculi comes. VIII 3523 Cl. Baculo ... collactitio. XIII 10010, 265 (*in vasculo*) Baculi. *Jacobsohn.*

Bacuntius, -ī *amnis Pannoniae, nunc* Bosut. PLIN. nat. 3, 148 amnis Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit, ubi civitas Sirmiensium et Amantinorum. *cf. Tomaschek, PW. II 2724.*

Bacurdus, -ī *deus barb.* (*germ.?*). INSCR. Rhen. Bramb. 385 (*a. 189, Colonia Agrippinensi*) Bacurdo sacrum. 386.

Bacurius, -ī, Βακούριος *vel* Βακκούριος. **1** *Hiberorum rex, de quo cf. Seeck, PW. II 2724.* AMM. 31, 12, 16 RVFIN. hist. 10, 10. 11, 33. **2** *idem fuerit nomen* MARTYROL. Hier. 8 id. Mai. Baccirius.

Bad⟨...⟩ *v.* Badera.

Bada (TAB. Peut. 8, 1 RAVENN. p. 374, 4. 195, 1 Guid. p. 526, 14) *v.* Pydna. *Diehl.*

Badacer *indecl.*, בִּדְקַר, Βαδεκάρ. VVLG. IV reg. 9, 25 dixitque Iehu ad Badacer ducem (Baddacer *cod. Amiat.*). HIER. nom. hebr. p. 45, 2 Badacar venit conpungi.

Badad, בְּדַד, Βαράδ. *nom. regis Idumaeorum.* VVLG. gen. 36, 35 Adad filius Badad (Badadi *plur. codd.* I par. 1, 46). HIER. nom. hebr. p. 3, 26 Badad praecipuus. *idem vocatur* Barad HIER. interpr. Iob 42, 17 p. 237, 49. nom. hebr. p. 59, 17 Barad grando. LIB. geneal. chron. I p. 174, 289.

Badaeus *v.* Badius.

Badaias, בֵּדְיָה, Βαδαΐα. *nom. vir. hebr.* VVLG. I Esdr. 10, 35 (Baldaias *cod. Amiat.*).

Badān, בְּדָן, Βαδάμ, Βαδάν. *nom. vir. hebr.* VVLG. I reg. 12, 11 (Benedan *cod. Amiat.*, Bedan *plur. codd.*). I par. 7, 17. HIER. nom. hebr. p. 34, 28 Badan solus vel in iudicio. *Plenkers.*

Badanatha *v.* Baclanaza. **badanola** *v.* baionula.

ballaria *herba.* DIOSC. Vind. C 211[r] N 112 βαλλαρια *i. q.* λυχνὶς στεφανωματική (*Diosc. gr. 3, 104 ed. Sprengel*).

Ballasor *v.* Baalhasor. **Ballath** *v.* Baalath.

ballātio, -ōnis *f. a* ballare. GLOSS. V 595, 42 choreis ballationibus (633, 19). 402, 9 ballationes cnop (*? anglos.*). PS. AVG. serm. 265, 4 qui balationes et saltationes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuunt nec erubescunt. *cf. Ducange gloss. s.* balare.

ballātor, -ōris *m. a* ballare. CORP. VI 2265 d. m. T. Flavio C⟨h⟩r⟨y⟩sopa⟨edi⟩ sodales ballatore⟨s⟩ Cybelae benemerenti fecerunt. NOT. Tir. 93, 31 ballator. *cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 42 (*Pompeis*) Vitalio baliator est musicus. [*ital.* ballatore. *M.-L.*] *fem.* **ballātrīx** NOT. Tir. 93, 32. 95, 24[a]. [*it.* ballatrice. *M.-L.*]

Ballātor *cogn.* CORP. VIII 7960 Genio coloniae Veneriae Rusicadis Aug. sacr. M. Aemilius Ballator.

ballātrīx *v.* ballator.

ballematia (vall- *codd.*) sunt inhonestae cantiones et carmina et ioca turpia GLOSS. V 586, 7. *sim.* 612, 57 vallemac pia inhonestae cantationes et carmina iocaque turpia. ISID. orig. 3, 22, 11 dicta ... cymbala, quia cum ballematia (-tica *v. l., Otto*) simul percutiuntur. ita enim Graeci dicunt cymbala ballematica (-tia *v. l.*). *cf. Ducange gloss.* ballimathia (*sub* balare). [*tractum esse videtur a vocabulo gr.* βάλλημα *vel* βαλλημάτιον *non tradito; cf. c.* ballare. *Th.*]

ballēna *v.* ballaena. [*Ihm.*

Ballene praesidio *Africae* ITIN. Anton. Aug. p. 37, 3.

Ballenis *v.* Costa Ballenis. **Ballenon** *v.* Balanan.

Ballēsiānus, -ī *nom. militis.* PAPYR. Wien. Stud. 24, 103 (*a. 215 p. Chr.*) Βαλλησιανὸς στρατιώτ(ης).

1. Ballia *v.* Bellia Etruriae.

2. Ballia *v.* Ballius.

3. Ballia, -ae. EXC. barb. chron. I p. 281, 118 nomen ... hostiariae Ballia dicebatur.

Balliēnsēs, -ium. PLIN. nat. 3, 64 Trebulani cognomine Balliences *sc. Campaniae* (*ita A*, balliniėnses *C*).

Balliī, -ōrum *gens Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 194 ab ea ... parte Nili, quae supra Syrtes maiores oceanumque meridianum portenditur, Dalion Nacathos esse dicit ... Perusios, Ballios (Vallios *E*).

Ballinus *v.* 1. Bala. [*Jacobsohn.*

ballio *adscr. nominibus militum* PAPYR. Genav. 1 *passim. cf. c.* ballistarius? *Ihm.*

1. Balliō, -ōnis, Βαλλίων, *nomen lenonis Pseudoli Plautinae. cf. Bücheler ad Herond. 6, 69.* PLAVT. Pseud. 193 civitas ... me ... ut praedicet lenone ex Ballione regem Iasonem. 585 Ballionem exballistabo lepide. 607 tune es Ballio? :: immo ego vero ego eius sum Subballio. CIC. Q. Rosc. 20 Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit (*sc.* Q. Roscius), agit Chaeream. 50 vix me dius fidius tu, Fanni, a Ballione aut aliquo eius simili hoc et postulare auderes et impetrare posses. Phil. 2, 15 dat nataliciam in hortis. cui? neminem nominabo; putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni. *adi.* **Balliōnius,** -a, -um *iocose fictum* PLAVT. Pseud. 1064 iamne habeat signum ex arce Ballionia.

2. Ballio, -iēnis *cogn. afric., idem videtur esse atque* Balio. CORP. VIII 14973 (*Thignicae*) Iulius Postumu⟨s⟩ Q. Ballienis f(ilius) ob sacerdotium. 15136 Speratus Postimi Ballienis f. *Jacobsohn.*

ballis *v.* balis.

ballista (bālista), -ae *f.* [*a vocabulo gr.* βαλλιστής *non tradito tractum esse videtur; cf. c.* βάλλειν, βαλλίζειν. *Th.*]. MARTYR. gramm. VII 173, 1 ballistram (*sic N m. 1*, vallistam *P*) a Graeco sermone dici mea putavit sententia, ... παρὰ τὸ βάλλειν ἑαυτὴν καὶ ῥίπτειν (*v.* ballaena *p. 1699, 50*). ISID. orig. 14, 6, 44 βάλλειν ... graece mittere dicitur, unde et ballista quasi missa. 18, 10, 2 ballista genus tormenti ab emittendo iacula dicta, βάλλειν enim graece mittere dicitur (SCHOL. Lucan. 2, 686). CASSIOD. gramm. VII 173, 2 ballena et ballistra (-sta *A*) per b scribenda sunt (ALBIN. gramm. VII 311, 33).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

melior scriptura per -ll- (*sic in titulis* CORP. VII 1045. 1046 *v. sub* ballistarius; *inscriptio falsa* CORP. VI 684*); *multis locis codices variant.* *forma vulgaris* ballistra: MARTYR. *p. 1700, 78* CASSIOD. *p. 1700, 84* GLOSS. *infra l. 9 sqq.* (*cf.* ballistarius). vallista: VITR. 10, 8, 3 (*GH*) MARTYR. *p. 1700, 78.* [*it.* balestra, *hisp.* ballesta. *M.-L.*]

tormenti genus, nonnumquam fere i. q. falarica (*cf.* SCHOL. Lucan. 2, 686 fundam dicit: et ipsum id genus tormenti et is, qui mittit, ballista dicitur). GLOSS. II 517, 44 ballista καταπέλτης (342, 53 *et* 492, 41 ballistra. III 208, 58 balista. *cf.* 353, 15 ballistae καταβειαι). 28, 12 ballistra σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. III 299, 6 λιθοβόλος ballistra (r *expuncta m. 2, cf.* 528, 40 letobolos balistra). NON. p. 555 ballistae (bali- *pars codd.*) ⟨. . .⟩ quibus saxa maiora et gravia iaciuntur. GLOSS. IV 313, 9 balista machina unde excutiuntur ⟨h⟩astae (*sim.* 590, 20 ball-. V 270, 21 ballistra). 210, 42 balista genus machinae unde excutiuntur sagittae (24, 13. 487, 21. V 170, 22 *cf.* V 49, 22). V 347, 20 ballista steblidrae (*anglos., cf.* 401, 8 staeflidre). PLAVT. Capt. 796 (*in imagine*) nam meus est ballista pugnus, cubitus catapultast mihi (*alia v. infra l. 71 sqq.*). CAECIL. com. 27 si umquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit. SISENNA hist. 40 catapultas sedecim, quattuor ballistas, viginti plaustra scorpiis ac minoribus sagittis onusta. CIC. Tusc. 2, 57 ut . . . balistae lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius, sic *eqs.* CAES. civ. 2, 2, 2 asseres . . . maximis balistis (*sic codd.*) missi per IIII ordines cratium in terra defigebantur. TVBERO Gell. 7, 3 serpentem . . . balistis atque catapultis diu oppugnatum (*de eadem re* VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 ballistarum tormentis. PLIN. nat. 8, 37 ballistis tormentisque. SIL. 6, 214. 269 donec murali balista coercuit ictu. OROS. hist. 4, 8, 11 [*cf.* SEN. clem. 1, 25, 4]). BELL. Afr. 56, 1 ballistis scorpionibusque (LIV. 26, 6, 4. VITR. 1 praef. 2 bali- *cod. H.* 1, 1, 8. 10, 8, 9. 10, 22, 1 SEN. nat. 2, 16 AMM. 19, 7, 6. 20, 7, 10). OV. trist. 1, 2, 48 grave balistae moenia pulsat onus. met. 11, 509 ferreus olim cum laceras aries balistave (*sic N*) concutit arces. LIV. 21, 11, 7 catapultis ballistisque (21, 11, 10; bali- *utroque loco cod. C. cf.* 26, 21, 7. 26, 47, 6 catapultae maximae formae . . . ballistae maiores. 31, 46, 10. 32, 10, 11. 39, 5, 16 catapultae, ballistae, tormenta omnis generis. *cf.* 24, 40, 15. VITR. 1, 1, 8. 10, 11, 9. 10, 16, 1. 10, 19, 7. 10, 22, 1. TAC. ann. 12, 56 antepositis propugnaculis, ex quis catapultae ballistaeque tenderentur. 15, 9 balistis *cod.* AMM. 24, 2, 13). VITR. 1, 2, 4 e ballistae (bali- *GH*) foramine, quod Graeci περίτρητον vocitant. 10, 11, 3 quae ballista duo pondo saxum mittere debet, foramen erit in eius capitulo digitorum V (*cf.* 10, 16, 2). 10, 15, 1 ballistarum rationes, quibus symmetriis comparari possint, exponam. 10, 16, 1 10, 20, 3 ab his reicientur plagae ballistarum et impetus incendiorum (10, 22, 4 ut posset pati plagam lapidis ballista inmissi pondo CCCLX. 10, 22, 12). 10, 22, 12 ballistis vectes ferreos candentes in id mittendo. SEN. Phaedr. 535 nec torta clausas fregerat saxo gravi ballista portas (*cf.* LVCAN. 2, 686. 6, 200 AMM. 19, 1, 7). LVCAN. 3, 465 nec enim solis excussa lacertis lancea, sed tenso ballistae turbine rapta haud unum contenta latus transire quiescit. PLIN. nat. 7, 201 Syrophoenicas ballistam et fundam *tradunt invenisse.* SIL. 1, 335 adductis stridula nervis Phocais effundit vastos balista molaris. TAC. hist. 3, 23. 29. 4, 23 excussa ballistis saxa (*cf.* FRONTIN. strat. 2, 9, 5 caput . . . ballista excussum). SVET. Cal. 46 ballistis machinisque dispositis. VOPISC. Aurelian. 26, 4 nulla pars muri est, quae non binis et ternis ballistis occupata sit. AMM. 19, 5, 1 ballistae locatae sunt singulae (20, 11, 20). 19, 5, 6 leviores quinque ballistae contra turrim locantur. 19, 7, 2 aptatae ballistae. 19, 7, 5 hostiles ballistae ferratis inpositae turribus. 19, 7, 7. 20, 7, 2. 20, 11, 22. 23, 4, 1. 3. 24, 4, 16 aptatae ligneis sagittis ballistae flexu stridoreque torquebantur. VEG. mil. 2, 10 arietes onagri ballistae ceteraque genera tormentorum (3, 3. 4, 29. 4, 44). 4, 9 equorum saetae de caudis ac iubis ad ballistas utiles adseruntur. 4, 10. 18 ballistae impetu. 4, 22 ballista funibus nervinis tenditur *eqs.* 4, 44 ardentes sagittae per ballistas . . . infiguntur. ANON. de mach. bell. 18 fulminalis balista felicium limitum custos. HIER. adv. Iovin. 1, 3 ballista quanto plus retrahitur tanto fortius mittit. VVLG. I Macc. 6, 20 fecerunt balistas (βελοστάσεις) et machinas (6, 51). VEN. FORT. carm. 3, 12, 35 illic est etiam gemino ballista (balista *BL*, bacista *R*). ISID. orig. 18, 10, 2 contra balistam testudo valet. LEX Visig. 8, 4, 23 NOT. Tir. 77, 40. PLAVT. (*in imagine, cf. supra l. 17*) Trin. 668 ita est amor, ballista (bali- *P*) ut iacitur: nihil sic celere est neque volat. *cf.* Poen. 201 scelestus est homo leno Lycus, quoi iam infortuni intenta ballistast probe, quam ego haud multo post mittam e ballistario. Bacch. 709 de ducentis nummis primum intendam ballistam in senem; ea ballista si pervolvam turrim et propugnacula, recta porta invadam . . . in oppidum anticum. LVCIL. 716 ballistas iactans centenarias (*cf.* SISENNA hist. 92 ballistas quattuor talentarias). BELL. Hisp. 13, 7 ballista missa a nostris turrem deiecit, qua adversariorum, qui in ea turre fuerant, quinque deiecti sunt et puer, qui ballistam solitus erat observare. FRONTIN. strat. 2, 9, 5 caputque eius ballista (bali- *P*) excussum intra munimenta hostium misit. LVCAN. 2, 686 tortaque per tenebras validis ballista lacertis (*cf.* 6, 198. 200. SCHOL. Lucan. *supra l. 6.* AMM. 19, 1, 7 contorta ballista). ITALA num. 24, 8 (Cypr. testim. 2, 10) ballistis suis configet inimicum (βολίσιν, VVLG. sagittis). *nomen equi*: CORP. VI 10053 b 23 Ballist(a) Af(ro).

composita: arcuballista, carroballista, manuballista. *derivata*: ballistarius, ballio (?). *Ihm.*

1. Ballista, -ae *mons Liguriae; cf. Hülsen, PW. II 2831.* LIV. 39, 2, 7 *Liguribus* montes duos Ballistam Suismontiumque tenentibus (*cf.* 40, 53, 1). 41, 18, 1 hostes (*sc. Ligures*) duos montes Letum et Ballistam ceperunt. 41, 18, 19 adversus Ballistae et Leti iugum, quod eo⟨s⟩ montes perpetuo dorso inter se iungit. *cf.* 41, 2, 2.

2. Ballista, -ae *cogn. vir.* SVET. vita Verg. p. 58 puer . . . in Ballistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit: monte sub hoc lapidum tegitur Ballista (Balista *codd.*) sepultus. SERV. vita Verg. p. 1 in Ballistam (ballista *M*) latronem. CORP. V 3357 (*Veronae*) P. Asinius L. f. Ballista veteran. leg. XV Apollin. *cum in ea legione Ligures complures milites fuerint, fortasse nomen huius militis cum montis nomine aliquo modo cohaeret aeque ut nomen latronis.* CORP. IX 376 (*Canusii*) M. Aquillio Ballistae Nimphadi lib. Ballista *praefectus praetorio Valeriano imperatore* TREB. trig. tyr. 12 *passim.* 18. Valer. 4, 4 Gall. 1, 2. Balista Gall. 3, 2. 3, 4 *et sic saepius* trig. tyr. *cod.* *Jacobsohn.*

ballistārius, -a, -um *a* ballista (*cf.* NOT. Tir. 77, 40ᵃ). *trad.* ballistrar- TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 (6) CORP. graec. 8621. NOVELL. Iust. 85, 2 βαλλιστραρίων. 85, 3 pr. (*V*). GLOSS. II 28, 16. [*it.* balestraio. *M.-L.*] VEG. mil. 3, 24 bestiae sagittis ballistariis transfiguntur. NOT. dign. occ. 41, 23 praefectus militum balistariorum Bodobrica (*v. infra l. 34 sqq.*). NOT. dign. occ. 9, 33 *inter fabricas in Galliis* Augustodunensis loricaria balistaria et clibanaria. 9, 38 Triberorum balistaria. *cf.* CORP. V 6632 (*periit*) Aelius Optatus mil. in ⟨l⟩eg(ione) XX magister BALIISIARIPRDVPLOI (*latere videtur* magister ballistarius; *an* ballistariorum?). *subst.* **ballistārium,** -ī *n.* PLAVT. Poen. 202 (*v. sub* ballista *l. 74*). CORP. VII 1045 ballist(arium) a sol⟨o cohors I fida⟩ Vardul(orum) . . . fe⟨cit⟩. 1046 ballis(tarium) a solo re⟨fecit⟩. *subst.* **ballistārius,** -ī *m.* *v. Seeck, PW. II 2831.* *cf.* NOT. dign. occ. 41, 23 *supra l. 26.* LYD. mag. 1, 46 βαλλιστάριοι καταπελτισταί. GLOSS. II 28, 16 ballistrari σφενδονῆται. TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 (6) naupegi, ballistrarii, specularii, fabri *immunes sunt munerum graviorum.* AMM. 16, 2, 5 adhibitis cataphractariis solis et ballistariis parum ad tuendum rectorem idoneis. VEG. mil. 2, 2 levem armaturam, hoc est ferentarios sagittarios funditores ballistarios. NOT. dign. or. 7, 8 = 43 balistarii seniores (8, 15 = 47 iuniores. 9, 47 Theodosiani iuniores). 7, 21 = 57 Theodosiaci. 8, 14 = 46 Dafnenses. occ. 7, 97. NOVELL. Iust. 85, 2 eos qui in ordinibus balistariorum (βαλλισταρίων, balistatorum *RT*, balistratorum *V*) sunt. 85, 3 pr. qui in balistariis (balistr- *V*) deputati sunt. *ibid.* patrum civitatum, sub quibus et ipsos balistarios statuimus. *titulus falsus* CORP. VI 684*. *incertum quid lateat* CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 71, 29 Ostense VII ballistaria Cyriaci Largi (*v. adn. Mommseni*).

composita (*cf.* ballista): arcuballistarius, manuballistarius.

ballistia (-ōrum) *n.* [*cf. c.* ballare βαλλίζειν. *Th.*]. VOPISC. Aurelian. 6, 4 adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas ⟨in⟩ Aurelianum tales ⟨componerent⟩, quibus diebus festis militariter saltitarent.

ballistra *v.* ballista. **Ballitānus** *v.* Vallit-.

Ballius *v* 1. Bala.

1. ballo, -āre [*a gr.* βαλλίζειν tractum. *Th.*]. GLOSS. II 255, 43 βαλλίζω ballo. NOT. Tir. 93, 30 ballat. [*it.* ballare, *francog.* baller. *M.-L.*] AVG. serm. ed. Mai 106, 2 sunt aliqui, qui pro hoc desiderant ad natalicia martyrum convenire, ut inebriando, ballando, verba turpia decantando, choros ducendo et diabolico more saltando se subvertant et alios perdant. Ps. AVG. serm. 265, 4 ista consuetudo balandi de paganorum consuetudine remansit. 266, 3 surgit velut phreneticus et insanus balare diabolico more, saltare. CAES. AREL. suggest. p. 300 cantica turpia proferre vel ballare vel diabolico more saltare. CANON. Migne 56, 720ᴬ non oportet christianos ad nuptias euntes vel ballare (*v. l.* saltare) vel cantare. FERRAND. canon. 188 ut nullus christianus ballare vel cantare in nuptiis audeat. *vix huc pertinet* GLOSS. III 432, 45 (*in capite* περὶ θρεμμάτων) βαμβαίνει ballat. *ad* balbo (*i. balbutio*) *refert Goetz; malim* balat. *derivata*: ballatio, ballator (-trix).

? **2. ballo,** (-ōnis) *v.* ballaena *p. 1699, 62.*

? **3.** ipiquistitus (*i.* ὑποκυστίδος) **ballo canīno** GLOSS. III 547, 10. *v.* rosa (canina). *Ihm.*

Ballomeris, -is *filius Chlothacharii I regis Francorum.* GREG. TVR. Franc. 7, 14 ut Ballomerem quendam — sic enim vocabat rex Gundoaldum — super regnum nostrum adduceris. 7, 36 tune es ille, quem Ballomerem nomine saepius Galliarum incolae vocitabant? 7, 38. 9, 28 Ballomerem illum, quem Gundovaldum vocitatis. *alius* CONC. Autess. a. 578 p. 184, 21 Ballomeris presbyter.

Ballonitī, -ōrum *gens Sarmatiae.* VAL. FL. 6, 160 ibant . . . Balloniti comitumque celer mutator equorum Moesus et ingentis frenator Sarmata conti. *eadem gens, ut videtur,* SIDON. carm. 5, 475 Bellonothus, Rugus, Burgundio (bellonotus *MF*). 7, 323 Chunus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Toringus (bellonothus *MF*). *Jacobsohn.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ballonius *v.* 1. Bala. **Ballos** *v.* Vallos.

ballōtē, *acc.* -ēn, *f.*, *βαλλωτή. herba*: PLIN. nat. 27, 54 balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticosam angulosis caulibus nigris *eqs.* GLOSS. III 554, 47 balotes i. marrubium (*item* balotes *trad.* PLIN. nat. 1, 27, 30). 619, 2 bailote id est marrubiu (*cf.* 554, 46 blattus. 619, 1 blavotais). DIOSC. 3, 113 de bublote (ballote *fragm. Bernense*, buplote *P*) id est marrubium. multi dicunt ballote, quem multi marrubium nigrum dicunt, virgas nigras et quadras habens et asperas *eqs.* *Ihm.*

balluca, ballux *v.* baluca, balux.

Balma, -ae *monasterium, hodie Saint Rossain de Roche.* VITA patr. Iur. Romani Mon. Germ. script. Merov. III p. 143, 5 in cingulo illo vel Balma — Gallico, ut reor, sermone sic vocitant — monasterio. VITA patr. Iur. Lupicini Mon. Germ. script. Merov. III p. 153, 30 ad Balmam.

Balmarcōdēs, -is *deus Phoenicius, Ba'al Marqod i. e. κοίρανος κώμων. cf. Cumont, PW. II 2834. in titulis Beryti rep.*: CORP. III 155 Iovi Balmarcodí. 159 (*cf.* 6699) I(ovis) o(ptimi) m(aximi) B(almarcodis) et Iunonis fil. Iovis Sim⟨e⟩. 6668 *κυρίῳ γενναίῳ Βαλμαρκῶδι. τῷ καὶ Μηγρίν* (*cf.* 6673). 6677 I. o. m. B(almarcodi). 6678. 14392 I. o. m. oip (?) Balmarcod. CORP. III 14385ª (*Heliopoli*) '*potest fuisse*': deo Balmarc⟨o⟩di. 7680 (*in Dacia*) I. o. m. Bal(marcodi) et Iuno(ni). VI 403 I. o. m. Balmarcodí M. Verginius Bassus (centurio) leg. IV Scyt. *Jacobsohn.*

balnea *v.* balneum *p. 1704, 59 sqq. et p. 1705, 48.*

Balnea *v.* Balanea.

balneāris, -e *a* balneum. CHAR. gramm. I 77, 2 balnearius fur, balnearis autem urceus erit et solea balnearis (*cf.* TERT. idol. 5 fures balneares, *trad.* balneatores). *forma* balin- *infra l. 35.* SCAEV. dig. 34, 2, 32, 7 argentum balneare (34, 2, 40, 1). PAVL. sent. 3, 6, 83 sella. SPART. Hadr. 17, 6 ille iocus balnearis innotuit. LAMPR. Alex. 42, 1 veste (42, 4). MARCELL. med. 13, 4 fornace balneari (*cf.* SCRIB. LARG. 60). PS. AMBR. paenit. 31 balneares aestus minime toleramus. *cogn. Fortunae* (*cf.* Fortuna): CORP. II 2701 Fortunae balneari (2763). XIII 6552 (*a. 248*) Fortunae sancte balineari reduci (*cf.* 6553. 6592). *neutr. pro subst.*: GLOSS. V 595, 68 (*Scal.*) captura deceptio vel locus piscosus et ubi sedet actuarius qui balneare exigit. *cf.* balneaticum. TEST. Galli (CORP. XIII 5708) 2, 25 omne instrumentum meum ... mecum cremari cum ... balnearibus, lecticis. APVL. met. 3, 12. *aliter* EPIST. Alex. p. 193, 9 testudinibus cupresseis, quibus lavari ut in insigni loco et in balnearibus erant soliti. *cf.* balnearius.

balneārius, -a, -um *a* balneum. CHAR. gramm. I 77, 2 *v.* balnearis. INSCR. Betilieni (CORP. I 1166 = X 5807) 9 ⟨la⟩cum balinearium. CATVLL. 33, 1 o furum optime balneariorum (GLOSS. II 255, 36 *et* III 476, 43 *βαλανοκλέπτης*. III 449, 50 *βαλανειοκλέπτης*. VLP. dig. 47, 17, 1 in balneariis furibus. coll. Mos. 7, 4, 1. *cf.* CHAR. *sub* balnearis. PAVL. dig. 47, 17, 3 in furto balneario). VLP. dig. 43, 21, 3, 6 in balneariis vaporibus (*cf.* 8, 5, 8, 7 *ubi trad.* balineis). PAVL. dig. 33, 7, 13 instrumento (MARCIAN. dig. 33, 7, 17). *neutr. pro subst., semper plur.*: CIC. Att. 13, 29, 2 balnearia ... laudat maiora. ad Q. fr. 3, 1, 1 nihil ei restabat praeter balnearia et ambulationem et aviarium. 3, 1, 2 in balneariis (*ibid. iterum*). PROC. dig. 8, 2, 13 pr. balnearia fecit secundum parietem communem. VITR. 6, 7 (4), 1. 6, 9 (6), 2. FEST. p. 154 balnearia. SEN. dial. 9, 9, 7 inter balnearia et thermas. nat. 3, 24, 3 in quibus balnearia sine igne calefiunt. 4, 9 quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt. COLVM. 1, 6, 2. SCRIB. LARG. 60 fornace balneariorum (*cf.* MARCELL. med. *sub* balnearis). CORP. VI 8642 praepositus balneariorum domus Aug(ustae). *cf. Cauer, Ephem. epigr. IV p. 451.*

balneāticum, -ī *n. a* balneum. GLOSS. III 467, 46 balneaticum *βαλανικόν*. V 274, 22 captura locus piscosus et ubi sedet captura-ri⟨us⟩ qui balneaticum exigit (355, 19. 20. 626, 44. *cf. etiam sub* balnearis). SCHOL. Iuv. 2, 152 pueri non dant balneaticum.

balneātor, -ōris *m. a* balneum. *cf.* balnitor. VARRO ling. 8, 53 a balneis balneator. SERV. Aen. 12, 159 *v. infra sub* balneatrix. *trad.* balineator: PLAVT. Rud. 527 *l. 74.* balniator: PLAVT. Poen. 703 (*A*) VLP. dig. 6, 1, 15, 1 GLOSS. V 644, 49. balnaeatori: EDICT. imp. Diocl. 7, 76. GLOSS. *βαλανεύς passim.* II 569, 34 qui balneo praeest. 561, 38 *παραχύτης* balneator mediastenus (*cf.* IV 258, 8. 9. V 310, 35. 36. 644 49 PORPH. Hor. epist. 1, 14, 14). [*it.* bagnatore, *francog.* baigneur, *hisp.* bañador. *M.-L.*]

PLAVT. Poen. 703 faciam, ubi tu laveris, ibi ut balneator (balni- *A*) faciat unguentariam. Rud. 527 edepol, Neptune, es balineator (baln- *P*) frigidus. Truc. 325 omnes amantes balneatores sient. CIC. Cael. 62 nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 64). Phil. 13, 26 quem ... temperantem fuisse ferunt Pisauri balneatorem. ALF. dig. 19, 2, 30, 1 agi cum balneatore. PETRON. 53 liberta in balneatoris contubernio deprehensa. PLIN. nat. 18, 156 MART. 3, 7, 3. 3, 93, 14. VLP. dig. 3, 2, 4, 2 sive balneator fuerit *leno.* 16, 3, 1, 8 vestimenta servanda balneatori data. PAVL. dig. 33, 7, 13, 1 (sent. 3, 6, 65). MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 2 balneae sine balneatoribus (*ibid. iterum*). PORPH. Hor. sat. 1, 3, 137 quadrante balneatori dato. EDICT. imp. Diocl. 7, 76 balnaeatori privatario in singulis lavantibus. LAMPR. Comm. 1, 9 balneatorem in fornacem conici iussit. Alex. 42, 2 balneatores non nisi servos habebat. VOPISC. Car. 17, 5. TREB. Claud. 14, 13 *huic dabis* balneatorem unum et ad balneas ligna. ZENO 2, 35 balneator praecinctus. SCHOL. Hor. epist. 1, 11, 18 append. p. 396 braca est qui (?) utuntur aestate balneatores (salvatores *cod.*). NOT. Tir. 114, 24. *in titulis*: CORP. VI 6243 Neo T. Statili Tauri ser. balneator. 7601 Pamphili balneat(oris). 8742 Colchus Caesaris balneator. 9102 c 13. 9216 Felix balneat. 9217 olla Primi balnea. 9395 Felicis fabri balneatoris (9396). *cf.* CORP. III 14239². XII 5967. *fem.* **balneātrīx,** -īcis. SERV. Aen. 12, 159 'hic et haec balneator', licet Petronius (frg. 2) usurpaverit 'balneatricem'. PROB. cath. gramm. IV 13, 1 excipitur unum, quod quamvis non veniat a verbo, tamen feminino genere trix facit, balneatrix. PAVL. MED. vita Ambr. 10 quaedam balneatrix ... paralytica. [*it.* bagnatrice. *M.-L.*]

balneātōrius, -a, -um *a* balneator. PAVL. sent. 3, 6, 65 instrumento balneatorio (MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 2). *cf.* balnearius.

balneātrīx *v.* balneator.

balneātus, -a, -um *a* balneum. GLOSS. IV 590, 15 Baiae Cumae civitates in Campania balneatae (406, 47 valneate. *cf.* GRAMM. suppl. p. CXXXX).

balneo, -āre *a* balneum. SCHOL. Hor. epist. 1, 11, 18 (append. p. 396 ed. Keller) quia propter brumam non balneatur in Tyberim. SCHOL. Hor. Vind. ars 145 ubi Scylla balneare solebat. PLIN. VAL. 5, 41 et si vis in hebdomada balneare debes; non est contrarium, tamen post pausationem prandii, balneas offerre. [*val.* baiá, *it.* bagnare, *francog.* baigner, *hisp.* bañar. *M.-L.*] *cf.* balnio.

balneolum, -ī *n. a* balneum *deminutive.* NOT. Tir. 114, 23. CIC. phil. frg. V 76 (Non. p. 194) primus balneola (*an* -las?) suspendit, inclusit pisces. ANTH. 36, 2 (*tit.* de balneis) exultent Apono Veneti, Campania Bais, Graecia Thermopolis: his ego balneolis. *praeterea sing.*: SEN. epist. 86, 4 angustum, tenebricosum. STAT. silv. 1 praef. Claudi Etrusci testimonium est, qui balneolum a me suum intra moram cenae recepit. IVV. 7, 4 cum ... balneolum Gabiis, Romae conducere furnos temptarent. *nota plur.* **balneolae**: AVG. c. acad. 3, 4, 9 istae balneolae. *cf.* CIC. *supra l. 29.* [*hisp.* bañuelo. *M.-L.*] possessio **Balneolum** territurio Ostense LIB. pontif. p. 68, 15.

balneum, balineum, -ī *n.* [*a gr. βαλανεῖον tractum. Th.*]. VARRO ling. 9, 68 *infra p. 1705, 71.* MARTYR. gramm. VII 167, 5 balineum ... et baculum ... ex graeca elocutione transfigurata consistunt. AVG. conf. 9, 12, 32 inde balneis nomen inditum, quia Graeci *βαλανεῖον* dixerint, quod anxietatem pellat ex animo (ISID. orig. 15, 2, 40 balneis ... nomen inditum a levatione maeroris. nam Graeci *βαλανεῖον* dixerunt, quod anxietatem animi tollat). GRAMM. suppl. 237, 5 dicitur balneum *ἀπὸ τοῦ βάλλειν νόον* i. a recreatione mentis. CAPER gramm. VII 108, 7 balneum et balneas, non balineum. CHAR. gramm. I 99, 3 (*coll.* BEDA gramm. VII 265, 15) balneum veteres dixerunt sive balineum: nihil enim differt, ⟨sed in⟩ privatis; in publicis autem feminini generis, et quidem numero semper plurali ... nec immerito. nam parsimoniae causa uno igni duplex balneum calfaciebant. DIOM. gramm. I 327, 7 neutra in femininum, ut hoc balneum epulum caepe, balneae epulae cepae; sed et haec balnea sive balinea pluraliter per ordinem declinantur. ISID. diff. 1, 75 in prosa cotidiano sermone balineum, in versu balneum dicimus. GLOSS. V 9, 2 (= 49, 21) balineum in prosa ponimus balneum, in metro tamen utrumque facit. GRAMM. suppl. 106, 18 *sing.* balineum, *plur.* balineae. VARRO ling. 9, 68 reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicae balneae, non balnea, contra quod privati dicant unum balneum, quod plura balnea dicant. 8, 48 singularia solum sunt multa, ut cicer ..., nemo enim dicit cicera ...; et multitudinis sunt, ut salinae; non enim ab his singulari specie dicitur salina et balnea. neque ab eo quod dicunt balneum habet multitudinis consuetudo; nam quod est ut praedium balneum, debuerunt esse plura ut praedia balnea, quod non est; non est ergo in his quoque analogia. NON. p. 194 balneae generis feminini ... neutri (*affert* CIC. phil. frg. V 76 *v.* balneolum). SERV. gramm. IV 431, 29 balneum generis neutri est in numero singulari, in numero autem plurali feminini quidem secundum usum (*affert* CIC. S. Rosc. 18). *cf.* DON. gramm. IV 375, 31 PROB. app. gramm. IV 195, 26 POMP. gramm. V 162, 23. CONSENT. gramm. V 345, 12 singulariter hoc balneum, pluraliter hae balneae (GRAMM. suppl. 237, 4). PHOC. gramm. V 426, 23 hoc balneum hae balneae, dicuntur et haec balnea. DVB. NOM. gramm. V 572, 16 balneas antiqui dixerunt, nunc neutri generis balneum et balnea. *forma* baln- *iam antiquis temporibus in usu fuit, quamquam non trad. apud* PLAVT. (*at v.* balneator): *primum occurrit apud* CAECIL. POMPON. *singulis locis,* GRACCH. or. frg. L. CRASS., *tum saepius inde a* VARR. CIC. *ea sola uti possunt poetae dactylici, eam solam habent* SEN. rhet. (*semel*) CELS. (*centies fere*) PETRON. FRONTIN. FRONTO *et plerique posteriorum. forma* balin- *sola legitur apud* PLAVT. 7*ies*, TER. *semel* (*adde* IMP. AVG. epist. frg. Suet. Aug. 76 HEGES. 1, 30, 15 *bis cod. C*). *utraque traditur apud* VARRONEM (*at semel tantum* balin-: ling. 5, 126), RHET. Her., CIC. (balin- *quater*, baln- *21ies*), LIV. (*bis*), VITR., VAL. MAX., SEN. min. (*v. infra p. 1706, 46 sqq.*), COLVM., SCRIB. LARG., PLIN. nat. (balin- *46ies*,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

baln- *22ies*), Tac., Plin. min. (*longe saepius* balin- *quam* baln-, *v. infra p. 1706, 74 sqq.*), Svet., Ictos, Porph., Marcell. med. (*ubi semel tantum legi* baln-), Sidon. (balin-: epist. 2, 2, 4). *in titulis* balin- *primum, ut videtur, occurrit in* Fast. ann. Iul. Praen. Apr. 1 (Corp. I² p. 235). *tum*: Corp. XI 6225 (*saec. I in.*). Lex met. Vipasc. (*quinquies*). Corp. XII 2493 (*saec. I*). XI 3010 (*saec. I?*). II 6145 (*saec. II in.*). III 6992 (*a. 129*). XIV 2112 (*a. 136*). 6481 (*a. 148*). XII 107 (*a. 163*). XIII 6592 (*a. 232*). *adde*: Corp. VI 8512. 29764. 29767—68. 29844, 30. 32 Inscr. Rostowzew, tess. plumb. 886 Corp. XIV 2115. 4015. IX 1466. 3152. 3430. X 3161. XI 5939. 6033. 6040. 6360 (*saec. III*). V 4412. 6513 (*saec. II*). 6522. 8807 (*litt. bonis*). III 789. 3047. XII 594. 2493/94. 3165ᵇ. XIII 1169 (*saec. II*). 3186 (*saec. III?*). 5417. 6562 (*saec. III*). VII 273 (*saec. II*). 287. 984. II 1956. 3270. 4610. 5354 (*saec. II?*). VIII 2340. 2692 (*saec. II*). 2706. 7031. *contra* baln-: Corp. I 1141 (= XIV 3013). I 1263 (= X 221). XI 1421 (*a. 4 p. Chr.*). III 7380 (*a. 55*). IV 1136 *et* 2410 *Pompeis*. X 1063 *et* XIV 3472 *et* XII 3179 *saec. I*. V 7783 (*a. 191*). III 1374 (*a. 193*). VIII 8375 (*a. 196*). III 12734 (*a. 220*). 7473 (*a. 230*). 12736 (*a. 274*). VI 31916 (*a. 358*) *et passim*. *compendium* bal.: Corp. VI 29830. 29844 (= 33613), 25. 30708 (*cf.* 1057 *et* 1058). Inscr. Rostowzew, tess. plumb. 887—890. b.: Corp. VI 15258 (*ibid. perscript.* balnea).

de usu plurali (*seclusi dat. abl.*): balineae: Plavt. Asin. 357 Merc. 127 Most. 756 Rud. 383 Vitr. 5, 10, 1 (5, 10, 4 *trad.* balneorum. 6, 5, 1 balneae) Plin. nat. 9, 168. 20, 166. 178. 234. 25, 57. 26, 16. 29, 26. 30, 40. 153. 35, 41. 159 Tac. hist. 3, 32. 83 (Agr. 21) Svet. Nero 31 Scaev. dig. 32, 35, 3 Marcell. med. 23, 19. balneae: Caecil. com. 99 Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 3 Varro rust. 1, 55, 4 Rhet. Her. 4, 10, 14. 4, 50, 63 Cic. Cael. 61. 62. 63. 67 Cluent. 141 S. Rosc. 18 de orat. 2, 223 Alf. dig. 19, 2, 30, 1 Vitr. 6, 8 (5), 1 (balineae *Rose*). 8, 6, 2 Val. Max. 2, 7, 9. 9, 6 ext. 2 (*item* Paris) Plin. nat. 11, 238. 13, 22. 19, 71. 26, 14. 28, 55. 63. 183. 31, 5. 102 Frontin. aq. 94. 108 Tac. hist. 3, 11 ann. 15, 52 (Agr. 21) Svet. Cal. 37 Galba 10 Fronto p. 7, 6. p. 157, 12. p. 224, 15 N. Gran. Lic. p. 8 Papir. dig. 32, 91, 4 (*bis*) Vlp. dig. 9, 2, 50 (balnea *dett.*) Pavl. sent. 5, 3, 5 Marcian. dig. 33, 7, 17, 2 Gell. 3, 1, 1. 14, 1, 23. 19, 10, 2 *et* 5 Apvl. met. 1, 5. 23. 24. 25. 4, 8. 5, 1. 15. 8, 29. 10, 13. 15. 11, 23 Tert. spect. 8 Anth. 377 tit. Capitol. Gord. 32, 5 Lampr. Comm. 5, 4 (*et saepius ap. script. hist. Aug.*) Symm. epist. 6, 66, 3. 8, 23, 3 Amm. 26, 6, 14. 28, 4, 9 Veg. mil. 1, 3 Ambr. in psalm. 118 serm. 21, 10 Hier. adv. Iovin. 1, 40. 2, 36 in Ier. 23, 21/22 epist. 45, 4. 50, 3 *et saepius* Rvfin. hist. 4, 14, 6. 5, 1, 5 Macr. sat. 3, 15, 3 Qverol. p. 39, 20 Theod. Prisc. log. 27. 48 *et passim* (*v. l. saepe* balnea) Diosc. 1, 32 Cass. Fel. 33 p. 71 (*unus cod.*) Sidon. epist. 2, 9, 8 carm. 22, 6 Cassiod. var. 8, 31, 8 (balnea *unus cod.*) Hist. Apoll. 7 Bened. reg. 36. *in titulis*: Corp. I 1141 (= XIV 3013). VI 1744 (*a. 358*). 1744ᵃ. 1745. 33899, 14. XIV 2101. 3013. IX 4196. 5067. 5121. X 3678. III 1374 (*a. 193*) (*cf.* 7473 *a. 230*). VIII 8375 (*a. 196*). 16400 (*saec. IV*). balnea: Pompon. Atell. 37 (*nam vix nom. sing. est*; balneae *Mercerus*, balneas *Ribbeck*). *tum apud dactylicos poetas inde ab* Hor. (Carm. epigr. 1318, 3. 1499, 1). Cels. 1, 6. 3, 27, 3 (7, 4, 4 balneis; *his tribus tantum locis plur. habet*) Sen. epist. 86, 7. 8. 9. 12. 90, 25 (balneorum) Scrib. Larg. 20 (?, balineum *L*) Petron. 26 (?, balneo *codd.*) Plin. nat. 28, 248 Plin. epist. 2, 17, 26 Vlp. dig. 50, 8, 2, 4 Tert. idol. 8 ieiun. 16 Lampr. Alex. 24, 2. 39, 4 Sidon. epist. 1, 8, 2 Ennod. opusc. 3, 47 Cassiod. var. 2, 39, 4 Oribas. syn. 4, 14 *et saepius. in tit.*: Corp. XIV 2121 (*cf. etiam* III 7473). balinea (*cf.* Diom. gramm. I 327, 7 *p. 1704, 51 sqq.*): Liv. 23, 18, 12 (*si recte trad.*; 23, 7, 3 balneis) Vitr. 1, 3, 1 (balnea *G*) Val. Max. 9, 1, 1 (balnea *cod. L*) Sen. dial. 7, 7, 3 epist. 86, 10 (balneae *P*). Colvm. 1, 6, 24 balineorumque. Plin. nat. 20, 156. 36, 121 Tac. Agr. 21 (*v. l.* balneas) Plin. epist. 2, 8, 2. 7, 26, 2. 10, 39, 6 Vlp. dig. 25, 1, 14, 2. 30, 41, 8. *nota vulgarem formam* balneus: Petron. 41 Itin. Burdig. p. 585. 588. balineus: Corp. XIV 4015. valn- *trad.* Fronto p. 88, 2 N. Diosc. 1, 32 (valneo *et* valnearum). Tab. devot. Audollent 140, 14 (Corp. VI 33899) valneas. *praeterea*: balinio: Corp. XIV 2112 II 31 (*a. 136*). balnia: Corp. XIV 914 (Cic. Att. 2, 3, 3 balnium *cod. M, rasura post* l). a balineu Augustae: Corp. VI 33765. [*arret.* baregno. *val.* baie, *it.* bagno, *francog.* bain, *hisp.* baño. *M.-L.*]

Gloss. balneum (*rarius* balineum) βαλανεῖον *passim*. III 401, 5 λουτρόν (*cf.* III 268, 6). II praef. p. XII publica aedificia ... balneae sive thermae. V 402, 14 stofa (*anglosax.*). Varro ling. 9, 68 primum balneum — nomen id graecum — introiit in urbem, publice ibi consedit, ubi bina essent coniuncta aedificia lavandi causa, unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur; ab eadem ratione domi suae quisque ubi lavatur, balneum dixerunt, et quod non erant duo, balnea dicere non consuerunt, cum hoc antiqui non balneum, sed lavatrinam appellare consuessent. *cf. Mau, PW. II 2743 sqq.*

Plavt. Asin. 357 ille in balineas iturust (Rud. 383 it lavatum in balineas). Merc. 127 numquam edepol omnes balineae mi hanc lassitudinem eximent. Most. 756 gynaeceum aedificare volt ... et balineas et ambulacrum et porticum. Persa 90 lautum credo e balineis iam hic adfuturum (*cf.* Ter. Phorm. 339). Poen. 976 Trin. 406. Caecil. com. 99 quid? mihi non sunt balneae? Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 3 ne quis in balneis lavisse vellet (*saepius ibid.*). L. Crass. or. frg. Cic. de orat. 2, 224 in balneis. Pompon. Atell. 37 balnea, forus, macellus, fana, portus, porticus. Varro Men. 166 ita ut soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari. ling. 5, 126 ante balineum locus. 8, 53. 9, 106 nos in balneis et lavamus et lavamur (9, 107). rust. 1, 55, 4 dominum in balneas et guminasium sequitur (*cf.* Petron. 26). frg. Non. p. 108 balneum non cotidianum. Rhet. Her. 4, 10, 14 in balneas venit (4, 50, 63 ad). 4, 11, 16 in balineis accessit ad hunc. Cic. Cael. 62 in vestibulo balnearum. 63. 65. 67 Cluent. 141 (*bis*). Vatin. 31 de balineis (*v. l.* baln-) exeunti (Deiot. 42 cum e balneo exisses. Att. 15, 13, 5 e balineo. de orat. 2, 223 de balneis). Deiot. 17 huc te e balneo ... ducere volebant (*cf.* 21). de orat. 2, 223 de balneis, quas nuper ille vendiderat. Att. 2, 3, 3 balineum (bal*nium *cod. M*) calfieri iubebo (*cf.* epist. 9, 16, 9). 13, 52, 1 in balneum. epist. 9, 22, 4 erit nudus in balneo. 14, 20 labrum si in balineo non est. Hor. epist. 1, 1, 92 mutat cenacula, lectos, balnea. 1, 11, 13 furnos et balnea laudat. 1, 14, 15 urbem et ludos et balnea ... optas (*cf.* Schol.). ars 298 secreta petit loca, balnea vitat. Imp. Avg. epist. frg. Suet. Aug. 76 in balineo ... post horam primam noctis duas buccas manducavi, priusquam ungui inciperem. Ov. ars 3, 640. Liv. 23, 18, 12 vinum et epulae et scorta balineaque (Oros. apol. 31, 2 balneis epulisque nutritus. *cf.* Frontin. strat. 4, 1, 26). 23, 7, 3 praefectos ... balneis includi iussit, ubi fervore atque aestu anima interclusa ... expirarunt. Vitr. 1, 2, 7 balineis et hibernaculis. 8, 2, 3. 9 praef. 10 casu venit in balineum ibique cum in solium descenderet, animadvertit ... tantum aquae extra solium effluere (*cf.* Cels. 3, 6 Plin. nat. 20, 234. 26, 8. 28, 63. 183 Oribas. syn. 1, 31). 5, 10, 1 nunc insequentur balinearum dispositionum demonstrationes. 5, 10, 4 magnitudines ... balneorum (*sic GH*). 6, 8 (5), 1 (balneae *GH*, balineae *Rose*). 8, 6, 2 ex altero in balneas vectigal quotannis populo praestent. Vell. 2, 114, 2 instrumentum balinei. Val. Max. 2, 7, 9 interdixit ... usum ... balnearum (*cf.* Cels. 6, 6, 8 Plin. nat. 20, 166 *al.*). 9, 5, 3 balineo egressus. 9, 5 ext. 4 separato a plebe balineo. 9, 6 ext. 2 vapore et fumo balnearum. Cels. 1, 1 interdum balneo, interdum aquis frigidis uti (*cf.* 3, 24. 4, 26 Plin. nat. 27, 82 *al.*). 1, 6 vitare solem, continua balnea. 1, 2 *sequitur* balneum, sed conclavi quam maxime alto et lucido et spatioso. 1, 3 fervens (Mart. 2, 25, 1 Sidon. epist. 5, 17, 10 v. 1). 1, 3 raroque balneo utendum (3, 21. 25. 3, 27, 2. 4, 12. 27. 5, 26, 30. 7, 3. 7, 4, 4). *ibid.* frequens (3, 22. 6, 6, 27. 34). 1, 7 calido (5, 27, 12 Marcell. med. 26, 21). 1, 3 in balneo sudare (*sim. saepius*). 3, 22 abstinere a vino, balneo, venere (4, 5. 4, 11. 8, 4 vitentur ... venus, frequens balneum, maior vini modus. *cf.* Carm. epigr. 1499, 1 balnea vina Venus corrumpunt corpora nostra, sed vitam faciunt b(alnea) v(ina) V(enus). 1318, 3 mecum senuere per annos. *iunguntur* vinum *et* balnea: Liv. *supra l. 20* Cels. 6, 6, 1. 8. 17 Sen. epist. 68, 7 Plin. epist. 2, 8, 2. 7, 21, 3 Fronto p. 81, 18 N. Hier. epist. 117, 7). Sen. dial. 6, 22, 6 usus ... balineo (*item* balin-: dial. 4, 32, 2. 7, 7, 3 epist. 22, 1. 56, 2. 68, 7. 86, 10 balinea ... obscura et gregali tectorio inducta. *ibid.* ardeat balineum an caleat. 122, 6. 123, 4 apocol. 13). nat. 3, 24, 3 igne subdito parietes et vasa balnei calefacit (*item* baln-: nat. 1, 2, 4. 1, 16, 3. 6, 31, 3 dial. 10, 12, 7 benef. 6, 15, 7 epist. 56, 1. 83, 5. 86, 7 cum ad balnea libertinorum pervenero. 86, 9 olim pauca erant balnea nec ullo cultu exornata. 86, 11. 86, 12 munda. 90, 25 suspensuras balneorum. 95, 22. 107, 2. 108, 16. 122, 16). Colvm. 1, 6, 11 *et* 24. 9, 5, 1. Scrib. Larg. 20 in balneum deducere. 134. 214. Petron. 28 intravimus balneum et sudore calfacti ... ad frigidam eximus. 30. 41 vix me balneus calfecit. 72. 73. 91 in balneo carmen recitabat. 92. 94. 97. 130. Plin. nat. 24, 185 in balineo sudantibus. 25, 57 balinearum dispensatione. 28, 55 ante balnearum vaporationem. 28, 248 caventur pridiana balnea. 29, 26 balineae ardentes. 31, 102 aestus balnearum. 35, 41 fornacium balinearumque fuligine. 36, 121 gratuita praebita balinea (Corp. XII 594 *cf.* 3179. V 6522), *et passim*. Stat. silv. 1, 3, 44. 1, 5, 13 dum nitidis canimus gemmantia saxis balnea. 2, 2, 18 gemina testudine fumant balnea. Mart. 7, 34, 10 thermas praefero balneis cinaedi. 9, 75, 3 Tucca balneum fecit. 9, 75, 10 subice balneum thermis, *et saepius*. Qvint. inst. 1, 6, 44 in balneis perpotare. Frontin. aq. 94 haec *aqua* non in alium usum quam in balnearum aut fullonicarum dabatur (91. 108). Ivv. 1, 143. 6, 375. 6, 419 taeterrima. 7, 131. 178. 11, 156. 204. Tac. hist. 2, 16 nudus et auxilii inops balineis interficitur. 3, 32. 3, 83 balineae popinaeque (Hier. adv. Iovin. 1, 40). 3, 11 vacantium forte balnearum fornacibus. ann. 14, 64 praefervidi balnei vapore enecatur (*cf.* 15, 64. 69). 15, 52 balneasque et epulas inibat. 16, 11. Agr. 21 porticus et balinea et conviviorum elegantiam. Plin. epist. 1, 4, 1 in Narniensi ... balineum. 2, 17, 11 propnigeon balinei. 5, 6, 25 apodyterium balinei. 7, 26, 2 balinea imaginatur et fontes (*cf.* 2, 8, 2). 10, 23, 1 Prusenses ... balineum habent et sordidum et vetus. 10, 39, 5 ingens balineum defodiunt magis quam aedificant (*et saepe* balin-; baln-: epist. 2, 17, 11 balnei cella frigidaria. 2, 17, 26). Traian. Plin. epist. 10, 24, 1 instructio novi balinei, *et saepius*. Svet. Aug. 85 tempore balinei. Nero 20. 31 balineae marinis et albulis fluentes aquis. 35 (balin- *cod. Memm.*, baln- *Gudianus al.*). Vesp. 21 a secreto in balineum tricliniumque transibat. Cal. 37 commentus novum balnearum usum. Galba 10 in balneas transeuntem. Fronto p. 7, 6 N.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fornaculas balnearum, *et saepius plur.* (*sing.* p. 89,19 ad otium balnei, *et saepius*). GAIVS inst. 1, 20 cum praetor aut proconsule in balneum vel in theatrum eat. VLP. dig. 32, 55, 3 ad balnei calefactionem, *et saepius apud* ICTOS (*alia v. supra*). GELL. 14, 1, 23. 19, 10, 2 fabri aedium ... balneis novis moliendis adhibiti ostendebant ... depictas in membranulis varias species balnearum. 19, 10, 5 quos (*sermones*) de balnearum sumptu instituerat. APVL. apol. 59 Crassum ... secundo lavacro ad repotia cenae obeunda vinulentum sudorem in balneo desudare. flor. 9 p. 36 strigilem et ampullam ceteraque balnei utensilia. met. 4, 8 per balneas et aniles cellulas reptantes. 5, 1. 5, 15 balnearum vaporosis fontibus, *et saepius.* TERT. bapt. 5 in balneis piscinae et euripi in domibus, *et saepius.* PORPH. Hor. sat. 1, 3, 6 statim a balneis. 1, 4, 74 COMM. instr. 2, 35, 11 apol. 677 ANTH. 119—123 *al.* (*epigrammata de balneis*). CAPITOL. Gord. 32, 5 opera Gordiani Romae nulla extant praeter quaedam nymfia et balneas. sed balneae privatis hominibus fuerunt et ab eo in usum privatum exornatae sunt. LAMPR. Comm. 5, 4 in palatio per convivia ac balneas bacchabatur. PALLAD. 1, 39, 4 aestivis balneis. ITIN. Burdig. p. 588 balneus, qui de eo puteo lavatur. p. 594 balneum ..., ubi infantes lavantur. AVSON. Mos. 338. SYMM. epist. 6, 66, 3 imus ad balneas. 8, 23, 3 frequentatio balnearum. AMM. 28, 4, 9 ubi tholos introierint balnearum. 29, 2, 28 in balneis admovere marmori digitos. PELAGON. 245. 297. VEG. mil. 1, 3 balnearum nescia *plebs.* AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 10. HEGES. 1, 30, 15 balineum ... ingressus *ibid.* ad exitus balinei festinaverunt. HIER. vir. ill. 2 nec unctus est unguento nec usus balneo. in Dan. 10, 2 p. 697 in Ier. 23, 21/22. epist. 79, 7 balnearum calor. 107, 11 fomentis (125, 7), *et saepe.* CLAVD. carm. min. 12, 4 inter dura viae balnea qui posuit. AVG. civ. 14, 17 nec in balneis nudas *corporis partes* habeant. 21, 10 MACR. sat. 7, 16, 24. QVEROL. p. 39, 20 nocte balneas adimus. MARCELL. med. 7, 6 in balineo caput sapone optime lavabis, *et saepe.* SORAN. 107. *et passim apud medicos.* SIDON. epist. 1, 8, 2 algent balnea. carm. 18 *tit.* de balneis villae suae, *et saepius.* ENNOD. opusc. 3, 47 balnea ... sordibus amica. CASSIOD. var. 2, 39, 4 balnea contra ... dolores ... attributa. ORIBAS. syn. 1, 28 diaforetica ... balnea. BENED. reg. 36 balnearum usus infirmis offeratur.

virilia, muliebria: GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3 uxor eius dixit se in balneis virilibus lavari velle. CORP. XIV 2121 reposuit balnea virilia utraque et muliebre ... refecit. IX 1667 balneum viril⟨e⟩ et muliebre. 3677 muliebre. *cf.* PLIN. nat. 33, 153 videret haec Fabricius et stratas argento mulierum balineas ita, ut vestigio locus non sit, cum viris lavantium! MART. 3, 51, 3 semper vitas communia balnea nobis (CASSIOD. var. 9, 6, 5). CYPR. hab. virg. 19 quae promiscuas balneas adeunt. LAMPR. Alex. 24, 2 balnea mixta. HIER. adv. Iovin. 2, 36 balneas, quae viros et feminas lavant. *cf.* VARRO ling. 9, 68 *p. 1705, 71* LEX met. Vipasc. 19 *sqq.* *publica* (*cf.* VARRO ling. 9, 68 *p. 1704, 57*): CIC. Cael. 62 cur ... potissimum balneas publicas constituerat? SEN. contr. 3 praef. 16 negavi me de balneo publico exiturum. FRONTIN. aq. 107 balneis quae publice lavarent. PLIN. epist. 8, 8, 6 balineum Hispellates ... publice praebent. SVET. Aug. 94 ut mox publicis balineis perpetuo abstinuerit. VLP. dig. 50, 8, 2, 4 PORPH. Hor. sat. 1, 5, 35. *adde titulos*: DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1421 *a. 4 p. Chr.*) balineisque publicis. CORP. XIV 2112 II 31 in balinio publico. X 3678 ad lavacrum balnear. publicar. III 12734. *cf.* VITR. 1, 3, 1 PLIN. nat. 36, 123 GRAN. LIC. p. 8 RVFIN. hist. 4, 15, 29 (βαλανείων). VAL. MAX. 9, 1, 1 C. Sergius Orata pensilia balinea (baln- *L*) primus facere instituit (PLIN. nat. 9, 168 pensiles ... balineas. *cf.* 26, 16 pensili balinearum usu. MACR. sat. 3, 15, 3 balneas pensiles). SEN. epist. 86, 8 in hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo exsectae, ut sine iniuria monumenti lumen admitterent: at nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. COLVM. 1, 6, 19 rusticis balneis. PLIN. epist. 2, 17, 26 balnea meritoria quaedam. CIC. Cael. 61 venirent ad balneas Senias (62). S. Rosc. 18 occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sex. Roscius. PERS. 5, 126 i puer et strigiles Crispini ad balnea defer. STAT. silv. 1, 5 tit. balneum Claudii Etrusci (SIDON. epist. carm. 22 § 6 balneas Etrusci). MART. 1, 59, 3 redde Lupi nobis tenebrosaque balnea Grylli. 2, 14, 11 nec Fortunati spernit nec balnea Fausti, nec Grylli tenebras Aeoliamque Lupi. 3, 20, 16 Titine thermis an lavatur Agrippae an impudici balneo Tigillini. 9, 19, 1 laudas balnea ... cenantis bene Pontici. 11, 52, 4 scis, quam sint Stephani balnea iuncta mihi (*cf.* 14, 60, 2). IVV. 7, 233 dum petit aut thermas aut Phoebi balnea. GELL. 3, 1, 1 apud balneas Titias. PORPH. Hor. ars 32 Aemilii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balineum est. ITIN. Burdig. p. 585 balneus Cornelii centurionis. AMM. 26, 6, 14 Procopius Anastasianas balneas petit a sorore Constantini cognominatas. CLAVD. carm. min. 12 tit. de balneis Quintianis, quae in via posita erant. *in titulis*: CORP. VI 182 (= 30708) Fortunab(us) bal(nei) Verul(ani). *cf.* FAST. ann. Iul. Praen. April. 1 (CORP. I² p. 235). CORP. XI 6040. XIII 6592 (*a. 232*). FRONTO p. 157, 12 N. balnearum ... Fortunas. CORP. VI 29764 balineum Iuliorum Akariorum. 29767 balineum Claudianum. 29830 bal. Faustines (*in pictura antiqua repraesentante aedificia ad ripam fluvii sita*). 29844 (= 33613), 25 bal. Surae. 30 ⟨b⟩alineum Ampeli⟨dis⟩ (*cf.* CVRIOS. urb. reg. 14 p. 18). 31 balneum Caesaris. 33 balne⟨um⟩ Cotini. INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 866 balineum Germani. 888 bal. Ti. C. Ill. 890 bal. Fel. CORP. IV 1136 balneum Venerium. X 4792 balneum Clodianum. III 6992 (*a. 129*) balineum Hadrianum ex p. public. dedicavit. VIII 7031 balineum Pacatianum. *nota*: TERT. anim. 50 quamquam si et Menander *haereticus* in Stygem mergit, moriendum erit nihilo minus, ut ad Stygem venias ... quod hoc Menandri balneum? comicum credo.

ex reliquis titulis exempla selecta: CORP. I 1141 (= XIV 3013) balneas reficiund(as), aquam per publicum ducendam d(e) d(ecurionum) s(ententia) coeravere. 1263 (= X 221) balneum ex d. d. de peq(unia) pob(lica) fac. cur. LEX met. Vipasc. 19 balinei fruendi (*sc.* conductio). conductor balinei sociusve eius omnia sua inpensa balineum ... omnibus diebus calfacere et praestare debeto *eqs.* CORP. VI 31916 (*a. 358*) conditor balnearum. 354 cum exampliaretur balneum (*aet. Pertinacis*). 8512 mag(istro) a balineis. XIV 2101 (*aet. Pertinacis*) in locum balnearum, quae per vetustatem in usu esse desierant, thermas ... exstruxit. 2115 in refectionem balinei. 3472 (*saec. I*) balneum municipibus et incolis dedit. 4015 in ⟨hi⟩s praedis Aureliae Faustinianae balineus lavat(io) more urbico et omnis humanitas praestatur (*cf.* VIII 20579). 4190 (*aevi sequioris*) ad horrea Sempron(ia) ad balneum vetus (*cf.* INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 887 bal. noum. CORP. II 4610). IX 1466 qui ⟨con⟩lapsum terrae mot⟨u⟩ balineum refi⟨ci⟩ curavit. 3152 balineum solo suo s(ua) p(ecunia) aedificavit et contexit (*cf.* 3153). 3430 balineum refectum dec. decr. pecun. public. partis Peltuinatium. 4196 balneas Amiterninis patriae suae dedit. 4786 venditor soli, in quo balneum est (*et bis ibid.*). 5746 balneum et platias. X 1063 thermae M. Crassi Frúgi aqua marina et baln. aqua dulci Ianuárius l. (*saec. I*). 4884 balneum ⟨a⟩ solo ⟨p⟩eq. sua dedit. XI 3811 (*saec. III*) diebusque ludorum et epuli viri sui balneum cum oleo gratuito dedit (*cf.* 6033. 6358 oleum in balineís. III 7805). 5939 ad balinei fabrica. 6040. 6225 (*saec. I*) balineum á L. Rufellio Sevéro p. p. tr. factum, quod rés publica á novo refecerat, incendio ex maxima parte consúmptum operibus ampliátis pec(unia) sua restituit. 6481 (*a. 148*). V 5136, 3 balneum et aquas dedit. 5504. 6513 (*saec. II*) balineum, quod vi consumptum fuerat (8807 ⟨b⟩alineum vi ignis conla⟨psum⟩. VII 273 *saec. II* balineum vi ignis exustum). V 6522 balineum solo privato et lavationem gratuitam in perpetuum dedit. 7783 (*a. 191*) balneum, quod vivos inchoaverat ... perfectum Albi⟨n⟩ga⟨u⟩nensibus a⟨t⟩signavit. III 789 ob restitutionem balinei. 1006 perfecto a solo balneo. 3047 balineo effect(o). 1374 (*a. 193*) balneas coh. II Fl. Commag. vetustate dilabsas restituit (*cf.* 7473 *a. 230*). 1806 ob dedi⟨cationem⟩ balnei. 7380 (*a. 55*) balneum populo et familiai Caesaris n̄. d. ⟨s.⟩ p. f. idemque aquam in eius balneí usus perduxerunt. 8113 (*aet. imp. Philippi*) domum suam et baln. refecit. 8816 (*cf.* add. p. 2326). 10054 balneum vet⟨ustate con⟩lapsum p⟨ecunia sua⟩ restitu⟨it⟩ (VIII 2706. III 12736 *a. 274* balneum vetustate conlapsum ad pristinam faciem reformare curavit). 10489 balneum a solo territorio leg. II ... fecit *Severus Alexander imp.* 12734 (*a. 220*) balneo p⟨ublico a⟩quam sufficiente⟨m ind⟩ux⟨it⟩. XII 594 (*saec. II ex.*) balineo gratúitó quod ablatúm erat paganís (*cf.* 3179). 2493/94 (*saec. I*) balineum campum porticus aquas iusque earum aquarum tubo ducendarum, ita ut recte perfluere possint, vicanis Albinnensibus d. s. d. (*cf.* 2495). 3165ᵇ quo mátúrius balineum usibus plebis exhiberétur (*cf.* XIII 3162). XIII 1169 (*saec. II*) balineum cum suis ⟨ornamentis⟩. 5416 ad marmorandum balneum (*cf.* XII 4388). VII 287. 984 explicito balineo. 445 (*saec. III*) balneum cum basilica a solo instruxit. II 1956 solum balinei dedit (*cf.* 3270). 3960 se vivis comparaverunt locum uti est concameratum parietib. balneis hortis. 4509 (= 6145 *saec. II*) balineum c⟨um port⟩icibus solo suo et du⟨ctus aquae⟩ fecerunt. 4610 curatori balinei novi. 5354. VIII 2340 at exornatione⟨m⟩ balinei. 8375 (*a. 196*) balneae municipum municipii Aelii Chobae p. p. factae. 9908 ⟨bal⟩neum castrorum restitu⟨tum⟩.

derivata: balnearis (-rius), balneator (-trix), balneatorius, balneaticum, balneatus, balneo, balneolum, balnio (?), baliscus (balniscus?), balnitor. *Ihm.*

Balneum Regis, *in Etruria, hodie* Bagnorea; *v. Hülsen, PW. II 2835; Bormann, Corp. XI p. 443.* GREG. M. epist. 10, 13 in castro Balneum Regis. RAVENN. p. 285, 16 (Guid. p. 488, 18). *Jacobsohn.*

? **balnio,** (-īre) *a* balneum. *cf.* balneo. GLOSS. II 567, 12 apotisterium (*leg.* apodyt-) locus ubi mittuntur vestimenta banientium (baln- *a*).

balniscus *v.* baliscus.

balnitor, -ōris *m.* [*a* balneum *ductum, cf.* ianitor, holitor *sim. Th.*]. GLOSS. III 440, 12 balnitor βαλανεύς (202, 2 banitor). 652, 10 da balnitori nummos δὸς τῷ βαλανεῖ κέρμα (*cf.* 217, 3).

1. bālo, -āvī, (-ātum), -āre [*vox onomatopoetica, cf.* be. *Th.*]. VARRO rust. 2, 1, 7 *oves* ⟨a⟩ sua voce Graeci appellarunt mela. nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia littera (vox earum non me, sed be sonare videtur) oves be alare (balare *cod.*) vocem efferentes dicunt, e quo post balare extrita littera, ut in multis. PAVL. FEST. p. 30 barrire elephanti dicuntur, sicut oves dicimus balare, utique a sono ipso vocis. QVINT. inst. 1, 5, 72 *p. 1709, 17.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nota: bălantum: CYPR. GALL. gen. 986 (*cf.* balatus). belare: GLOSS. IV 591, 19 belat balat. III 259, 5 βληχᾶται ἡ ὄις belat (*cf.* belantes *infra l. 24*). COMM. instr. 1, 22, 3 belantum (bellantum *C*, ballatum *et* ballantem *al.*). *inde descendunt linguae romanicae*: [*val.* sberá, *it.* belare, *hisp.* belar. *M.-L.*].

speciatim ritus initiandi religionis christianae. ITALA Rom. 6, 4 (codd. d g r Tert. pudic. 17 Priscill. tract. 4, 79 Ambrosiast. Gaudent. serm. 3 p. 862ᴬ. *item* VVLG.) consepulti . . . sumus cum *Christo* per baptismum in mortem (Tert. resurr. 47 p. 528 Oehl. per baptisma. *cf.* HIL. trin. 1, 13 cuius morti consepeliremur in baptismo. 9, 9 [baptismate]. in psalm. 91, 9 AMBR. in Luc. 7, 37. 10, 96). Eph. 4, 5 (codd. d g Cypr. unit. eccl. 4 sent. episc. 1. 5 Mar. Victorin. Priscill. tract. 1, 5 Ambr. in Luc. 7, 91 Ambrosiast. Hier. Ps. Primas. *item* VVLG.) unus dominus, una fides, unum baptisma (Optat. 5, 3 p. 125 una tinctio. Tert. bapt. 15 Cypr. sent. episc. 1 [*codd. L T*]. Alterc. Heracl. p. 143 unum baptismum. *cf.* TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 303 Oehl. unius baptismi definitorem. HIL. trin. 11, 1. 2). Col. 2, 12 (codd. d g Ps. Primas *item* VVLG.) consepulti *Christo* in baptismo (TERT. resurr. 23 p. 496 Oehl. consepultos Christo in baptismate. AMBR. paenit. 2, 2, 9 consepulti ei per baptismum. AMBROSIAST. cum illo sepulti in baptismo . . . cum quo sepulti sunt in baptismate). I Petr. 3, 21 (Cypr. epist. 69, 2. 74, 11 Firmil. Cypr. epist. 75, 15. *item* VVLG.) vos (illos *cod. S*, nos *Firmil.*) . . . salvos faciet baptisma. Hebr. 6, 2 (cod. d) baptismorum doctrinam (VVLG. baptismatum doctrinae. *cf.* PS. PRIMAS. *in h. l.*). *saepissime apud* ECCL.; *proprios de* baptismo *libellos conscripserunt* TERT. AVG. *verba potiora*: baptismum exercere: TERT. bapt. 5 AVG. in euang. Ioh. 5, 3; dare: TERT. bapt. 17 MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 5 PRVD. perist. 2, 375 *passim*; praestare: AVG. pecc. mer. 1, 21, 30; iterare: OPTAT. 1, 5 p. 7, 8 AMBR. spir. 1, 3, 42 (*opp.* novare); repetere: AVG. nupt. et concup. 1, 33, 38; duplicare: AVG. epist. 23, 4 p. 69; implere: MAX. TAVR. bapt. 3 p. 777ᴰ. habere: AVG. c. Petil. 2, 33, 78; tenere: AVG. bapt. 5, 16, 20; accipere: TERT. bapt. 17 CYPR. sent. episc. 1 *passim*; consequi: LVCIF. Athan. 1, 41 p. 139 SVLP. SEV. Mart. 3, 5; recipere: PASS. coron. 2; percipere: AVG. in psalm. 80, 2; ingredi: TERT. bapt. 20; intrare: PETR. CHRYS. serm. 60 p. 365ᶜ; accedere ad: ITIN. Silv. 45, 4; admitti ad: AVG. fid. et op. 1, 2; petere: AVG. fid. et op. 27, 49; offerri ad: AVG. epist. 98, 6; confrequentare: ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 15. celebrare mysterium baptismi: AVG. bapt. 4, 22, 29; consecrare baptismum: AVG. bapt. 6, 25, 47. baptismo perfundi: AVG. anim. 1, 9, 11; dilui: AVG. anim. 2, 12, 17 (serm. 213, 8); imbui: AVG. serm. 279, 2 COD. Theod. 16, 8, 23; tingui: GREG. M. epist. 11, 27 p. 295, 21 CARM. epigr. 770, 4; exire de baptismo: AVG. serm. 5, 2; egredi: PS. AVG. serm. 136, 5. *baptismus Iohannis*: ITALA Matth. 3, 7 (codd. a b d f g¹ k l q. *item* VVLG.) multos Pharisaeorum . . . venientes ad baptismum suum (*cf.* HIL. in Matth. 2, 3). 21, 25 (codd. a b e f g¹. *item* VVLG.) baptismum Iohannis unde erat? (codd. d l q baptisma. *cf.* HIL. in Matth. 21, 10 HIER. in Matth. 21, 25). Marc. 1, 4 (codd. a b d f l q r t. *item* VVLG.) praedicans baptismum paenitentiae in remissione peccatorum (Luc. 3, 3 [codd. a b e f q r] VVLG. baptismum, cod. d baptisma). 11, 30 (codd. a b d i k l q r) baptisma Iohannis de caelo erat an ex hominibus? (cod. f VVLG. baptismum. Luc. 20, 4 [cod. e baptisma, cod. d baptismus, codd. a f l q Ambr. c. Aux. 37. VVLG. baptismum] *cf.* TERT. bapt. 10). Luc. 7, 29 (codd. a b e l q Ambr. in Luc. 6, 1 [*cod. A*]) baptizati baptismum Iohannis (cod. d baptisma, cod. f VVLG. baptismo. *cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 17 HIER. epist. 21, 3). act. 1, 22 (cod. d. *item* VVLG.) baptismate (codd. g p baptismo). 10, 37 (codd. d g p Iren. 3, 12, 7 *item* VVLG.). 13, 24 (cod. d) baptisma (cod. g VVLG. baptismum). 18, 25 (cod. d g. *item* VVLG.). 19, 3. 4 (cod. d) in Iohannis baptisma

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... Iohannes baptizavit baptisma paenitentiae (cod. g VVLG. baptismate ... baptismum. *cf.* TERT. bapt. 10). *passim apud* ECCL. *figurae baptismi*: TERT. bapt. 4 praenotabant ad baptismi figuram dei spiritum, qui ... supervectabatur ⟨super aquas⟩ (AMBR. spir. 2, 1, 1 in exordio creaturae baptismi figura signatur. HIER. epist. 69, 6). 8 post aquas diluvii ... post baptismum ut ita dixerim. ... male comparatur baptismus diluvio (CYPR. epist. 69, 2 in illo ... mundi baptismo. OPTAT. 1, 5 p. 8 PS. AMBR. sacr. 1, 6, 23 HIER. epist. 10, 1 AVG. quaest. Simpl. 2, 1, 5 c. Faust. 12, 17 serm. ed. Mai 94, 2 PS. AVG. serm. 145, 3 FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 20. 21). bapt. 9 quae figura (*sc. transitus Iudaeorum per mare rubrum*) manifestior in baptismi sacramento? (CYPR. epist. 69, 15. 73, 22 GAVDENT. serm. 1 p. 849A AMBR. apol. Dav. I 8, 43 myst. 3, 12 epist. 19, 2. 70, 24 PS. AMBR. sacr. 1, 6, 20 HIER. epist. 69, 6 AVG. in psalm. 72, 5. 80, 8. 106, 3 c. Petil. 2, 37, 87 in euang. Ioh. 28, 9 serm. 4, 9. 213, 8 PS. AVG. serm. 25, 1 catacl. 3, 4 PS. ORIGEN. tract. 9 p. 102, 7 PROSP. in psalm. 106, 2. 135, 13. SEDVL. carm. pasch. 1, 142 mediumque per aequor ingrediens populus rude iam baptisma gerebat. GREG. M. epist. 11, 27 p. 295, 19). bapt. 9 super aquam *Christus* incedit, libenter transfretat, aquam discentibus ministrat. perseverat testimonium baptismi usque ad passionem. CYPR. epist. 73, 17 legis et Moysi antiquissimum baptisma (PS. CYPR. rebapt. 2 HIER. epist. 64, 20 AVG. quaest. hept. 4, 33 p. 346, 9). PS. CYPR. ad Novat. 3 *columba* sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani provisum et soli ecclesiae ... celebrare ⟨permissum⟩, per os suum praeostendit. AMBR. Hel. 22, 84 typum baptismatis demonstravit Helias et caelum aperuit. AVG. anim. 2, 11, 15 circumcisio ... praefigurabat nostri temporis baptismum (epist. 187, 34. 265, 4). PS. AVG. serm. 35, 1 Iordane transito quasi baptismi completo mysterio. PS. ORIGEN. tract. 11 p. 126, 9 grana mali punici ... baptismi et passionis typum ostendunt: candidos enim baptisma efficit, passio rubicundos. 12 p. 138, 7 *niveus candor* lanae baptismum indicat.

translate: ITALA Marc. 10, 38 (codd. a b d i q) potestis ... baptismum quod ego baptizor, baptizari (codd. d f r VVLG. baptismum quo, l baptismum quem, k baptiziationi baptiziari, quo ego baptizior. Iren. 1, 21, 2 baptisma ... quod. Ps. CYPR. rebapt. 14 baptismate quo). 10, 39 (codd. a d) baptisma quod ego baptizor baptizamini (cod. k baptisma baptiziamini, b i q baptismum quod, d l VVLG. baptismum [VVLG. *pars codd.* baptismo] quo). Luc. 12, 50 (codd. b f q r Iren. 1, 21, 2 Cypr. epist. 73, 22 Ps. Cypr. rebapt. 14 Hil. in psalm. 118 gimel 5 Filastr. 82, 4 Gaudent. serm. 20 p. 994A Ambr. in Luc. 7, 130) VVLG. baptisma habeo baptizari (codd. d e l Rufin. Orig. in iud. 7, 2 VVLG. [*cod. Fuld.*] baptismum. Tert. bapt. 16 habeo ... baptismo tingui. pudic. 22 p. 272, 25 habeo ... et aliud baptisma). TERT. bapt. 16 hos duos baptismos *aquae et sanguinis* de vulnere perfossi lateris emisit *Christus*. ... baptismus *sanguinis* lavacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit. pudic. 22 p. 272, 25 martyrium aliud erit baptisma (CYPR. epist. 73, 22 FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9. 13 PS. CYPR. rebapt. 10. 14. 15. FILASTR. 82, 4 audiant salvatorem post baptismum aquae dicentem de baptismo alio, paenitentiae scilicet passionis. 89, 7. GAVDENT. serm. 20 p. 994A post illud baptisma, quod pro nobis in Iordane susceperat ... resurrexit ... ex ipso baptismo passionis (PETR. CHRYS. serm. 164 p. 632B). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 14 est etiam baptismum in paradisi vestibulo ... culpa coepit et baptismum coepit. HIER. epist. 18, 11 secundi baptismatis purgatione, id est ignis, indigeo (hom. Orig. in Ier. 13 p. 868). 39, 3 cum *Blaesilla* secundo quodammodo propositi se baptismo laverit *amplectendo vitam monasticam*. RVFIN. symb. 23 Orig. in iud. 7, 2 *saep.* AVG. bapt. 4, 22, 29. epist. 265, 4 *martyribus* ipsa passio pro baptismo deputata est. PS. ORIGEN. tract. 15 p. 166, 1 PS. PRIMAS. in Rom. 6, 4 p. 443B EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 286, 7.

synon.: fons sacer, fons Christi, sacramentum regenerationis, sacramentum nativitatis, aqua salutaris, regenerationis lavacrum, sacrum lavacrum, lavatio, amnis, sacra perfusio, tinctio, intinctio, sancta ablutio.

baptista, -ae *m.*, βαπτιστής. *cognomen Iohannis, praecursoris Christi.* ITALA Matth. 3, 1. 11, 11. 12. 14, 2. 8. 16, 14. 17, 13 Marc. 6, 14. 24. 25. 8, 28 Luc. 7, 20. 28. 33. 9, 19 *omnes codd. praeter* k, *qui formam* baptizator *tradit, q. v.* (VVLG.). IVVENC. 2, 541 lex omnis summam baptistae ad tempora cepit ... corpus Iohannis. *et passim apud* ECCL.

baptistērium, -ī *n.*, βαπτιστήριον. EVCHER. instr. 2 p. 160, 16 baptisterium tinctorium. ENNOD. *cod. B* (*p. 1720, 19*) *et* NOT. Tir. 114, 31 baptistirium. 1 *piscina balnei*: PLIN. epist. 2, 17, 11 balnei cella frigidaria ... cuius in contrariis parietibus duo baptisteria velut eiecta sinuantur. 5, 6, 25 apodyterium balinei ... excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est. CORP. IX 4974 (*Curibus Sabinis*) baptistērium et cella⟨m⟩ de sua pecunia. HIER. in Is. 66, 17 p. 815 in hortis amoenissimis vel baptisteria exstruebant vel piscinas ad areolas irrigandas. SIDON. epist. 2, 2, 8 basilicae appendix piscina forinsecus seu, si graecari mavis, baptisterium ab oriente conectitur, quod viginti circiter modiorum milia capit. 2 *apud christianos*: AMBR. epist. 20, 4 in baptisteriis ... basilicae. PS. AMBR. sacr. 4, 1, 2 tabernaculum ... in quod ... summus sacerdos intrare consuevit, hoc est ad baptisterium. PRVD. perist. 8 tit. de loco in quo martyres passi sunt, nunc baptisterium Calagurri. PAVL. NOL. epist. 32, 1 baptisterium basilicis duabus interpositum condidisti. 32, 5. AVG. civ. 22, 8 p. 570 ad baptisterium, quaecumque illi baptizata primitus occurrisset. cur. mort. 12, 15 vidit ... basilicam et baptisterium. PASCASIN. Leo M. epist. 3, 3 ecclesia ... in cuius baptisterio (baptizerio *Mariani chronicon, cf. Krusch in h. l.* baptizatorio *cod. A saec. IX*) nocte ... paschali ... fons ex sese repletur (ISID. vir. ill. 24). AVELL. p. 445, 14. 643, 19. SIDON. epist. 4, 15, 1 baptisterium, quod olim fabricabimini, scribitis posse iam consecrari. ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 8. 17. p. 129, 7 lavacro tinctus redemptor ... ⟨mundum myste⟩rio regenerationis informans non tam baptisterium ⟨esse voluit quam⟩ baptismum. VITA Alc. Avit. 5 baptisterii ecclesia musivo et marmore ... ornata ... ipsumque baptisterium cum aquaeductu et ornatu suo. ENNOD. carm. 2, 20 tit. versus in baptisterio (baptesterio *cod. B saec. IX*). 2. 56 tit. versus in baptisterio Mediolanensi factos. 2, 149 tit. de fonte baptisterii (aptestirii *cod. B*) sancti Stephani. ANON. Vales. 9, 43. 14, 87 GREG. TVR. Franc. 2, 31. 5, 11. VEN. FORT. carm. 2, 11 tit. de baptisterio (babtisterio *cod. L saec. VIII—IX*) Magantiae. GREG. M. epist. 2, 15 (9, 58. 165. 180). 6, 22. 13, 24 EVGIPP. Sev. 22, 3. 5. CONC. Autiss. a. 573—603 p. 181, 2 non licet in baptisterio corpora sepelire.

baptizātio, -ōnis *f. a* baptizare. ITALA Marc. 10, 38 (cod. k) baptiziationi *cf. infra l. 28 et 43.* PS. AMBR. serm. 12, 4 baptizatio (*ed. Rom.*; consecratio *ed. Maur.*) enim Christi consecratio est elementi.

baptizātor, -ōris *m. a* baptizare. ITALA Matth. 3, 1. 11, 12. 14, 2. 8. Marc. 3, 28 (cod. k) baptiziator. Matth. 11, 11 (Tert. bapt. 12) Iohanne baptizatore (cod. k baptidiatore). 11, 13 (Tert. adv. Iud. 8 p. 718 Oehl.) Iohannem baptizatorem. TERT. anim. 50 *aquae*. AVG. quaest. hept. 3, 84 de Iohanne baptista dici potest: prius ... baptizator (baptizatur *codd. CPS*) quam baptizatus apparuit. epist. 53, 6 ut extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores ... concilio suo damnarent *Donatistae*. 98, 7 baptizator interrogat. 185, 37 ut in baptizatorem suum credat. PS. AVG. serm. 137, 1 Christus sanctior est baptizatore suo.

baptizātōrium, -ī *n.* PASCASIN. Leo M. epist. 3, 3 (*cod. A saec. IX*) *cf. supra l. 8.*

baptizo, -āvī, -ātum, -āre, βαπτίζω. *traduntur formae*: baptidio *sim.*: APIC. 4, 131 THEOD. PRISC. eup. faen. 66 *cod. B* ITIN. Silv. 38, 1. 39, 3. 45, 1. 46, 1. 6 INSCR. christ. Rossi I 805 *a. 459*, Hisp. 103 *saec. VI—VII.* baptizio: ITALA Matth. 3, 6 Marc. 10, 38. 39 *cod. k saec. VI cf. supra l. 25 et 28.* babtizo *sim.*: VVLG. Matth. 3, 6 *codd. saec. VI—VII*, 3, 11 *cod. J saec. VI—VII*, Marc. 16, 16 *cod. Y saec. VII—VIII*, euangg. *cod. L saec. VII—VIII et cod. D saec. VIII—IX* (babtitzo) *fere semper.* baptiszo: CONC. Araus. a. 529 p. 52, 4. 17 *cod. k saec. VII* VVLG. Matth. 3, 6 *cod. L saec. VII—VIII*, euangg. *cod. E saec. VIII—IX saepius.* batizo: ITALA Ioh. 1, 31. 3, 26 *cod. q saec. VII*; battizo: CYPR. sent. episc. 53 *cod. T saec. X.*

generatim de ablutione: ITALA Iudith 12, 7 (Sangerm. 15) baptizabat se in fontem (VVLG. in fonte) aquae (ἐβαπτίζετο). Sirach 34, 30 (Cypr. epist. 71, 1 sent. episc. 27 Aug. c. Petil. 1, 9, 10) qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatione (lavatio *quidam codd. et* VVLG.) eius? (βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ). Marc. 7, 4 (cod. a) a foro cum venerint, nisi baptizati fuerint (baptizentur codd. b d f i l q r) non edunt. Luc. 11, 38 (cod. e) quare non primo baptizavit (baptizatus est *reliqui codd.*) ante prandium (Tert. adv. Marc. 4, 27 cur non prius tinctus esset. *cf.* TERT. bapt. 15 Iudaeus quotidie lavat, quia quotidie inquinatur). 20, 5 (codd. c e) non enim baptizantur *filii nostri* sicut et nos nec se mundant (*deest in cett. codd. et* VVLG.). I Cor. 10, 2 (codd. d g Aug. c. Faust. 12, 29) patres nostri ... omnes in Moysen baptizati sunt in nube et in mari. FILASTR. 5, 2 Sadducei ... praedicant ... corpus baptizandum. AVG. in psalm. 140, 8 Pharisaei ... abluebant se. et prope baptizabant ... non tantum se sed et vasa sua, lectos suos, calices, paropsides. AVG. serm. ed. Mai 6, 3 sputo suo *Christus* baptizat limum (*cf.* VVLG. Ioh. 9, 6. PETR. CHRYS. serm. 176 p. 664A ut sancti roris gutta baptizaret oculos peccatoris). PS. AVG. serm. 43, 3 Naaman ... baptizatus septies, ascendit *de Iordane* mundatus.

speciatim: **a** *de baptismo Iohannis*: ITALA Matth. 3, 6 (codd. a b f g¹ l q) baptizabantur *a Iohanne* in Iordane (cod. k baptiziabantur, Tert. bapt. 20 tinguebantur). 3, 11 (*iidem codd.*) ego ... baptizo vos in aqua (in aquam codd. b g¹, aqua codd. d l, *om.* cod. q, ἐν ὕδατι) in paenitentiam ... ipse vos baptizabit in (*om.* cod. g¹) spiritu sancto et igni (Tert. bapt. 10. 11 tinguet. Marc. 1, 8 Luc. 3, 16 Ioh. 1, 26. 1, 31. 1, 33 act. 1, 5. 11, 16 *cum simili lectionum varietate*). Ioh. 1, 25. 28. 3, 22. 23. 26. 4, 1. 2. 10, 40. OPTAT. 5, 5 p. 131, 7 cum ... baptizarentur aliqui in baptismate Iohannis. ITIN. Silv. 15, 1. ITALA Matth. 3, 13 (codd. a b d f g¹ l q) venit Iesus ... ad Iohannem ut baptizaretur ab eo. 3, 16 (codd. a b g¹) baptizato Iesu ... ascendit de aqua (codd. f l VVLG. baptizatus Iesus, d baptizatus est Iesus, h cum baptizatus esset Iesus; Marc. 1, 9 [codd. a b d f l r t]). Luc. 3, 21 (codd. a b d e f l q) Iesu baptizato (cod. r cumque et Iesus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

baptizatus esset). TERT. monog. 8 p. 772 Oehl. qui . . . baptizaverit Christum. AVG. civ. 17, 8. 18, 54 p. 342, 29 Christus ministerio Iohannis est baptizatus. serm. 51, 31 LEO M. serm. 41, 2 SEDVL. op. pasch. 2, 12 ITIN. Anton. Plac. rec. A 9. 11. **b** *de initiatione christiana*: AVG. c. Iul. 6, 9, 26 hoc . . . verbum *baptizare* ex graeco latina consuetudo sic habet, ut non soleat alibi nisi in sacramento regenerationis intellegi. ITALA Matth. 28, 19 (codd. a b d e f g¹ h l n q) docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti (βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα. Tert. bapt. 13 tinguentes eas in nomen patris. Cypr. epist. 73, 5 tinguentes. Ps. Cypr. rebapt. 7 tinguite. ALC. AVIT. c. Arr. 19 p. 8, 28). Marc. 16, 16 (codd. a l n q) qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. act. 2, 38 (codd. d e g p) baptizetur unus quisque vestrum in nomine domini . . . in remissionem (-ne cod. d) peccatorum (8, 16. 10, 48. 19, 5. I Cor. 1, 13 [codd. d g r] in nomine Pauli baptizati estis? 1, 15. CYPR. epist. 73, 14 in nomine Christi baptizare. OPTAT. 5, 5 p. 131, 1 AVELL. p. 252, 19. 20). act. 2, 41. 8, 12. 13. 36. 38 (codd. d e g p). 9, 18 (codd. e g p) baptizatus est (cod. h untus est. *cf.* TERT. bapt. 13 tinctus est). 10, 47. 16, 15. 33. 18, 8 (cod. h) unti sunt. 19, 3. 4. 22, 16 (codd. d e g) surge baptizare et ablue peccata tua. Rom. 6, 3 (codd. d g r) quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti ergo sumus cum eo per baptismum in mortem (Tert. resurr. 47 in Christum Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus. Gal. 3, 27 [codd. d g r] quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis [Tert. adv. Marc. 3, 12 in Christum tincti estis. monog. 7 qui in Christo tinguuntur]). I Cor. 1, 14. 16. 17 (codd. d g r) non enim misit me Christus baptizare sed euangelizare (Tert. bapt. 14 non . . . me ad tinguendum Christus misit . . . non ad tinguendum ait se missum, sed ad praedicandum). 12, 13 (codd. d g) uno spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus sive Iudaei sive Graeci. 15, 29 (codd. d g r Tert. adv. Marc. 5, 10) quid facient qui baptizantur pro mortuis? (*cf.* TERT. resurr. 48). *passim apud* ECCL.

sensu proprio: *de rebus*: APIC. 4, 131 alligas fasciculos rutae et origanum et subinde fasciculos apa babtidiabis (*ita cod. Vrbin. saec. X; cod. Phillip. saec. X* apa babdiabis; *incertum, quomodo locus corruptissimus restituendus sit*). THEOD. PRISC. eup. faen. 66 ex hoc vulnus tamdiu baptidiandum est (aptidiandum *cod. B*, baptizandum *cod. r, ed.*).

synon.: tingo, intingo, lavo, ungo (*cf. l. 18*), abluo.

[*Plenkersii tractatus ampliores in breve coegi. V.*]

bapurus *v.* papyrus.

Baquatēs, -ium *gens Mauretaniae; cf. Dessau, PW. II 2851.* CORP. VI 1800 (*litteris satis bonis*) Eili Aureli Canarthae principis gentium Baquatium. VIII 9663 (*Cartennae*) C. Fulcinio M. f. Quir. Optato . . . qui inrup⟨ti⟩one Baquatium coloniam tuitus est. PTOL. 4, 1, 5 Βακουᾶται, Οὐακουᾶται. ITIN. Anton. Aug. p. 2, 2 Baccavates. PROVINC. laterc. Veron. 13 Bacautes. LIB. gener. chron. I p. 107, 197 Baccuates (baccuaci *C*, bacauci *G*). CHRON. Alex. chron. I p. 107, 167 Macuaci. IVL. HON. cosmogr. A 47 Bacuates. A 48 Bacuates (baccuates *V*, Vacuates *C*, Vacuates *SRP*). B 47 Baccuates.

? **Baquaxs** CORP. VIII 20702 (*Maur. Sitif.*) L. ⟨f.⟩ Ar⟨n.⟩ Baquaxs.

genet. **Baquilī** *in vasc.* CORP. XIII 10010, 273. *editor confert* Bacil.

bar *appell. hebr.* בַּר. AVG. quaest. hept. 7, 41 ephud bar, quod nonnulli interpretati sunt 'ephud lineum'. *ibid.* unde *indumentum* . . . ephud bar appellatur . . . vel potius ephud lat, sicut adserunt qui hebraeam linguam noverunt, et interpretatur ephud lineum.

Bar *v.* Bariona.

Bar(. . .) *compendium nominis, fort. celtici, in amphoris, vasculis, tegulis* CORP. XV 2562. XIII 10002, 3. 10009, 73. III 12010, 3. V suppl. 1075, 76 G. A. Bar. 1075, 85 Bar. Bal.

1. Bara *nom. vir. hebr.*, בֶּרַע. VVLG. gen. 14, 2 Bara regem Sodomorum (Βαλλά). HIER. nom. hebr. p. 3, 18 bara in malitia vel creatura. p. 31, 23 Bara creatura sive lectus. *nom. mul.* בַּעֲרָא. VVLG. I par. 8, 8 Husim et Bara uxores suas (βααρα, βααδα). *fort. huc pertinet* CORP. VI 19544 d. m. Hortensiae Barae. XII 4966 (*Narbone*) Maia C. lib. Bara. *non semel nomina semitica in Gallia Narbonensi inveniuntur.*

2. Bara *urbs Mediae.* IVST. 1, 7, 7 urbs Bara (beroe *II*, Barene *Bongars.*).

3. Bara *opp. Mesopotamiae inter Edessam et Nisibin situm.* RAVENN. p. 79, 10 Bara Beta. *cf.* TAB. Peut. 11, 4 Barbare. *v. Baumgartner, PW. II 2851.*

4. Bara *alia urbs Mesopotamiae.* RAVENN. p. 81, 14.

Baraba *civitas Arabiae felicis; cf. D. H. Müller, PW. II 2851, qui* Maraba *legendum censet.* AMM. 23, 6, 47 civitates . . . eximias Geapolim et Nascon et Baraba.

Barabanēs *rex Persarum a. 420—438, pers.* Bahrām; *cf. Justi, Iran. Namenwtb. p. 362.* CASSIOD. hist. 11, 15.

Barabbās, -ae *nom. syr.*, Βαραββᾶς. VVLG. Matth. 27 *saepe et alibi* (*W*: -rr- *fere semper*, -b- *pro* -bb- *saepe*. *R*: -rr- *saepe*. *Q Marc.*: barbas). *de prosodia* Bārábba(n) *in sexto pede*: IVVENC. 4, 624. SEDVL. carm. pasch. 5, 147 tunc coluere Baal, nunc elegere Barabban. PS. PROSP. carm. de prov. 525 et moritur Christus vivente Barabba. *accus.* Barabban *omnes codices fere omnibus locis praebent in* VVLG. *de etymologia cf.* HIL. in Matth. 33, 2. HIER. nom. hebr. 60, 28 Barabban (barraban *B*, barabbam *F*, barabban *H*) filium magistri eorum syrum est, non hebraeum. 66, 13. in psalm. 108 AMBR. in Luc. 10, 102 (*luditur in etymologia*). EVCHER. instr. 2 p. 144, 12 ISID. orig. 7, 10, 10. *memoratur praeterea* HEGES. 5, 2, 29 Barabban (*C*). 5, 2, 30 agnosce tibi hodie Barabban vivere, Iesum mortuum. AVG. quaest. euang. 1, 35 GAVDENT. serm. 4 SEDVL. op. pasch. 5, 11. *nota*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 12 non propter istos dicit, quia ipsi nos docuimus, sed quia Barrabam eius de Synagoga magistrum non suscepimus . . . malui ante imperitus et indoctus videri quam Barrabae discipulus dici *eqs. conferendum cum* HIER. adv. Rufin. 1, 13 quod Barrabam Iudaeum dixerim praeceptorem meum. nec mirum si pro Baranina, ubi est aliqua vocabulorum similitudo, scripseris Barrabam. *cf.* Baranina.

Barabsabās presbyter *Secundae Syriae* (*codd.* darabsabas) AVELL. p. 571, 23.

1. Bārāc (Barach) *nom. hebr., unus e iudicibus*, בָּרָק. VVLG. iud. 4 *et* 5 *saepe* (*A* barach 4, 6. 14. *LXX praebet A plerumque* Βαραχ. VVLG. Hebr. 11, 32 Barac). *de prosodia* CYPR. GALL. iud. 212 evocat haec procerum Bārācum ex urbe Cadessa. *aliis locis nomen non declinatur.* AMBR. vid. 8, 48 corusco duce, hoc enim significat interpretatio Barach. HIER. nom. hebr. 31, 22 Barac fulgurans. 77, 27 chron. a. Abr. 696. 697 epist. 54, 17 EVCHER. instr. 2 p. 142, 4 LIB. gener. chron. I p. 117, 254 *et passim in* CHRON. ISID. orig. 7, 6, 52 in iud. 2, 3.

2. Barac *v.* Banaebarac.

Baracennim *nom. hebr.*, בַּרְקָנִים. HIER. nom. hebr. p. 31, 23 Baracennim (Βαρκηνίμ *Vat.*).

Bārāch *v.* Barac.

Baracha *nom. vir. hebr.*, בְּרָכָה. VVLG. I par. 12, 3 et Baracha et Iehu Anathoites.

Barachel *nom. vir. hebr.*, בַּרַכְאֵל. VVLG. Iob 32, 2 Eliu filius Barachel. HIER. nom. hebr. p. 59, 17. *idem* Barachiel: HIER. nom. hebr. p. 59, 15 Barachihel benedictio dei. quaest. hebr. in gen. p. 35, 15.

Barachīā(s), -ae *nom. vir. hebr.*, בֶּרֶכְיָה. VVLG. I par. 3, 20 *eqs.* Matth. 23, 35. יְבֶרֶכְיָהוּ VVLG. Ies. 8, 2 HIER. nom. hebr. p. 49, 21 Barachia benedictus dominus vel benedicens dominus. 60, 27. in Zach. 1, 1 p. 780 Zacharias, filius Barachiae. ISID. orig. 7, 8, 29. HIL. myst. p. 8, 8 Barrachiehel. *idem* CHRON. Alex. chron. I p. 128, 303 Barucheus. LIB. gener. chron. I p. 132, 332 Archia.

Barachiba (Baracchiba), -ae *nom. vir. hebr.* HIER. in eccles. 4 p. 424.

Barachiel *v.* Barachel.

1. Barachus *v.* Barag.

2. Barachus, -ī *nom. barb., semit. ut videtur.* SYMM. epist. 1, 29 paucos (*sc. philosophos*) et in his praecipue familiarem meum Barachum nostra aetas tulit. MARTYROL. Hier. 8 Kal. Mai. *Alexandria* Barachi. 8 Id. Mai. *Constantinopoli* . . . Barachi (baraci *Eptern.*).

Baracio, -onis *nom. vir.* CORP. III 2749 (*cf.* 9082) (*in Dalmatia*) Batonis Baracionis Tatoki.

Baraco *cogn. vir.* CORP. V suppl. 990 (*Albintimilii, litteris pravis*) M. Bittius M. f. Baraco.

Baracum *opp. Africae.* PLIN. nat. 5, 37 oppida continua Baracum, Buluba *eqs.*

Barad *nom. loci hebr.*, בֶּרֶד. VVLG. gen. 16, 14 HIER. nom. hebr. p. 3, 20 Barad grando. 59, 17 sit. et nom. p. 101, 3. 149, 23.

Baradatus, -ī *nom. barb.* CORP. XI 3519 (*Centum Cellis*) M. Vlpius Baradatus.

Barag *cogn. mul. pun.* CORP. VIII 8413 (*in Mauretania Sitif.*) Cecilia Barag. *in eodem titulo eadem*: M. Iulius Donatus . . . Caecilia Boroc viro suo. *porro* Boroc 9851 (*a. 333? in Mauretania Caesar.*) Aurelia Boroc. *aperte in eadem familia atque* 8413. CORP. VIII 10851 (*Thibile*) Iulia Boroc v. a. IV. **Borocea, Borocia**, -ae *cogn. mul. pun. Thibile et Calamae inventum.* CORP. VIII 19026 (*Thibilis*) Iulia Borocia L. f. *cf.* 18874 Dia Boro⟨cia⟩ *et* 18944 '*l. 5 fuit, puto,* Bor⟨ocia⟩' *editor.* CORP. VIII 5432 (*Calamae*) Iulia Borocea, Iulius Primus. 5446 Borocia Honorati. *vice nom. gent. fungitur* CORP. VIII 5535 T. Borocia T. f. Qur. Valentina. *fort. huc pertinet* CORP. XII 4144 Sext⟨i⟩ae Barac. *Hirschfeld post Barac in lapide lacunam esse indicat. itaque confert* CORP. V 1261 (*Aquileiae*) Iulia Barachus, *quod quominus nom. pun. esse putemus nihil impedit* (*cf.* Biric: Biricus *cogn. mul.*). *v.* Baria.

Baragaza *v.* Barigaza.

Barahi *cogn. pun. ad* Barac *pertinens, cf.* Biric Birihi. CORP. VIII 10882 (*in Numidia*) Iulia C. (f.) Barahi.

1. Baraia *nom. vir. hebr. unus ex Beniamitis.* בְּרָאיָה VVLG. I par. 8, 21.

2. Baraia *locus Mesopotamiae.* CONC. Gubens. c. a. 585 Mansi 9, 966 D in Guba Baraia.

Barala, -ae *nom. christ.* MARTYROL. Hier. 15 Kal. Mart. *Bern.* Barale, *Eptern.* Barali, *Wiss.* Barode (*Antiochiae*).

Baralach *cogn. barb.; cf. Seeck, PW. II 2852.* CORP. III 7152 (*Mylasae, a. 425/6*) Φλ(αουίῳ) Βαραλὰχ τῷ λαμπρῷ ἄρχοντι Καρίας.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Baraliris *v.* Bardylis.

Baramna, -ae *nom. mul. semit.* CORP. III 4371 (*in Pann. sup.*) Bargathes Regebali f. eq. alae Aug. Ityreorum domo Ityraeus . . . Ianis dec. et Baramna Beliabi f. et Bricbelus frater.

Baranina, -ae *nom. vir. hebr.* HIER. adv. Rufin. 1, 13 Baranina (*v.* Barabbas). epist. 84 Baraninam nocturnum habui praeceptorem.

Barantea *opp. Armeniae.* TAB. Peut. 11, 3.

Bararus *municipium prov. Africae inter Thusdrum et Vsillam.* TAB. Peut. 6, 3 *cf. Dessau, PW. II 2852.* *ethnicon* **Bararītānus,** -a, -um. NOT. episc. Byz. 70 Iulianus Vararitanus. *dubium igitur est, utrum* V *an* B *sit genuinum.*

Barasa *opp. Moabitis i. q.* Bosra; *v. Kautzsch, Apokryphen 47 adn. g.* VVLG. I Macc. 5, 26 comprehensi sunt in Barasa et Bosor (LXX Βοσσορα). HIER. nom. hebr. 41, 9 Barasa in egestate sive veniens ad faciendum vel hauriens.

Barasasa *opp. Arabiae.* PLIN. nat. 6, 155 Vadaei oppido magno Barasasa et Lechieni (*ita D F*, barasasaei *R*, banasasaei *E*).

Barasix *nom. Afric.* CORP. VIII 11592 (*in prov. Byzac.*).

Barasoba, -ae *nom. vir.* CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1136^{B} monasterii beati Barasobae.

Barata (Baratha), -ae *opp. Lycaoniae; cf. Ruge, PW. II 2852.* PATR. Nic. 1, 172 Baraton (barathon *ACE.* 4, 160 Laratis). TAB. Peut. 10, 2 Barathe. *v.* PTOL. 5, 6, 15 Βάρατθα. HIEROCL. 675, 10 Βαράτη. NOT. episc. Βαράτων, Βαρέτων, Βερέτης, Βερέττης, Βερέτγης (*v. Parthey, ind. ad Hierocl.*). *ethnicum* **Barathaeus,** -a, -um. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1148^{D} Martyrius episcopus Barathaeus Lycaoniae provinciae. **Barathēnus,** -a, -um. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 973^{D} Martyrius episcopus Barathenus (τῆς Βαρατέων πόλεως). **Baratēnsis,** -e. PATR. Nic. 2, 172. 3, 171. *utrum huc vertineat* Aur(elius) Bassus Barathe CORP. III 11701 (*Celeiae*) *an potius sit nomen vir. syriacum (sic Mommsen in adnot.), est dubium.*

Baratagoda *opp. Palaestinae.* RAVENN. p. 84, 9 (barathagora *A*).

Baratēnsis *v.* Barata.

Barates *nom. semit.*, ברעתא. INSCR. Ephem. epigr. IV 718a (*in Britannia fere a. 200*) Barates Palmyrenus. *Jacobsohn.*

Baratha, -aeus, -ēnus *v.* Barata. **barathro** *v.* balatro.

barathrum, -ī *n.*, βάραθρον. *legitur inde a* PLAVTO, *raro apud antiquos in prosa oratione, apud poetas inde a* VERG. *saepissime in fine hexametri.* CHAR. gramm. I 32, 9 neutra semper singularia . . . hoc barathrum (EXC. Bob. gramm. I 548, 12 BEDA gramm. VII 265, 19), *at cf. p. 1724, 54.* *in codd. saepe* baratrum *scribitur.* PAVL. FEST. p. 31 barathrum Graeci appellant locum praecipitem, unde emergi non possit, dictum ab eo, quod est βαθύς. SERV. Aen. 3, 421 barathron est immensae altitudinis nomen: unde sequitur 'sorbet in abruptum', quod Graece βάραθρον dicitur. DIOM. gramm. I 327, 22 baratrum, locus apud inferos, proprie autem apud Athenienses, in quem noxii praecipitabantur. HIER. in Is. 14, 23 p. 260 barathro, hoc est profunda voragine (SCHOL. Stat. Theb. 9, 503). ISID. orig. 14, 9, 5 dictum barathrum, quasi vorago atra, scilicet a profunditate. SCHOL. Stat. Theb. 1, 85 tartarus est profunditas inferorum, barathrum vero squaloris altitudo. GLOSS. ἀπώλεια terrae hiatus, profundum, infernum, vorago, vorago fundum carens, fossa, gurgitem, fovea, specus, cenum, sepulcrum, altitudo profundi, quod ad nigrum inpella⟨t⟩, puteus est in quo desertores praecipitabantur; dael, loh (*anglosax.*), dal (*palaeotheodisc.*).

proprie: VERG. Aen. 3, 421 Charybdis . . . imo barathri . . . gurgite vastos sorbet in abruptum fluctus. VITR. 10, 16, 11 quibus autem locis fossa non potuerat fieri, intra murum barathrum amplissima longitudine et amplitudine uti piscinam fecerunt. STAT. Theb. 9, 503 ineluctabile caeno (caenum *codd. B M*) verticibusque cavis sidit crescitque barathrum (*syn. ibid.* sinuosa vorago). DAMAS. epigr. 27, 7 Eutychius martyr . . . mittitur in barathrum. MAR. VICTOR aleth. 1, 290 quos . . . tellus victa cavo sorbet patefacta barathro. SIDON. carm. 9, 204 Hammon . . . vix se . . . suetus promere Syrtium barathro. ORIBAS. syn. 1, 24 optimus aer . . . si . . . neque ex paludibus ascensum habeat . . . neque ex aliquo baratru . . . ascendat. CORIPP. Ioh. 4, 685 quassis regemunt montana barathris (faretri *cod.*, pharetris *coni. Mazz.*). CARM. poet. min. V 60, 25 gemmantem sociemus aquam luteumque barathrum. *notanda*: PLAVT. Curc. 123 effunde hoc cito in barathrum (*i. ventrem*). MART. 1, 87, 4 extremo ructus cum redit a barathro. SIDON. carm. 5, 325 post quina Vitelli milia famosi ventris damnata barathro. VEN. FORT. carm. 6, 7, 3 quod petit instigans avido gula nostra barathro. SIL. 9, 497 se postquam Aetnae mersit candente barathro. *sensu obscaeno*: MART. 3, 81, 1 quid cum femineo tibi, Baetice Galle, barathro? CLAVD. 26, 345 multos hausere profundae vasta mole nives cumque ipsis saepe iuvencis naufraga candenti merguntur plaustra barathro. *i. q. infernus*: PLAVT. Rud. 570 intro rumpam iam huc in Veneris fanum. :: in barathrum mavelim. Bacch. 149 o barathrum, ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens (*cf. Otto, Sprichw. p. 345*). LVCR. 3, 966 nec quisquam in barathrum nec Tartara deditur atra. 6, 606 ne pedibus raptim tellus subtracta feratur in barathrum. VERG. Aen. 8, 245 infernas reseret sedes . . . superque inmane barathrum cernatur. HOR. sat. 2, 3, 166 quid enim differt, barathrone dones quidquid habes an numquam utare paratis? (*cf.* SCHOL. *sub* balatro *p. 1691, 59*). epist. 1, 15, 31 pernicies et tempestas barathrumque macelli. COLVM. 10, 62 Neptunus . . . imum concutiens barathrum lethaeas terruit undas. VAL. FL. 2, 86 horrendum chaos ostendens poenasque barathri. 2, 192 inferni . . . sub nocte barathri. STAT. silv. 5, 1, 168 caeco gemeret mors clusa barathro. Theb. 1, 85 Tartarei regina barathri. 8, 15 ulteriore (inferiore *codd. B M*) barathro. APVL. met. 2, 6 in ipsum barathrum saltu concito praecipitare. COMM. instr. 1, 34, 10 levia vos corda perducunt poenali barathro (beratro *cod.*). IVVENC. 4, 67 barathri mergetur ad ultima caeno. 4, 286 horrendis barathri . . . profundis. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418^{C} haeresis . . . barathro tartarisque deposita. AVIEN. Arat. 99 latet alter *polus* et alto deprimitur barathro (*syn. ibid.* 95 Erebum). PS. AMBR. serm. 35, 4 inferni barathrum. paenit. 31 aestuantem . . . strepitum fumantis barathri. HIER. epist. 50, 2 haereditariae vel centumvirales causae de barathro erutae. 112, 14 in barathrum diaboli devolutum. 124, 10 grandi ruina in ultimum praecipitandae . . . barathrum. PRVD. c. Symm. 1, 294 *animas* mactatas tetro leti inmersere barathro. apoth. 785 inferni petat ima poli barathroque coquatur. CLAVD. 3, 379 imo barathri claudere recessu. 5, 523 agitate flagellis *Rufinum* trans Styga . . . vacuo mandate barathro. rapt. Pros. 1, 37 quaecumque latent ferali monstra barathro. AVG. in psalm. 145, 19 via peccatorum . . . ubi finitur praecipitium est . . . profunditas quaedam barathri est. ANTH. 367, 7 ars mira potest legem mutare barathri. DRAC. Orest. 483 chaos crudele barathri. Romul. 9, 134 iudicium . . . barathri. 10, 414 regna barathri. 10, 434 regemque barathri. GILD. Brit. 34 chron. III p. 46, 15 proiciatur in tartari barathrum. INSCR. christ. Rossi II p. 170, 25, 5 urentes picei flammas restingue baratri.

in imagine: CATVLL. 68, 108 tanto te absorbens vertice amoris aestus in abruptum detulerat barathrum. 68, 117 sed tuus altus amor barathro fuit altior illo. APVL. met. 2, 25 cum me somnus profundus in imum barathrum . . . demergit. apol. 83 fraudes hiant, . . . veritas . . . velut alto barathro calumnia⟨e⟩ emergit. PS. AMBR. serm. 46, 11 in illud barathrum, quasi Dathan et Abiron, id est in profundum mortis Vrsacii et Valentis non incurrimus (*cf.* VVLG. num. 16, 32. HIER. in Gal. 5, 18 in caenum et barathrum mortis. LEO M. serm. app. 5, 1 in tam profundum mortis barathrum devoluti). HIER. epist. 96, 10 in . . . profundum inpietatis corruat barathrum (MAR. MERC. subnot. 8, 12 FVLG. RVSP. epist. 14, 11). 100, 16 pertrahit eum ad turpissimas libidines et barathrum voluptatum. 123, 7 ad barathrum stupri . . . pervenire. in Is. 57, 9 p. 673 in barathrum libidinum praecipitari (SALV. eccl. 1, 45). VVLG. iud. 5, 15 qui quasi in praeceps ac barathrum se discrimini dedit. HIL. c. Const. 23 in imum blasphemiae tuae barathrum descendens per gradus praecipites cucurristi (HIER. adv. Pelag. 3, 6 in grande blasphemiarum decidisse barathrum. in Ezech. 37, 15 p. 441 RVFIN. apol. 2, 10 p. 593^{C} FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 19). HIER. c. Vigil. 8 de barathro pectoris caenosam spurcitiam evomens. RVFIN. apol. 2, 8 p. 589^{C} de tam sacrilego periurii barathro se . . . eripere. hist. 5, 15 plurimos de ecclesia in suum barathrum deducebant (ἐπὶ τὸ σφῶν ὑπῆγον βούλημα). MAR. MERC. subnot. 9, 2 ad hanc te quaestionem reducens patefaciam . . . tuum barathrum. CASSIAN. inst. 9, 6 cum . . . in barathrum concupiscentiae turpis inciderit. VINCENT. LER. 24, 34 in omnia turpitudinum barathra *humana natura* rapiatur. 26, 37 ex arce catholica in haereseos barathrum . . . anima praecipitatur. AVELL. p. 382, 1 in quod praecipitium barathrumque mergantur. SALV. gub. 7, 16 quis non se barathro sordidissimae conluvionis inmerserit. FAVST. REI. epist. 5 p. 190, 13 numquam . . . in baratrum luxuriae caderet. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 26, 27 quantum Eutychiani Bonosiacis baratro profundiore mergantur. FVLG. myth. 1, 1 p. 17, 7 inveteratus error . . . baratro quodam scevae credulitatis prolabitur. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 7 in quod barathrum nefariae assertionis incurrant. GREG. TVR. vit. patr. 15 praef. in . . . arrogantiae baratro obrutus occubuit. *nota nomen herbae*: PS. APVL. herb. 85 alii barathron, Itali herbam sabinam *dicunt.* [*Ihm.*]

[**barathrus**] *v.* balatro.

? **Baravel** . . . *nom. hisp.* CORP. II 3050 (*in prov. Tarracon.*) Q. Coron(ius) Q. Coron(i) Verni f. Quir. Baravel(. . .).

Baraxmalcha *locus ad ripam Euphrati dexteram situs.* AMM. 24, 2, 3 ventum est ad locum Baraxmalcha, unde amne transito *eqs.* *Jacobsohn.*

barba, -ae *f.* [*i. q. slavon.* brada, *cf. theodisc.* bart *anglosax.* beard '*barba*'. *Th.*]. GLOSS. πώγων, γένειον, mentum. NOT. Tir. 78, 68. GLOSS. barba sterili duribuccius. *cf. Loewe, Prodr. p. 18 et 61.* ISID. orig. 11, 1, 45 barbam veteres vocaverunt, quod virorum sit, non mulierum (?). *grammatici docent*: CHAR. gramm. I 32, 4 feminina semper singularia: haec barba ὁ πώγων (EXC. Bob. gramm. I 548, 5 GRAMM. suppl. 95, 22 GLOSS. II 426, 53). 95, 12 barbam singulariter in uno homine recte, pluraliter in pluribus dicas; nam et Vergilius de pluribus . . . . errant enim qui in hominibus barbam, in hircis barbas dici putaverunt. CAPER gramm. VII 99, 24 barbam hominum, barbas pecudum dicimus. PROB. app. gramm. IV 201, 13 barbam hominum esse designat, barbas vero animalium esse demonstrat. SERV. georg. 3, 311 Aen. 2, 277 SCHOL. Hor. ars 299. ISID. diff. 1, 76 barbam ho-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minum, barbas pecudum vel herbarum dicimus. barbas et hominum, ut apud Virgilium (*affert* georg. 3, 311). DVB. NOM. gramm. V 572, 18. *sed cf. plur. de uno homine p. 1727, 19 sqq., sing. de bestiis p. 1727, 28 sqq.* *legitur passim apud poetas et scriptores inde a* PLAVTO (*quinquies*), CIC. orat. *bis*, phil. *quinquies*, *non in* rhet. *et* epist.; *singulis locis* LVCIL. CATVLL. NEP. LYDIA MANIL. PHAEDR. COLVM. LVCAN. BVC. Eins. DIG. COMM., *binis* LVCR. TIB. PROP. VAL. FL. TAC. PLIN. epist.; *deest in* TER. RHET. Her. SALL. GERM. VELL. CVRT. SCRIB. LARG. MELA ASCON. HOMER. TERT. Vind. I. [*val.* barbă, *ital.* barba, *francog.* barbe, *hisp.* barba. *M.-L.*]

I *animantium*: 1 *hominum* (*deorum*): PLAVT. Amph. 445 malae, mentum, barba, collus. Bacch. 1101 cano capite atque alba barba ... me auro esse emunctum. Cas. 929 quasi saetis labra[m] mihi compungit barba. Pseud. 967 cum hirquina barba stas (AMM. 22, 14, 3 prae se ferens. HIER. epist. 22, 28 *cf. p. 1727, 34 et 47*). Rud. 769 iam hercle ego te barba continuo arripiam. TRAG. inc. (Cic. Tusc. 3, 26) 191 situ nitoris (*corr.*) barba pedore horrida atque intonsa infuscat pectus inluvie scabrum (PRIAP. 36, 8. PLIN. nat. 6, 161 aliis et haec *sc. in superiore labro* intonsa. VVLG. II reg. 19, 24). SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 qui barba vulsa feminibusque subvulsis ambulet (HOR. sat. 1, 3, 133 vellunt tibi barbam lascivi pueri. PORPH. *ad l.* SEN. nat. 1, 17, 2 ad speculum. epist. 114, 21 vellunt ... aut intervellunt. PERS. 1, 133. 2, 28 stolidam praebet tibi vellere barbam Iuppiter? MART. 10, 90, 10 mortuo leoni *sc. de vetulo cunno dictum*). LVCIL. 943 neque barbam immiseris istam (SISENNA hist. 47 barba immissa et intonso capillo. VERG. Aen. 3, 593 *cf.* SERV. auct. *ad l.* OV. met. 12, 351 SEN. contr. 1, 1, 8 QVINT. inst. 12, 3, 12 CAPITOL. Pert. 12, 1). LVCR. 5, 674 mollem malis (*abl.*) demittere barbam (SEN. contr. 10, 1, 2 demissa. SEN. epist. 48, 7. 77, 18 usque in pectus vetere. VLP. dig. 47, 10, 15, 27. CAPITOL. Ver. 10, 6 prope barbarice. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 16). NEP. Dat. 3, 1 capillo longo barbaque erat promissa (prolixa *det.* VERG. ecl. 8, 34 [dem- *P*]. *cf.* SERV. *et* SCHOL. Veron. *ad l.* LIV. 2, 23, 4. 5, 41, 9. 6, 16, 4. 27, 34, 5. 44, 19, 7. PAVL. FEST. p. 224 velut porro missa. p. 228 TAC. ann. 2, 39 PLIN. epist. 7, 27, 5 SVET. Cal. 24 SPART. Hadr. 26, 1 Sept. Sev. 19, 9 IVST. 4, 4, 1 OROS. hist. 5, 17, 12). SEN. contr. 9, 4, 19 mos est barbam ⟨et⟩ (*add.* exc.) capillum magistratui Cretensium summittere (SEN. dial. 12, 17, 5 TAC. Germ. 31 PAPYR. Berol. *saec. I* 611 II 22 SVET. Iul. 67 Aug. 23. IVST. 36, 4, 2 in modum reorum). VARRO Men. 186 quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat? (Men. 311 SVET. Aug. 79 GELL. 3, 4, 1. 2. SOL. 33, 16 in cutem. VVLG. lev. 14, 9 capillos capitis barbamque et supercilia. II reg. 10, 4 dimidiam partem barbae. Ier. 41, 5 rasi barba. *al.* PLIN. nat. 6, 162 barba abraditur praeterquam in superiore labro *Arabum. nota imag.* VVLG. Is. 7, 20 radet dominus in rege ... caput et pilos pedum et barbam universam. HIER. epist. 70, 2 Esaias novacula acuta barbam et crura peccantium radit). CIC. Verr. 3, 62 maxima barba et capillo (leg. agr. 2, 13 maiore). Tusc. 5, 58 regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris (SEN. epist. 92, 34 MART. 11, 39, 3. IVV. 1, 25 quo tondente gravis [*i. molesta*] iuveni mihi barba sonabat [*sc. ad forficis sonum referas*]. 10, 226 SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 16 SVET. Aug. 79. ITIN. Anton. Plac. rec. A 37 omnes pro devotione barbas et capillos suos tondent et iactant, ubi etiam et ego tetigi barbas. DVB. NOM. gramm. V 572, 18 barbam tondere dicendum, non facere sicut Varro. *cf.* LAMPR. Heliog. 31, 7). CIC. Tusc. 5, 58 ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi (*Dionysio*) et capillum *filiae* adurerent (VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 LAMPR. Comm. 17, 3). fin. 3, 18 a natura donata ... ad quendam ornatum ... viris ... barba (*cf.* AVG. civ. 22, 24 p. 614, 34 serm. 243, 7). nat. deor. 3, 83 Aesculapii Epidauri barbam auream demi iussit (VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 PERS. 2, 58 SVET. Cal. 52. *inde proverbialiter*: PETRON. 58 aut ego non me novi aut non deridebis, licet barbam auream habeas *i. deus sis. cf.* OV. *p. 1726, 19*). CATVLL. 37, 19 opaca quem bonum facit barba. LVCR. 6, 945 crescit (VVLG. II reg. 10, 5 I par. 19, 5. LVCAN. 2, 376 maestam ... genis increscere. PHYSIOGN. 108 p. 232, 3 facile). VARRO rust. 2, 11, 11 pleraeque (*sc. statuae antiquorum*) habent capillum et barbam magnam (SVET. Nero 2 aeneam ..., cui os ferreum. PHYSIOGN. 131 p. 148, 7 honestam. SCHOL. Iuv. 4, 103 propexam ... habuit, cum socer eius ... adtonsam haberet. ENNOD. carm. 2, 57 *tit.* Gothicam. *cf.* AVG. *p. 1727, 22*). CAES. frg. Serv. Aen. 1, 267 a prima barbae lanugine, quam ἴουλον Graeci dicunt (*cf.* AMM. 14, 11, 28), quae ei (*sc. Iulo*) tempore victoriae nascebatur (CENS. 14, 7 in tertia *sc. hebdomade* barbam nasci. VINDIC. med. 11 pubertatem et barbam ... eodem tempore. *cf.* MARCELL. med. *p. 1727, 23*). VERG. ecl. 1, 28 candidior ... tondenti barba cadebat (*perperam expl.* SERV.). Aen. 2, 277 squalentem barbam ... gerens (SIL. 10, 511. SEN. contr. 1, 1, 19 squalidus barba capilloque. VAL. MAX. 1, 7, 7 APVL. flor. 3 p. 13. SIL. 3, 275 squalentia barba ora. HIST. Apoll. rec. A 40 p. 83, 1 squalidā barbā). Aen. 4, 251 glacie riget horrida barba *Atlantis* (SIL. 1, 205 canet ... gelu. PRIAP. 63, 6 riget ... dura ... vincta crystallo. OV. trist. 3, 10, 22 nitet inducto candida ... gelu. MART. 7, 95, 11 *cf.* GREG. TVR. *p. 1727, 24*). Aen. 10, 837 fusus propexam in pectore (corpore *P*) barbam (SERV. barbam in pectus infusam habens. archaismos autem est, quod ait 'in pectore' pro 'in pectus'. OV. fast. 1, 259 ad pectora. SIL. 13, 310 viros *sc. supplicantes* ... propexis in pectora barbis verrere humum) Aen. 12, 300 olli ingens barba reluxit nidoremque ambusta dedit (*cf.* SEN. *p. 1727, 19*). LYDIA 71 illi tristi turpabat[que] malas (-la *codd.*) fuligine barba[m]. HOR. ars 298 ponere ... barbam (SVET. Cal. 5 ad indicium maximi luctus. 10 Nero 12 CAPITOL. Ver. 7, 10). TIB. 1, 4, 4 non tibi (*sc. Priapo*) barba nitet (*v. p. 1725, 80.* SEN. epist. 115, 2 barba et coma nitidos). 1, 8, 32 amplexus aspera barba terit. PRIAP. 3, 4 tenet obsessas invida barba genas. 76, 2 meum ... canis cum barba caput albicet capillis. PROP. 4, 8, 26 vincet ... erasas barba pudenda genas. 4, 9, 31 in siccam congesta pulvere barbam. OV. ars 1, 518 sit coma, sit scita barba resecta manu (trist. 4, 10, 58. 5, 7, 18). met. 1, 266 barba (*sc. noti*) gravis nimbis. 1, 339 ora dei (*sc. Tritonis*) madida rorantia barba (fast. 1, 375 caeruleā. STAT. Theb. 9, 415. CLAVD. 1, 223 in ... fontes se barba repectit. rapt. Pros. 2, 316 hispida rivis barba *Phlegethontis* madet. *cf.* APVL. *p. 1727, 21*). 4, 657 barba comaeque *Atlantis* in silvas abeunt. 6, 715 barba ... rutilis aberat subnixa capillis. 7, 288 barba comaeque *Aesonis* canitie posita nigrum rapuere colorem. 11, 656 uda videtur. 12, 270. 12, 395 barba erat incipiens, barbae color aureus. 13, 766 hirsutam ... *Polyphemo* recidere barbam. 13, 850 barba viros hirtaeque decent in corpore saetae. 13, 960 viridem ferrugine barbam *Glauci*. 14, 201 concretam sanguine. 15, 656 caesariem longae dextra deducere barbae. fast. 1, 259 manu mulcens (LIV. 5, 41, 9 permulcenti. VAL. MAX. 3, 2, 7). 3, 60 suberat flavae iam nova barba comae. MANIL. 1, 839 globus ardentis sequitur (*sc. cometas*) sub imagine barbae (SEN. nat. 7, 11, 2 in morem barbae. PLIN. nat. 2, 89 in speciem barbae). PAVL. FEST. p. 94 genas ..., qua barba primum oritur. CELS. 6, 2 (6, 3. 4). SEN. Herc. f. 766 inpexa pendet barba (GLOSS. II 85, 13 inp[l]exa [*corr. c*] barba δασυπώγων. *v.* VERG. *p. 1727, 26*). Phaedr. 648 cum prima puras barba signaret genas (IVV. 8, 166 SVET. Nero 12 PORPH. Hor. carm. 4, 10, 2. GLOSS. III 180, 29 ἀρχιγένειος prima barba. 329, 62. 252, 45 ἀρτιγένειος primae barbae. 328, 56 βούπαις. 511, 40). Thy. 507 quam foeda iaceat. nat. 1, 17, 7 prominentem ... depectere (IVV. 14, 216 pectere. MART. 7, 58, 2). 3, 29, 3 legem barbae ... nondum natus infans habet. epist. 5, 2 neglegentiorem ... evita. PETRON. 29. 102 barbam peregrina ratione figurare. CALP. ecl. 6, 13 hirsuta spinosior hystrice barbam. BVC. Eins. 1, 43 plurima barba albaque caesaries (*sc. Homeri*) pleno radiabat honore. PLIN. nat. 2, 189. 7, 36 mox barbam et virilitatem provenisse. 11, 230. CARM. epigr. 351 *v. sub* barbo. VAL. FL. 3, 168. 5, 592 ingenti turbantem pocula barba. SIL. 5, 439 crinibus aemula barba umbrabat rictus. 13, 333 imo ... cadit barba hispida mento (MART. 4, 53, 4 in pectus sordida. *cf.* VERG. *p. 1725, 29*). STAT. Theb. 6, 32 sparsus ... incultam ferali pulvere barbam. 6, 539 tortā molitur *Hercules* robora barbā *Hylaei*. silv. 2, 1, 54 iurata ... multum. MART. 2, 36, 3 nec sit tibi barba reorum (*sc. intonsa*). 4, 7, 3. 4, 36, 1 cana est barba tibi ...: tinguere barbam non potes. 5, 48, 8 tarda ... veni. 7, 83, 2 tonsor dum ... expingit ... genas, altera barba subit. 8, 52, 3 Thalamus ..., Drusorum cui contigere barbae. 9, 76, 4 suas pingere (cingere *pars codd.*) barba genas. 11, 22, 8 QVINT. inst. 5, 12, 18. IVV. 3, 186 metit barbam (SERV. ecl. 1, 28). 6, 215. 6, 367 desperatio barbae. 9, 7 Rhodopes uda terit inguina barba. 10, 253 videt ... *mortui* barbam ardentem. 16, 31 dignum barba (*sc. promissa*) dignumque capillis maiorum. PLIN. epist. 1, 10, 6 ingens et cana. SVET. Iul. 71 ut ... regis filio in altercatione barbam invaserit. Nero 1 rutilā ... fuerunt. GELL. 9, 2, 1 prope ad pubem usque porrecta. APVL. met. 5, 16 adulescens modo florenti lanugine barbam instruens. apol. 59 caput iuvenis barba et capillo populatum. TERT. cult. fem. 2, 8 barbam acrius caedere, intervellere, circumradere, capillum disponere. ITALA lev. 19, 27 (Cypr. testim. 3, 84 laps. 30 p. 259, 10) corrumpetis effigiem barbae vestrae (τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος ὑμῶν; VVLG. radetis barbam. *cf.* CYPR. laps. 6). COMM. instr. 2, 8, 11 barbam ⟨atque⟩ comam foedare in pulvere terrae. SPART. Hadr. 10, 6 plena. LAMPR. Heliog. 31, 7 barbam psilothro accurans. LACT. opif. 7, 11 barbae ratio incredibile est quantum conferat vel ad dinoscendam corporum maturitatem *eqs.* (*cf.* ISID. diff. 2, 53). HIL. in psalm. 132, 5 virilis aetatis ornatus est. SERV. Aen. 6, 300 veteres ... ornabant ... barbam. AVSON. 373, 1 quo die quid demi de corpore oporteat: ungues Mercurio, barbam Iove (374, 3 HIST. Apoll. rec. A 28 p. 55, 4. rec. B 29 p. 57, 10). AMM. 19, 12, 19 infans ... cum ... barba. 23, 6, 75 non indecoribus barbis capillisque promissis hirsuti. 25, 4, 22 hirsuta barba in acutum desinente vestitus. HIER. epist. 50, 2 si ... barbam tornasset. 125, 6 nonnullos ... barba prolixa (SIDON. epist. 4, 24, 3). nom. hebr. p. 21, 4 safan labium sive barba superioris labii, quam Graeci μύστακα vocant. tract. in psalm. 132 p. 247, 1 (p. 247, 4 in Is. 7, 20 in Ezech. 5, 1). VVLG. lev. 13, 29 I reg. 21, 13. I Esdr. 9, 3 evelli capillos capitis mei et barbae. psalm. 132, 2 *unguentum* descendit in barbam (HIER. epist. 65, 14 *cf.* PROSP. in psalm. *ad l.*). Ezech. 5, 1. AVG. in psalm. 33 serm. 1, 11 virtus ... in barba intelligitur. 132, 7 barba significat fortes; barba significat iuvenes, strenuos, impigros, alacres. civ. 4, 11. 6, 1 PAVL. MED. vita Ambr. 32. VINDIC. med. 14 ter septenis et uno anno barbam maturare (FAV. EVL. p. 9, 30 florem barbae iuvenilis absolvi). PHYSIOGN. 83 p. 112, 13 extimum ... mentum barba est obsitum. 105 p. 129, 8 longissima. 105 p. 130, 3 ut dentibus barbam ab-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumeret semper atque ederet. 124 erunt malae barbae (*genet.*). CYPR. GALL. num. 80 concretam ... gerat toto cum tempore barbam. SIDON. epist. 3, 13, 7 nutrit et barbam, quae iam senectute canescens fit tamen morbo nigra Syllano. HIST. Apoll. rec. A 37 hispidam ab ore removit barbam.

speciatim: *philosophi signum*: HOR. sat. 2, 3, 35 me ... iussit sapientem pascere barbam (*v.* PORPH. *ad l.*). PERS. 1, 133 si cynico barbam petulans nonaria vellat (*cf.* ANTH. 374 *tit.* evellit). MART. 9, 47, 4 praependet sane nec tibi barba minor (*sc. quam Pythagorae al.*). QVINT. inst. 11, 1, 34 *illa laetiora* non conveniant barbae illi atque tristitiae (*sc. philosophorum*). GELL. 9, 2, 2 video, inquit Herodes, barbam et pallium, philosophum non video. 13, 8, 5 operti barba et pallio. ARNOB. nat. 6, 21 quem cum barba spoliaret amplissima boni ponderis et philosoph[i]ae densitatis. LACT. inst. 3, 25, 6 mysterium eius (*sc. philosophiae*) barba tantum celebratur et pallio. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 15 qui barba demissa sit, scilicet ritu Stoicorum. SIDON. epist. 4, 11, 1 licet crinem barbamque non pasceret ..., a collegio tamen Conplatonicorum solo habitu ... dissociabatur.

nota plur. de uno homine valde barbato: SEN. Herc. O. 1753 illi graves luxere barbae. PETRON. 99 stetit ... in limine barbis horrentibus nauta. APVL. met. 4, 31 Portunus caerulis barbis hispidus. AMM. 17, 9, 7 ut barbas detonderet. AVG. civ. 4, 11 barbas habet *hoc numen*. MARCELL. med. 6, 23 capilli et barbae nascentur etiam glabro, si. GREG. TVR. Franc. 8, 15 in barbis meis aqua gelu conexa candelarum more dependeret.

2 *bestiarum*: VERG. georg. 3, 366 stiria ... inpexis induruit horrida barbis (*sc. pecudum. v.* SERV. *ad l. cf. p. 1726, 28*). HOR. sat. 1, 8, 42 ut ... lupi barbam ... abdiderint furtim terris (*cf.* PLIN. nat. 28, 157). FEST. p. 330 spirillum vocari ait Opillius Aurelius caprae barba[ra]m (PLIN. nat. 12, 73 *capras* sucum inprobo barbarum villo abstergere. 26, 47). PHAEDR. 4, 16, 1 barbam capellae cum inpetrassent ab Iove. COLVM. 8, 2, 9 paleae *gallinaceorum* ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent (PLIN. nat. 30, 96). CALP. ecl. 5, 68 hircorum ... olentes caedere barbas (*v. infra l. 47*). 7, 63 quibus (*sc. tauris*) aspera mento barba iacet. PLIN. nat. 12, 74. 28, 198 rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari, eadem praecisa non abire eos in alienum gregem. 8, 120 est eadem specie, barba tantum et armorum villo distans, quem τραγέλαφον vocant (SOL. 19, 19 *tragelaphis* menta promissis hirta barbis). 8, 216 barba est in facie *callitrichis simiae*. 9, 64 barba gemina insigniuntur *mulli* inferiori labro (LAMPR. Heliog. 31, 7 tantas ... exhiberi). MART. 7, 95, 11 barba, qualem forficibus metit supinis tonsor Cinyphio Cilix marito (*i. hirco, v. infra l. 47*. 14, 140, 1 olentis barba mariti). 10, 90, 10 barbam vellere mortuo leoni (*v. p. 1725, 21*). *nota de cirris polypi*: PLIN. nat. 9, 93 ostendere Lucullo ... barbas, quas vix utroque bracchio complecti esset. *plur. de una bestia* (*cf. gramm. p. 1724, 78*): VERG. georg. 3, 311 barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci saetasque comantes. AVIAN. fab. 13, 9 non te (*sc. caprum*) demissis (dim- *P*) saetosum ... barbis ... tremo.

II *translate*: 1 *de herbis* (*cf.* ISID. *p. 1725, 1*): *i. q. lanugo*: PLIN. nat. 15, 89 *Ponticas nuces* quoque mollis protegit barba. 17, 202 tonsili in his (*sc. ramis ulmorum*) tenuium quoque virgultorum barba.

barba Iovis *nom. herbarum; v. Olck, PW. II 2854; Stadler, Archiv 10 (1898) 91.* PLIN. nat. 16, 76 odit *aquas* et quae appellatur Iovis barba, in opere topiario tonsilis et in rotunditatem spissa, argenteo folio. MARCELL. med. 20, 94 barbae Iovis P. I. 25, 15. 20, 115. PLIN. VAL. 3, 1 herbam quae dicitur Iovis barba. DIOSC. Vind. C 371ᵛ. N 166 ἴοβις βαρβα = χρυσοκόμη ἢ χρυσῖτις (*Diosc. gr. 4, 55*). GLOSS. III 537, 2 boniades id est Iobis barba (553, 44. 617, 60. 619, 16 boniades id est barba Iobis). 553, 23 bonia i. Iovis barba. 617, 42 baonia idest Iovi barba. 552, 42 azon (*i.* ἀείζωον) i. barba Iovis. 608, 21 azon id est Iovis barba. 587, 29 agigon. 617, 18 agazon. 587, 27. 617, 17. 576, 50 sagiticum (?). 542, 13 abdius. 549, 52 asplagnum. 535, 48. 560, 48 erba Hirculi. 631, 12 abdios sive aizos barbaiolo. 591, 45 Iovis barba semperviva. 625, 16. 629, 8. 566, 46 sempervivo. 595, 16. 613, 1. 617, 68 barba Iovis id est semperviva vel erba hyruli (*v. l. 63*). 2 *nom. piscis*: POL. SILV. nom. natancium chron. I p. 544, 17. *cf.* barbus.

synonyma: lanugo, pluma. *iuxta ponuntur*: caesaries, capillus, coma, crinis, pili, saetae, supercilium. pubertas, virilitas. caput, malae, mentum, os. iuba (*de bestiis*).

derivata: barbatoria, barbatus (-ulus), barbesco, barbio, barbitium, barbo, barbula, barbus (-ulus), barbustinus (?). *composita*: barbiger, barbitondium, imbarbesco, imberbis, inlutibarbus, pexibarbus. *Münscher.*

1. Barba, -ae *cogn. vir. ut videtur et etruscae originis et ab appellativo Latino ductum, illud si familiarum cognomen est, hoc si singulorum hominum.* CIC. Phil. 13, 2 illa naufragia Caesaris amicorum, Barbas Cassios, Barbatios Polliones. CORP. XII 4686 (*Narbone*) L. Cassius Barba. X 5582 (*Fabrateriae Novae, litteris optimis*) P. Valgius P. f. P. n. Tro. Barba tr. míl. IX 4519 (*in agro Amitern.*) T. Reutius T. f. Qui. Barba. VI 34663. II 2188. APPIAN. Mithrid. 77 Βάρβας *legatus Luculli.* CORP. XIV 2243, 4 (*in monte Albano, aet. Trai.*) ⟨S⟩ulpicio Lucretio Barba *consule*. 3833 (*Tibure*). XV 4766. CORP. VI 11383 C. Alennius L. f. Clu. C. Alennius C. f. Clu. Barba (*hic certe ab appellativo ductum, cf. W. Schulze, Eigennamen p. 349 adn. 2*). *cognomen liberti* CORP. XI 2076 (= I 1384, *Perusiae*) L. Scribonius L. l. Barba. *praetoriani*: Aurelii Barbae: CORP. VI 2561. 2600. 2385 b 1. a 19 (*a. 209*) ⟨...⟩ Barba Savar(ia). *eques singularis*: CORP. VI 3193 Aurellio Barbe. *figulus* Barba *saec. III*: CORP. XV 2559 *et saepius. christ.*: CORP. VIII 13488 (*cf.* 13489). *incertum quid lateat* CORP. II 1695. 5841. **Barbula,** -ae *cogn. Aemiliorum*: Q. Aimilius Q. f. L. n. Barbula (*cos. 437/317*). L. Aimilius Q. f. Q. n. Barbula (*cos. 473/281*). M. Aimilius Q. f. L. n. Barbula dictator CORP. I² p. 200 n. 34. CORP. X 1403 d 15 (*Herculanei*) Ti. Acutius Barbula. APPIAN. civ. 4, 49 ἐστρατήγει δὲ καὶ Ἀντωνίῳ Βαρβούλας. *nom. gent.* (?): CORP. V 7621 add. p. 1092. **Barbatius,** -a *nom. gent.; cf.* Apnatius, Acinatius, Senatius *al. W. Schulze, Eigennamen p. 412. pars exemplorum derivata esse potest a cognomine* Barbatus. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 292 M. Barbatius Pollio aed. cur. 1901 p. 76, 77. *idem, ut videtur, aut filius eius inter Caesaris amicos* CIC. Phil. 13, 3 (*cf. p. 1727, 79*). APPIAN. civ. 5, 31 Βαρβάτιος ὁ Ἀντωνίου ταμίας. CORP. XV 883 (*in lateribus, saec. I med.*) M. Barbati Epaphrae. VI 13511. 13512. IV suppl. 32, 19 Barbati Ca⟨ti?⟩. IX 364 add. (*Canusii, litteris non ita antiquis*). 3402 (*Aufini*) Barbatia lib(erta). X 2161 (*Puteolis*). V 133 (*Polae*). INSCR. Ephem. epigr. VIII 53 ad Corp. II (*Lusitaniae*). VIII 9448 (*Caesareae*). *cogn.* **Barbatiānus,** -a. CORP. VI 14003 Caecíliae Barbatian⟨...⟩. V 5407 (*Comi, christ.*) Barbatianus. AMBR. epist. 63, 8 Sarmationem et Barbatianum *monachos. alius monachus* GREG. M. epist. 9, 12. **Barbatio,** -ōnis *nom. christ.* AMM. 14, 11, 19 *et passim, comes domesticorum; cf. Seeck, PW. III 1.* CORP. III 14203, 39 (*Thessalonicae*) Barbationis notarii.

Barbus, -ī *cogn.* CORP. IV 611 Barbum IIvir(um) o(ro) v(os) f(aciatis). IX 751 (*Larini, litteris optimis*) Didiae Barbi f. Decumae Oppianica et Billiena matri. 2845 (*Histonii*) P. Paquius Scaevae et Flaviae filius Consi et Dídiae nepos Barbí et Dírutiae pronepos (*cf.* 2846). III 7800 (*in Dacia*) Dastaiceno Barbi eq. alae Ba⟨t⟩avorum (*nisi est* Barbius). INSCR. Rhen. Bramb. 307 (*in Germ. infer.*) turmae Barbi. **Barbonius,** -ī *nom. gent.* CORP. V 761 (*Aquileiae*) Faustus Barbonius IIIIvir. **Barbo,** -ōnis *cogn.* CORP. IX 3771 (*Maruvii, a. 711*) N. Vibidaius V. f. Barbo.

2. Barba *locus prov. Baeticae.* ITIN. Anton. Aug. p. 412, 1.

Barbaiatis *cogn. militis Aegypti.* INSCR. Ephem. epigr. VII p. 459, 2, 11 ⟨...⟩ccinius Barbaiatis.

Barbalabea, -ae *nom. mul. christ.* MARTYROL. Hier. 3 Non. Mart. (Bern.) Barbalabeae (barba labie *Wiss.*).

Barbalissus *vel* **Barbarissus,** -ī *opp. Syriae ad dextram Euphrati ripam situm, de quo cf. Benzinger, PW. II 2954.* NOT. dign. or. 33, 3 Barbalissus. 33, 25 in Augusta Eufratensi ... Barbalisso. TAB. Peut. 11, 2 Barbalisso. ITIN. Theod. 32 de Quiro usque Barbarisso ... de Barbarisso usque ad Eneapoli. ITIN. Anton. Plac. rec. A 47 in civitate Barbarisso, ubi requiescit sanctus Bacchus, frater sancti Sergii. RAVENN. p. 54, 8 Barballissum. p. 88, 13 Barbalission.

Barbanna, -ae *flumen Illyriae, hodie* Boiána; *cf. Tomaschek, PW. II 2855.* LIV. 44, 31, 3 duo cingunt eam (*sc.* Scodram) flumina, Clausal a latere urbis, quod in orientem patet, praefluens, Barbanna ab regione occidentis, ex Labeatide palude oriens. 44, 31, 10. VIB. SEQ. geogr. p. 147 Barbanna Illyrico praemiscetur (Babenna *V*).

Barbanus, -ī *cogn.; cf.* Barba. CORP. VI 33761 P. Aelius Barbanus Augustorum libertus. *adi.* **Barbanus,** -a, -um. CORP. XI 4127 (*Narinae, a. 218*) in praediis o(nestae) f(eminae) Aureliae Felicitatis villa fundi Barbani.

barbar *v.* barbarus *p. 1735, 44 et 1739, 2.*

1. Barbara, -ae *cogn. mul.; cf.* Barbarus. CORP. VI 32683 Iulius Potentinus ... mil. coh. V. praet. Tussidia Barbara filio. *nomen sing.*: CORP. VI 13510. 17747. 34669. *christ.*: INSCR. christ. Rossi I 605 (*saec. IV/V*) Barbare Petronie. INSCR. Notiz. degli scavi 1889 p. 107 (*a. 438*) puella numine Barbara. INSCR. Nuovo bull. crist. 10 (1904) p. 108 Barbara. GREG. M. epist. 9, 228 Barbaram et Antoninam filias. CORP. IX 3590 (*in pago Fificulano*) Titania Barbara (3591). V 6193 (*Mediolani, christ.*). 8902 (*Comi*) Barbarae nutriculae. ENNOD. opusc. 6, 23 p. 409, 18 domnam Barbaram, Romani flos genii. CORP. II 5411 (*saec. fere II*) Flavia Barbara Fl(avius) Abascantus vir uxori. 6056. 2110. III 1846 (*Naronae*) Aemiliae Barbare. 8450. 2585 (*Salonis*). 8946 Barbaron def. an. I ... Barbara mater. XII 3467 Barbarulae ... Barbara et Philumenus p(arentes) ... Barbarae et Philumeni. 4101. INSCR. christ. Leblant I 105. CORP. XIII 3052 (*christ. apud Parisios*) domine ... Barbare. 7298 (*Mogontiaci, saec. III—IV*) Servandiae Barbare. **Barbarula,** -ae *cogn. mul. v. supra l. 73.*

2. Barbara, -ae *insula, hodie* Ile-Barbe; *v. Longnon, géographie de la Gaule p. 199.* GREG. TVR. glor. mart. 22 apud Insulam Barbaram monasterii Lugdunensis.

Barbaras *nom. vir.; cf.* Barbarus. CORP. II 3761 (*Valentiae*) Iul. Eutychiae Barbaras maritus.

barbarē *v.* barbarus. **Barbare** *v.* Bara.

Barbares, -um *populus Mauretaniae Tingitanae.* ITIN. Anton.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aug. p. 10, 2 Barbari. LIB. gener. a. 334 chron. I p. 107, 197 Baccuates et Massennas. Getuli. Afri qui et Barbares (abares *O*). IVL. HON. cosmogr. A 47 inter Barbares et Bacuates. A 54 Barbares gens (ba̅bares *A*). *Jacobsohn.*

barbaria, -ae, **barbariēs** (-ēī) *f.* [*a* barbarus. *Th.*] *nom.* -ies: CIC. Catil. 3, 25 (*pars codd.*) Brut. 258 (*pars codd., v. p. 1730, 77*) OV. am. 3, 8, 4 (*pars codd.*) LVCAN. 7, 273 TERT. adv. Iud. 7 *v. infra l. 21* POTAM. tract. 2 p. 1415^B^ HIER. adv. Iovin. 1, 1 RVFIN. symb. 2 PS. RVFIN. in Os. 13, 7/8 in Am. 9, 11/12 p. 1102^C^ PRVD. ham. 100 psych. 753 CLAVD. 8, 49. 17, 250 AVG. civ. 3, 26 ANON. de mach. bell. 6 MART. CAP. 6, 614 SIDON. carm. 7, 320 *et* 361 ENNOD. opusc. 3, 97 p. 356, 2 GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 123, 5 vit. patr. 6, 2. *acc.* -iem: OV. met. 15, 829 (*pars codd.*) trist. 3, 14, 30 (*Guelf.*). 5, 1, 46 (*pars codd.*) VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 (*in A*, -iam *L*) LVCAN. 8, 812 (-iam *pars codd.*) IVL. VAL. 2, 13 MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 HIER. epist. 17, 2 (*v. l.* -iam). 20, 4. 30, 2 adv. Rufin. 2, 27 p. 452^A^ CLAVD. 5, 79. 15, 432. 28, 222 AVG. c. Iul. 3, 15, 29 COD. Theod. 9, 42, 22 OROS. hist. 1, 4, 2. 7, 43, 6 SALV. gub. 4, 76 CASSIOD. var. 3, 17, 1. 12, 5, 5. 12, 7, 1. *abl.* -ie: OV. ars 2, 552 (*pars codd.*) AVELL. p. 749, 13. 753, 13 EVGIPP. Sev. 27, 3. 44, 5. *genet. vel dat. in* -iei *exeuntes non legi. plur.* -iae: TERT. virg. vel. 2 adv. Iud. 7 p. 714 (*cod. Leid. et ed. princ., cet.* -ies) PRISC. Anast. 311.

I ***proprie:*** *barbarorum regio eiusque incolae*:

A *secundum usum Graecorum* (*cf.* barbarus *IA*) *pro Italia*: PLAVT. Poen. 598 macerato hoc pingues fiunt auro (*i. lupinis*) in barbaria boves. Faen. frg. 1 (Fest. p. 372) heus tu, in barbaria quod dixisse dicitur libertus suae patronae, id ego dico ⟨tibi⟩: 'Libertas eqs.' Fest.: in barbaria est in Italia.

B *apud Romanos de omnibus externis regionibus praeter Graeciam et Italiam*: *de regionibus ipsis*: CIC. dom. 60 cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, . . . , Macedoniam omnemque barbariam . . . condonasses. Pis. 17 quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. Phil. 13, 18. fin. 5, 11 omnium fere civitatum non Graeciae solum, sed etiam barbariae. Tusc. 5, 77 quae barbaria India vastior aut agrestior? nat. deor. 2, 126 *pantherae* in barbaria . . . caperentur. VAL. MAX. 4, 6 ext. 3 barbariae inmensas solitudines. SEN. epist. 28, 4 in quolibet barbariae angulo conloceris. PS. APVL. Ascl. 24 inhabitabit Aegyptum Scythes aut Indus aut aliquis talis e (*sic Bernays*, id est *trad.*) vicina barbaria. TERT. virg. vel. 2 per Graeciam et quasdam barbarias eius. LAMPR. Alex. 58, 5 rura vicina barbariae. IVST. 12, 6, 16 in ultimam deductos barbariam. RVF. FEST. 8 Daciam . . . in solo barbariae provinciam fecit. CHALC. comm. 132 cuncta Graecia, omne Latium omnisque barbaria. AMM. 31, 4, 9. HIER. epist. 15, 2 solitudinem . . . , quae Syriam iuncto barbariae fine determinat. PS. AVG. coll. c. Pasc. 20 in Syria vel Graecia, in Africa aut in cuncta barbaria. *pro incolis*: CIC. Catil. 3, 25 quale bellum nulla umquam barbaria (-ies *pars codd.*) cum sua gente gessit. Arch. 19 sit . . . sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. prov. 5 Macedoniam domitis iam gentibus finitimis barbariaque compressa pacatam. Phil. 5, 37 non solum cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariae bellum inferre nobis. 14, 8 ferum et immane facinus, quod nulla barbaria posset agnoscere. fin. 2, 49 a quo (*philosopho*) non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est. nat. deor. 1, 81 deos ea facie novimus, qua . . . : at non Aegyptii nec Syri nec fere cuncta barbaria. OV. met. 15, 829 quid tibi barbariam (-iem *codd. pars*), gentes ab utroque iacentes oceano numerem? LVCAN. 7, 273 aderit . . . vix arma ferens aut mixtae dissona turbae barbaries. 8, 812 adde subactam barbariem (-iam *pars codd.*) gentesque vagas. PANEG. 10, 37 p. 242, 23 si . . . armis vestris contusa barbaria aliquid tamen moverit. IVST. 9, 5, 7 Macedoniae exercitus . . . et confinis domitarum gentium barbaria (OROS. hist. 3, 14, 3 infinita). 12, 3, 3 orientalis. AVR. VICT. Caes. 24, 9 immissi in imperium . . . barbariae multi. EVTR. 8, 13, 1 quod (*bellum*) cum his (*Marcomannis*) Quadi . . . atque omnis barbaria moverat. SCHOL. Cic. Bob. p. 229, 6 vocabula ipsa (*Lydorum, Mysorum*) quendam inpetum barbariae ferocientis ostentant. HIER. adv. Iovin. 2, 7 Arabes et Saraceni et omnis eremi barbaria camelorum lacte . . . vivit. RVFIN. hist. 2, 17, 7 perfecti huius boni participem fieri omnem Graeciam omnemque barbariam (τὴν βάρβαρον). 4, 7, 14 ut . . . omnis . . . barbaries genuina feritate deposita ad Iesum concurreret. PRVD. ham. 10 fera. CLAVD. 8, 49 cum barbaries penitus commota gementem inrueret Rhodopen. 15, 432. 17, 250 dissona ritu. 18, 323 reginarum . . . sub armis barbariae pars magna iacet. 21, 148 nulli barbariae motus. ANON. de mach. bell. 6 omne latus limitum . . . appetat dolosa. AVG. civ. 3, 26 ut omnes fere Italae gentes . . . tamquam saeva barbaries domarentur. COD. Theod. 9, 42, 22 (*a. 408*) quibus (*opibus*) ille (*praedo publicus*) usus est ad omnem ditandam inquietandamque barbariem. SIDON. carm. 7, 320 rupta tumultu. PRISC. Anast. 311 barbariaeque ferae capiant iuga vestra (*Denisius*, ūa *A*) subactae.

speciatim de certis nationibus vel terris: CIC. Font. 44 infestis prope signis inferuntur Galli in M. Fonteium . . . . sed multis et firmis praesidiis . . . isti immani atque intolerandae barbariae resistemus. CIC. rep. 1, 5 Themistoclem . . . non in Graeciae portus . . . , sed in barbariae (*i. Persiae*) sinus confugisse. Att. 7, 11, 3 fluctum . . . totius barbariae ferre urbs una non poterat. CVRT. 6, 3, 3 Ionas, Aeolidem servitio barbariae inpotentis exemimus. IVL. VAL. 2, 13. PS. RVFIN. in Am. 9, 11/12 p. 1102^C^ cum iam eos (*Iudaeos*) fera barbaries possideret. CIC. nat. deor. 2, 88 quis in illa barbaria (*sc. Scythia aut Britannia*) dubitet, quin . . . ? OV. Pont. 3, 1, 5 an mihi barbaria vivendum semper in ista (*sc. Thracia*) . . . ? (trist. 3, 10, 4 media). 4, 5, 34 barbariae tutas . . . vias. trist. 3, 14, 30 quorum (*scriptorum*) cognoverit esse exilium tempus barbariamque (-iemque *Guelf.*) locum. 4, 1, 22. 5, 1, 46 barbariam (*sic Guelf. Goth.*, -em *nonn.*) rigidos effugiamque Getas. GELL. 19, 12, 7 homo Thracus . . . ex ultima barbaria. IVST. 2, 2, 14 cultos . . . mores (*sc. Graecorum*) incultae barbariae (*i. Scythiae*) conlatione superari. PANEG. 11, 7 p. 250, 11 CLAVD. 28, 222 *cf.* ISID. orig. 14, 4, 3 *sub* barbaricus *p. 1732, 16.* AVELL. p. 753, 13 in interiore barbarie Scytharum. OROS. hist. 1, 4, 2 Scythicam. HOR. epist. 1, 2, 7 Graecia barbariae (*i. Troianorum*) lento conlisa duello. LIV. 30, 28, 3 Syphace, inconditae barbariae rege. VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 in media barbaria ortus *Masinissa.* 5, 5, 3 *Tiberius* Alpes Rhenumque transgressus . . . per modo devictam barbariam . . evasit. 8, 7 ext. 3 effusam barbariam (*L*, -iem *A*; et fusam Maream *Gertz*) et flexuosos fossarum ambitus Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. TERT. adv. Iud. 7 p. 714 Oehl. Maurorum gentes et Getulorum barbaries (-ae *cod. Leid., ed. pr.*) a Romanis obsidentur. PANEG. 2, 7 p. 95, 4 ut eo limite Romanae provinciae ab immanitate barbariae (*sc. Germaniae*) vindicarentur (3, 5 p. 105, 34 in media. GREG. TVR. vit. patr. 6, 2 proxima). IVST. 42, 2, 10 sperans interitum viri . . . ex bello tam profundae barbariae (*i. Colchis*). POTAM. tract. 2 p. 1415^B^ atroci feritate blasphemantium commota barbaries (*sc. Iudaei*) *Iesaiam* . . . bifidavit. CLAVD. 26, 638 *Pollentia* virtutis fatale solum, memorabile bustum barbariae (*i. Gothorum*). MART. CAP. 6, 614 Sarmatarum gens copiosaque barbaries. AVELL. p. 753, 13 sunt metalla alia in ipsorum barbarie Blemyorum constituta. SIDON. carm. 7, 361 vixque tuo impositum capiti diadema, Petroni: ilico barbaries, nec non sibi capta videri Roma Getis. CASSIOD. var. 12, 7, 1 saevam barbariem (*i. Suebos*). IOH. BICL. chron. II p. 214, 19, 575, 3 Aramandurus Sarracenorum rex . . . principi cum donis barbariae occurrit. EVGIPP. Sev. 27, 3 ingruente barbarie (*i. Thoringis*).

C *apud Christianos de gentilibus, paganis* (*cf.* barbarus *ID*): PRVD. psych. 753 exstincta est multo certamine saeva barbaries, sanctae quae circumsepserat urbis indigenas. SALV. gub. 4, 76 paganicam barbariem perierare causamur. ENNOD. opusc. 3, 97 p. 356, 2 thesauros cruda barbaries quaerebat in terra, quos ille ad caelestia secreta transmiserat. GREG. TVR. Franc. 3, 15 sic (*sc. diem solis*) . . . barbaries vocitare diem domenicum consueta est.

II ***translate:*** *de barbaris et feris moribus, i. fere q. rusticitas, duritia, saevitia*: CIC. Flacc. 63 cum *Massilia* in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariae fluctibus alluatur. Balb. 43 C. Caesar . . . inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit. Phil. 2, 108 ista vero quae et quanta barbaria est! 11, 6 cuius taeterrima crudelitate omnis barbaria superata est. de orat. 1, 118 haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. OV. am. 3, 8, 4 ingenium quondam fuerat pretiosius auro, at nunc barbariast (-ies *pars codd.*) grandis habere nihil. ars 2, 552 barbaria (-ie *pars codd.*) noster abundat amor. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 *Seianus* efferatae barbariae immanitate truculentior. SEN. dial. 5, 18, 1 utinam . . . nec in Romanos mores . . . suppliciorum irarumque barbaria transisset! QVINT. inst. 11, 3, 69 praeduro ac rigente *capite* barbaria quaedam mentis ostenditur. FLOR. epit. 4, 12, 20 tanta barbaria est *Sarmatarum*, ut nec intellegant pacem. APVL. flor. 3 p. 13 ad deridendam monstri illius (*sc. Marsyae*) barbariam. TERT. nat. 2, 9 ut ne conversaretur quidem inter viros *Fauni filia* aut barbaria aut conscientia deformitatis aut rubore insaniae paternae. LACT. (?) mort. pers. 9, 2 inerat huic bestiae (*sc. Maximiano*) naturalis barbaries. IVST. 43, 4, 1 Galli . . . usum vitae cultioris deposita ac mansuefacta barbaria . . . didicerunt. MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 istius vanitatis barbariem diligenti cura captare. HIER. epist. 17, 2 adversus barbariem (*v. l.* -iam) istius loci versu cogor clamare vulgato. PS. RVFIN. in Os. 13, 7/8 calamitates, quas erat illatura hostium barbaries. CLAVD. 5, 79 ne qua de parte relinquat barbariem, revocat fulvas in pectora pelles. AVG. c. Iul. 3, 15, 29 ultimi limitis sortita regionem *pudicitia coniugalis* ultra se proruentium exsecrata barbariem. OROS. hist. 7, 43, 6 neque Gothos ullo modo parere legibus posse propter effrenatam barbariem. CASSIOD. var. 3, 17, 1 exuite barbariem, abicite mentium crudelitatem. 12, 5, 5 ut nullam contrahant in concertatione barbariem. EVGIPP. Sev. 44, 5 de cotidiana barbarie frequentissimae depraedationis.

speciatim in dicendo, scribendo: CIC. Brut. 258 omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant neque eos aliqua barbaries (*sic O² V, multae edd.*, -ia *Lagomars. 35, Venet. 2, altera pars edd.; trad.* barbari in) domestica infuscaverat, recte loquebantur. OV. trist. 3, 9, 2 hic quoque sunt . . . Graiae . . . urbes inter inhumanae nomina barbariae. PETRON. 68 praeter errantis barbariae aut adiectum aut deminutum clamorem. HIER. adv. Iovin. 1, 1 scriptorum *Ioviniani* tanta barbaries est et tantis vitiis spurcissimus sermo confusus. adv. Rufin.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 27 p. 452^{A} ut ... sensuum ... barbariem apertius ... digererem. epist. 20, 4 propter barbariem linguae *Hebraicae* (30, 2). RVFIN. symb. 2 p. 337^{A} quod eis (*apostolis*) ... nulla linguae barbaries inaccessa videretur et invia. *Münscher.*

1. Barbaria, -ae *nom. mul.* EVGIPP. Sev. 46, 1 illustris femina Barbaria.

2. Barbaria, -ae *regio Sardiniae.* CORP. XIV 2954 (*Praeneste*) Sex. Iulius S. f. Pol. Rufus evocatus divi Augusti praefectus cohortis Corsorum et civitatum Barbariae in Sardinia. *incolae* **Barbaricīnī,** -ōrum *v. Mommsen, Corp. X p. 818; Hülsen, PW. II 2857.* COD. Iust. 1, 27, 2, 3 in Sardinia ... iuxta montes, ubi Barbaricini videntur. GREG. M. epist. 4, 25 *sq.* *adi.* **Barbaricinus,** -a, -um. GREG. M. epist. 9, 123 ut in utilitatem parrochiae Barbaricina debeat mancipia comparare.

3. in civitate **Barbariā** MARTYROL. Hier. 17 Kal. Iul. (Wiss.).

Barbariana *locus Hispaniae Baeticae.* ITIN. Anton. Aug. p. 406, 2. RAVENN. p. 305, 10 Bamaliana. p. 344, 4 (Guid. p. 516, 3). *locus provinciae Tarraconensis.* ITIN. Anton. Aug. p. 450, 4. *Jacobsohn*

Barbariānus *v.* Barbarus. **barbarica** *v.* barbaricus *in fine.*

barbaricārius, -a, -um *a* barbaricus, barbarica. *ad artem barbaricariorum pertinens*: CORP. XIII 1945 (*Luguduni*), 4 hominis optimi artis barbarícáríãe. VI 9641 Hermes barbaricari(u)s min⟨i⟩strator l. *subst.* **barbaricārius,** -ī *m.* *aurificum genus qui auro barbarico (cf. p. 1733, 65 sqq.) opera faciunt, de quibus cf. Marquardt-Mau², Privatleben p. 693; Blümner, Maximaltarif des Diokletian, 1893, p. 157 sq.; Seeck, PW. II 2856.* CLAVD. DON. Aen. 11, 777 (*q. v. p. 1737, 51*) p. 1706^{B} tegebantur ... crura eius barbarico opere tegminibus factis, et hoc nomen est: nam qui hanc ⟨artem⟩ exercent, barbaricarii dicuntur, exprimentes ex auro et coloratis filis hominum formas et diversorum animalium et specierum imitantes (*Böcking*, -tatam *trad.*) subtilitate veritatem. EDICT. imp. Diocl. 20, 5 *βαρβαρικαρίῳ διὰ χρυσοῦ ἐργαζομένῳ* (ὑπὲρ) *ἔργου πρωτίστου* (*πρωτείου C*) ὁ(*γκίας*) α´ Ӿ ‚α´. 20, 6 *ἔργου δευτερείου* Ӿ *ψν´*. 20, 7 *βαρβαρικαρίῳ ἰς ὁλοσειρικὸν* (ὑπὲρ) ὁ(*γκίας*) α´ Ӿ φ´. 20, 8 *ἔργου δευτερείου* (ὑπὲρ) ὁ(*γκίας*) α´ Ӿ υ´ (*in rubr. περὶ μισθῶν τῶν πλουμαρίων καὶ τῶν σειρικαρίων*). COD. Theod. 13, 4, 2 (*a. 337*, = COD. Iust. 10, 66 [64], 1) artifices artium ... ab universis muneribus vacare praecipimus ...: ... barbaricarii. 10, 22, 1 (*a. 374*) cum senae per tricenos dies ex aere tam apud Antiochiam quam apud Constantinopolim a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae tegerentur *eqs.* COD. Iust. 12, 23 (24), 7, 19 (*a. 384*) barbaricarii (*cf. ibid.* 1 quas dignitates per singula scrinia officiorum sacrarum largitionum habere statuimus). NOT. dign. or. 11, 45 (*in officio magistri officiorum de scola agentum in rebus*) barbari⟨cari⟩orum [tres] ⟨quattuor⟩: 46 orientis unus, 47 Asianae unus, 48 Ponticae unus, 49 Thraciarum et Illyrici unus. occ. 11, 74 (*sub dispositione comitis sacrarum largitionum*) praepositi branbaricariorum (*sic*) sive argentariorum: 75 praepositus branbaricariorum sive argentariorum Arelatensium, 76 ... Remensium, 77 ... Triberorum. CORP. V 785, 4 (*Aquileiae*) Aurelius Cassianus barbarica(riu)s (*vel* barbarica(n)s*?*, *v. Mommseni adn.*). VI 33766 Dasmeno barbaricario Caes. n. ser(vo). *cf.* scrinium barbarorum *sub* barbarus *p. 1743, 42 sqq.* *Münscher.*

barbaricē *v.* barbaricus *in fine.*

Barbaricīnī *campi ad Tarracinam Italiae siti* IORD. Rom. 372 ad campos venisset Barbaricinos. Get. 309 MARCELL. chron. II p. 104, 536, 4. *Jacobsohn.*

barbaricinus barbarus GLOSS. V 562, 32. *cf.* Barbaricini.

Barbaricinus *v.* 2. Barbaria. [*Münscher.*

barbaricum *v.* barbaricus *in fine.*

barbaricus, -a, -um, *βαρβαρικός.* varb-: AMBR. fid. cod. Paris. ed. Kauffm. p. 21, 12 *et* 36. barv-: DIOSC. 1, 92. DIFF. Suet. p. 308, 35 Roth *v. p. 1735, 46.* *i. q.* barbarus.

I ***proprie*:** *gentis externae*: **A** *secundum usum Graecorum pro Latinus, Romanus* (*cf.* barbarus *I A*): PLAVT. Capt. 492 nunc barbarica lege certumst ius meum omne persequi. 884 quid tu per barbaricas urbes iuras?

B *a Romanis dicuntur barbarae omnes gentes praeter Graecos Romanosque* (*cf.* barbarus *I B*): *de animantibus*: SEN. Ag. 601 barbaricis equitum catervis (LVCAN. 7, 527 SIL. 9, 77). LVCAN. 1, 476 barbaricas ... Caesaris alas. VAL. FL. 8, 460 iuventae. SIL. 9, 220 bellator. 11, 31 Dardana ... moenia barbarici Nomadum (nondum *trad.*) sociata tyranno. AMM. 16, 11, 14 multitudo *Germanorum* (ENNOD. opusc. 3, 100 p. 356, 18). 28, 2, 8 globus (28, 6, 10). VEG. mulom. 2 prol. 2 L. barbaricorum animalium alia natura *est* (3, 7, 1 *equis*). CLAVD. 7, 112 cohortes. carm. min. 27, 83 turmas (*Parthorum*). MART. CAP. 6, 663 litus Scythicum confertum multiplici diversitate barbarica. SIDON. carm. 2, 241 Scythicae vaga turba plagae ..., ipsis quoque gentibus illic barbara barbaricis (INST. Iust. de inst. promulg. 1). PAVL. PELL. 389 agmina. CORIPP. Iust. 1, 279. *nota*: CARM. epigr. 1320, 4 (*Aquileiae, saec. III/IV*) ⟨s⟩eptimae qui cohortis centuriam reguit praetoriae fidus, non barbaricae legioni⟨s⟩ (= CORP. V 923, *v. Mommseni adn.*). *de corporis partibus*: OV. epist. 3, 2 littera ... vix bene barbaricā Graeca notata manu (*sc. Briseidis.* 12, 70 *Colchorum.* ars 1, 180 *Parthorum*). VAL. FL. 6, 702 inproba barbaricae procurrunt tegmina plantae. AMM. 16, 12, 57 cruore (CLAVD. 5, 232. 8, 631). 17, 13, 13 sanguinis. CLAVD. 26, 184 comas (*Gothorum*). ENNOD. carm. 57, 1 barbaricam (*Gothicam*) faciem Romanos sumere cultus. *de numinibus*: CORP. XIII 14663² (*Salonis, primae aet. imp.*) ⟨...⟩ deae Barbaricae. CLAVD. 21, 231 robur numinis instar barbarici (*sc. Germanorum*). CORP. V 775 (*Aquileiae*) Fatis divinis et barbaric(is) v. s. l. m. Postumia. *de regionibus a barbaris habitatis*: STAT. silv. 3, 3, 59 barbaricis Latio transmissus ab oris. CAPITOL. Maximin. 12, 1 per triginta ... milia barbarici soli (TREB. trig. tyr. 5, 4 VOPISC. Prob. 13, 8 PS. AVR. VICT. epit. 29, 3 OROS. hist. 7, 28, 29 ORIGO Const. 6, 34 ENNOD. dict. 21, 29 p. 491, 9). VOPISC. Aurelian. 21, 10 agri (*opp.* Romana res p.). LAMPR. Alex. 45, 2 fines. AMM. 14, 10, 11 pagos (30, 5, 13). 16, 12, 8 ad usque vallum barbaricum (*i. limitem Germaniae*). 21, 9, 1 tractus. 28, 2, 5 in monte Piri, qui barbaricus locus est. MART. CAP. 6, 660 inter Cherronesum et Samothracen quaedam loca vasta nuncque barbarica. ISID. orig. 14, 4, 3 Scythia inferior ..., quae terra generaliter propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, barbarica (-ria *Arev.*) dicitur. *de rebus, instrumentis, sim. a barbaris usurpatis*: LVCR. 2, 500 barbaricae vestes (EPIT. Alex. 32). VERG. Aen. 2, 504 barbarico postes auro spoliisque superbi (SERV. *ad l.* id est aut multo, aut cultu barbaro ..., aut a barbaris capto, aut vere barbaro id est Phrygio, quia *πᾶς μὴ Ἕλλην βάρβαρος*. GLOSS. IV 431, 37 *cf.* SEN. Herc. f. 475 CORIPP. Iust. 3, 122). CIRIS 166 icta ... barbarico Cybeles antistita buxo (*sc. tibiae*). OV. met. 6, 576 stamina barbaricā suspendit *Philomela* ... telā. LIV. 21, 60, 8 suppellex. VITR. 1, 1, 6 *Persarum* simulacra barbarico vestis ornatu. SEN. Tro. 782 templa (*sc. Troiana*). epist. 95, 70 contra decem legiones et Gallica auxilia et mixta barbarica arma (AMM. 29, 5, 39 concrepantibus. CLAVD. 18, 17 Oriens vastabitur. CORIPP. Ioh. 2, 27). LVCAN. 1, 337 lassi Pontica regis (*i. Mithridatis*) proelia barbarico vix consummata veneno. 5, 134 barbarica (*i. Gallorum*) ... lampade Python (*i. Delphi*) arsit. 8, 411 proles ... Metelli stabit barbarico coniunx millesima lecto? PLIN. nat. 36, 185 pavimenta credo primum facta, quae nunc vocamus barbarica. VAL. FL. 6, 90 rotae. 6, 526 chlamys. SIL. 4, 171 telum. 4, 269 Sidonio fulgentem ardore tapeta, barbaricum decus. 16, 63 bipennem. STAT. silv. 2, 1, 72 non te barbaricae versabat turbo catastae. APVL. met. 10, 30 in modum Paridis ... barbaricis amiculis umeris defluentibus pulchre indusiatus adulescens. LAMPR. Comm. 10, 7 habitu. Alex. 62, 2 gladio (62, 5 EVGIPP. Sev. 31, 1). VOPISC. Prob. 13, 8 tantum his praedae barbaricae tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant. AMM. 19, 11, 10 vexillo. CLAVD. 3, 360 barbaricis iaceant quot moenia flammis. MARCELL. med. 8, 127 medicamen. 8, 128 remedium praesens barbaricum quidem, sed multis probatum. SIDON. carm. 12, 9 barbaricis (*i. Germanicis*) plectris. *de rebus naturalibus*: PLIN. nat. 15, 56 incerta nominum causa est barbaricis *piris*. 21, 29 quidam errore falso barbaricam eam (*radicem*) appellabant. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 folium barbaricum (CASS. FEL. 45 p. 113 id est malobathri). VOPISC. Prob. 15, 6 frumento. AMM. 16, 11, 10 fruges opesque. 16, 11, 11 messibus. *t. t. astrologorum*: sphaera barbarica (*opp.* Graecanica), *cf. Boll, Sphaera 1903 p. 349 sqq.* SERV. auct. georg. 1, 19 Nigidius sphaerae barbaricae. FIRM. math. 4, 17, 2 interpretationem ... sfaerae barbaricae (4, 25, 5). PROB. Verg. georg. 1, 227/9. *de moribus, sim.*: ENN. trag. 83 (Cic. Tusc. 1, 85) vidi ego te (*sc. Priami domum*) astante ope barbarica (*sed* Cic. Tusc. 3, 44 astantem *trad.*, *quod tuetur Vahlen², Enn. poesis rell., scen. 94.* VERG. Aen. 8, 685 ope barbarica variisque Antonius armis. VAL. FL. 3, 494 barbaricas iam movit opes. CLAVD. 10, 227). LIV. 25, 33, 2 barbaricae et praecipue earum gentium (*i. Celtiberorum*) ... perfidiae. VITR. 2, 1, 4 barbarico *Colchorum* more (GELL. 1, 11, 7 more atque luxu. CAPITOL. Maximin. 3, 1 VEG. mil. 3, 5 p. 74, 10. IORD. Get. 11, 69 mores *Gothorum*). LVCAN. 1, 450 barbaricos ritus *druidarum* moremque sinistrum sacrorum (SIL. 12, 349. 16, 20 AMM. 31, 2, 23). SIL. 5, 648 gerebat vulnera barbaricae mentis. 9, 362 barbaricis ... viribus (GREG. M. epist. 5, 37). 15, 690 corde *Nabidis.* FLOR. epit. 3, 3, 12 stoliditate *Cimbrorum.* GELL. 17, 9, 18 astu. APVL. met. 10, 6 feritatis (COD. Theod. 5, 5, 2 *a. 366.* 7, 16, 2 *a. 410* SCHOL. Hor. carm. 3, 27, 66 AVG. serm. ed. Mai 4, 2. GREG. M. epist. 1, 48 p. 74, 19 *i. Langobardorum invasio.* 3, 30 p. 188, 15). TERT. idol. 18 habitum barbaricae ingenuitatis. CAPITOL. Maximin. 8, 9 propter humilitatem generis barbarici. 12, 3 habuit ... hoc barbaricae temeritatis, ut. VOPISC. Prob. 17, 3 urbes ereptas barbarico servitio Romano reddidit iuri (Aurelian. 41, 8 servitutis). TREB. Claud. 6, 6 tumoris (AMM. 28, 6, 5. 31, 12, 6). IVL. VAL. 3, 4 magnificentia. 3, 7 aestimatione. AMM. 15, 5, 15 fidei. 16, 5, 16 rabies (27, 9, 1 CARM. epigr. 1394, 10). 17, 9, 1 obstinatione. 16, 12, 3 fastūs (CLAVD. 15, 73). 21, 12, 25 augendae barbaricae utilitatis auctorem. 30, 5, 2 adpetitus. 30, 10, 3 furore ... crudescente (CARM. epigr. 1516, 7 *a. 479*). SCHOL. Hor. carm. 3, 24, 21 castitatem laudat exemplo barbarico. HEGES. 1, 29, 9 avaritiam. 5, 24, 3 feritas *Arabum* barbaricae propior immanitati. CLAVD. 20, 226 barbaricae (*i. Getarum*) ... vitae. AVG. civ. 1, 28 p. 45 libido. ALC. AVIT. epist. 10 p. 44, 18 victa est ... in rigore barbarico humilitate immanitas. COD. Iust. 1, 27, 1, 2 corpora ... iugo barbarico ... subiugabant *Vandali* (*ibid.* 8). LEX Burg. lib. const. 60, 2 consuetudinem (*opp.* Romanam). GREG. M. epist. 11, 31 p. 301, 19 crudeli-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatis. *speciatim de lingua, verbis, dictis*: OV. trist. 5, 12, 55 omnia barbaricae (*sed* -riae *Guelf. Goth.*) loca sunt vocisque ferinae. VAL. FL. 6, 187 hinc barbarici glomerantur ovatus, hinc gemitus. 8, 69 carmina barbarico fundens *Medea* pede (*i. rhythmo*). SIL. 3, 107 barbarica paulum vitiato nomine lingua (CORIPP. Ioh. 2, 27). SVET. Cal. 47 sermonem Germanicum addiscere et nomina barbarica ferre (SERG. gramm. IV 483, 31 SYMM. or. 3, 12). IVL. VAL. 1, 38 dictis. AMM. 18, 2, 2 sermonis *Alamannorum*. 30, 3, 5 murmure. VEG. mil. 4, 15 p. 137, 21 vineas ... quas nunc militari barbaricoque usu causias vocant. SIDON. carm. 5, 219 barbaricus resonabat hymen. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 161 non credentibus barbaricis conscriptionibus (ταῖς ἐν τοῖς βαρβάροις ἀναγραφαῖς), sed solis Graecis fidem habendam esse dicentibus. *de rebus a barbaris gestis*: SIL. 10, 224 corruit ictu barbarico. SOL. 27, 49 initio barbaricae inpressionis. PANEG. 11, 1 p. 245, 10 depraedatione barbarica (*opp.* praesidentium rapinis). LAMPR. Alex. 48, 3 expeditio. VOPISC. Aurelian. 21, 2 motus (quatt. tyr. 5, 3 AMM. 26, 7, 5. 30, 8, 12 AMBR. exc. Sat. 1, 1). Aurelian. 35, 4 obsidione (HIER. adv. Rufin. 3, 21 GREG. TVR. glor. mart. 59 p. 529, 2). Ps. DAMAS. epigr. 83, 9 ausis. AMM. 17, 5, 1 excursūs (17, 13, 4. 26, 6, 11). 20, 8, 16 impetus. 27, 8, 1 Brittanias ... barbarica conspiratione ... vexatas. AMBR. Iac. 2, 6, 29 incursus (NOVELL. Valent. 19, 9). CLAVD. 19, 53 tumultu. AVG. civ. 5, 23 inruptione (MAXIM. epist. p. 3). CORP. VI 1663 incursione (SIDON. epist. 3, 2, 2 NOVELL. Iust. 34 pr. 65, 1, 2). NOVELL. Theod. 4 pr. excursione. SIDON. epist. 5, 6, 1 turbo. carm. 5, 225 barbarici ... festa tori. PAVL. PELL. 423 rapinas (CORIPP. Ioh. 4, 102). GREG. M. epist. 1, 39 p. 51, 23 monachos ... occasione dispersos barbarica. 2, 17 quo ... barbaricum (-ci *trad., corr. r2*) possit periculum facilius declinari. 2, 23 p. 120, 21 vastationis. *de bellis sim. cum barbaris gestis*: Ps. VERG. catal. 9, 5 horrida barbaricae portans *victor* insignia pugnae. SEN. Thy. 664 triumpho ... barbarico. SIL. 13, 743 fervet gens Itala Marte barbarico. PORPH. Hor. epod. 16, 11 bella, *opp.* civilia (AMM. 26, 5, 5 *Germanorum* narraturi. CLAVD. 26, 288. CORP. V 4371 *Brixiae, in latere*). PANEG. 9, 23 p. 210, 20 cladis (AMM. 15, 11, 8). AMM. 16, 1, 1 caedes barbaricas somniabat (19, 11, 14).

C *apud christianos pro gentilis, paganus* (*cf.* barbarus *I D p. 1738, 74 sqq.*), *sed tamen exempla dubia*: CANON. Migne 56, 723^{B} ecclesiae ... dei, quae sunt in barbaricis gentibus constitutae (*ibid.* p. 809^{A}). CORP. XIII 2402, 3 (*Luguduni*) germine barbarico nati, sed fonte renati. *nota libelli titulum*: Ps. AVG. de tempore barbarico (NOVELL. Iust. app. 8). SIDON. epist. 7, 9, 20 cui ... multipliciter obserata barbarici carceris divinitus claustra patuerunt. GREG. M. epist. 1, 16^{a} p. 19, 26 contrito dei iudicio iugo barbarico.

II *translate*: *pro incultus, ferox* (*cf.* barbarus *II*): PLAVT. Cas. 747 facite cenam mihi, ut ebria sit. sed lepide nitideque volo, nil moror barbarico bliteo (*neutr. pro subst.*; ritu *P*). PACVV. trag. 270 barbaricam pestem subinis (*Ribbeck*, sabinus Non. p. 248, navibus Non. p. 40) nostris optulit. *cf. Ribbeck, Röm. Tragödie, 1875, p. 278*). OV. met. 11, 162 barbarico ... Midan ... carmine delenit *Pan*. *nota de re naturali*: COLVM. 11, 2, 83 silvam siquis barbaricam, id est consemineam velit facere. *neutr. pro adv.*: SIL. 12, 418 barbaricum atque immane gemens.

substantive: **1 barbaricum** appellatur clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari utantur PAVL. FEST. p. 31.
2 barbaricum, -ī *n. sc. solum* (*cf. p. 1732, 9 sqq.*) *i. q. regio, terra barbarica*: LAMPR. Alex. 47, 1 nec portarent cibaria decem ... dierum nisi in barbarico. CAPITOL. Maximin. 10, 2. COD. Iust. 4, 63, 2 (*a. 374?*) aurum ... ad barbaricum ... translatum a mercatoribus. EVTR. 7, 9 *Albis* in barbarico longe ultra Rhenum est. 9, 4. AMM. 17, 12, 21 his in barbarico gestis. 18, 2, 14. 27, 5, 6. NOT. dign occ. 32, 41 contra Bononiam in barbarico. 33, 48 CORP. X 216, 7. INSCR. Dessau 2784 (*Coloniae Agripp.*) occisus in barbarico iuxta Divitia (*i. Deutz*) a Franco. AMBR. fid. p. 21, 12 *et* 36 Kauffm. DIOSC. 1, 92 OROS. hist. 1, 2, 54. *nota plur.*: CANON. Migne 56, 810^{A} qui in barbaricis (*sed fortasse masc.?*) sunt episcopi. **3** GLOSS. IV 24, 17 **barbarica** aurea ornamenta. 487, 26 opera de auro (= 590, 29. V 592, 51). IV 487, 25 barbarica auro vel ornamenta (*corr. cf.* V 442, 34 auro an ornamenta. 348, 15 auro ornamenta). IV 590, 34 opera subtiliter ornata (= V 591, 66). 600, 11 subtilis in coloribus laneis operatio vel auro ornata. V 270, 15. *cf. Landgraf, Archiv 9 (1896) 364 sq.*

adv. **barbaricē**. CAPITOL. Ver. 10, 6 barba prope barbarice demissa. ANTHIM. 64 nos Graece dicimus alfita, latine vero polentam, Gothi vero barbarice fenea.

derivatum: barbaricarius. *Münscher.*

barbariēs *v.* barbaria.

Barbarinia, -rinus *v.* Barbarus. **Barbario** *v.* Barbarus.

Barbaris *nom. vir. christ.* INSCR. christ. Rossi I 517 (*a. 403*) Barbaris defunctus. *Jacobsohn.*

barbarismus, -ī *m.*, βαρβαρισμός. -os (*nom.*): DIFF. gramm. VII 526, 20. -on: *ibid.* 19. GELL. 5, 20, 4 nos neque 'soloecismum' neque 'barbarismum' apud Graecorum idoneos adhuc invenimus, nam sicut βάρβαρον, ita σόλοικον dixerunt. 13, 6 *tit.* quod vocabulum 'barbarismi' *Graeci* non usurpaverint neque Romani antiquiores neque Attici. 13, 6, 4 id vocabulum, quod dicitur vulgo 'barbarismus', qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt an dixerint, nondum equidem inveni. *plane alio sensu adhibet Aristot. poet. 22.*

t. t. rhetorum vel potius grammaticorum: RHET. Her. 4, 12, 17 vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo sunt: soloecismus et barbarismus. soloecismus est, cum in verbis pluribus consequens verbum superius (-ori *al.*) non accommodatur; barbarismus est, cum verbum falso (*Marx*, -us alto *codd.*) vitiose efferatur. QVINT. inst. 1, 5, 5—17: 5 barbarismi ac soloecismi foeditas absit. 6 vitium, quod fit in singulis verbis, sit barbarismus. ... alios barbarismos scribendo fieri, alios loquendo. 7 barbarismum pluribus modis accipimus *eqs.* SACERD. gramm. VI 451, 4—23 barbarismus est vitiosa dictio unius verbi, qui fit modis octo: per productionem *eqs.* ... inter barbarismum et soloecismum hoc est, quod soloecismus latinus est sermo perversus, barbarismus vero nullam latini sermonis continet rationem, et quod soloecismus pluribus partibus orationis fit, barbarismus una. ... figura virtus est veniens de soloecismo, metaplasmus vero veniens de barbarismo. DON. gramm. IV 392, 5—393, 4 barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone. in poemate metaplasmus itemque in nostra loquella barbarismus, in peregrina barbarolexis dicitur, ut siquis dicat mastruga cateia magalia. barbarismus fit duobus modis, pronuntiatione et scripto. his bipertitis quattuor species subponuntur *eqs.* ... fiunt etiam barbarismi per hiatus, sunt etiam malae conpositiones, id est cacosyntheta, quas non nulli barbarismos putant. *adde* 393, 7 *sqq.* CHAR. gramm. I 265, 2—266, 14 de barbarismo, ut ait Cominianus. barbarismus est dictio vitiosa. haec autem definitio generalis est, non specialis. ... consuetudo hunc tantum barbarismum appellat, qui fit in una parte orationis. aptius tamen hac utemur definitione, barbarismus est una pars orationis corrupta. sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas metaplasmus vocatur. ... barbarismus est barbaros lexis, id est barbara dictio *eqs.* 265, 23 aliis uberius ita placuit definire de barbarismo. barbarismus est dictio vel pronuntiatione vel scriptura aliqua sui parte vitiosa *eqs. sim.* DIOM. gramm. I 451, 22—453, 19 (*adde* 449, 10. 455, 34 *sqq., imprimis* 456, 1 Latine barbarismus dissonans vocatur). SERV. gramm. IV 444, 1—445, 34 barbarismus est vitium factum in una parte orationis vel in uno sermone contra regulam artis grammaticae. Plinius autem dicit barbarismum esse sermonem unum, in quo vis sua est contra naturam. barbarismus autem dicitur eo quod barbari prave locuntur *eqs.* 445, 26 *sqq.* non erit barbarismis adplicandus iotacismus et labdacismus .... praeterea sunt barbarismi qui ad grammaticos pertinent; illi vero, qui in syllabis fiunt, neque ad grammaticos pertinent neque barbarismi dici possunt. frequenter enim in duabus partibus orationis fiunt, quod contra definitionem est barbarismi .... hae dicuntur malae compositiones. CLEDON. gramm. V 79, 20—23 (*cetera perierunt*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 563, 3—5. POMP. gramm. V 283, 2—288, 21 (288, 18 *sqq.* isti sunt barbarismi grammaticorum. sunt aliqui quos dicunt esse oratorum; hos ego nec legi nec scio esse barbarismos, scilicet propter longas et propter breves. sed aliter dicuntur. non dicuntur barbarismi, sed malae structurae). CONSENT. gramm. V 386, 3—398, 15 PRISC. gramm. III 111, 17 AVDAX gramm. VII 361, 14—362, 21 COMMENT. in Don. gramm. V 327, 2—30 ISID. orig. 1, 31 diff. 1, 81 (= DIFF. ed. Beck p. 41) DIFF. gramm. VII 526, 19 gramm. suppl. 280, 16 (= DIFF. Suet. p. 291 Reiff.) IVLIAN. TOL. gramm. V 323, 38—324, 20. GLOSS. IV 24, 11 loquellae vitium (313, 16 *al.*). 600, 12 corruptio unius verbi. V 402, 17 dictio vitiosa. *cf.* barbarostomus *p. 1735, 29.*

adde hos locos: SACERD. gramm. VI 446, 20 'ne quidem ego' nusquam lectum est, ideoque veluti barbarismus vitatur. 477, 18 si 'pes' corripueris, erit barbarismus. 493, 22. 493, 29 ne ... ut quibusdam placet, barbarismum *trisyllaba structura* faciat. 493, 32. 494, 3. 12. 13 (*cf.* PROB. cath. gramm. IV 26, 19. 41, 9. 16. 22. 23. 30). CHAR. gramm. I 57, 2 sine formidine barbarismi loqui liceat. 83, 25 DIOM. gramm. I 440, 9. SERV. gramm. IV 442, 30 plerumque ... non observantes ⟨in⟩ barbarismos incurrimus. Aen. 5, 120 inter barbarismum et lexin, hoc est latinam et perfectam elocutionem, metaplasmum esse. VLT. SYLL. gramm. IV 227, 27 vitium barbarismi. 259, 5 POMP. gramm. V 269, 2 AVDAX gramm. VII 322, 2. FRG. Bob. gramm. VI 628, 21 excepta hac structura, quae quinque breves habet et est barbarismus Afer vel ex longis Hispanus. SEN. epist. 113, 26 soloecismum ... et barbarismum et synlogismum. MART. 6, 17, 2 QVINT. inst. 1, 5, 38. FRONTO p. 24, 24 N. si quis inerit barbarismus. TERT. nat. 1, 3. ARNOB. nat. 1, 59 barbarismis, soloecismis obsitae sunt, inquit, res vestrae et vitiorum deformitate pollutae. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 7 p. 178, 5. AVG. ord. 2, 4, 13 soloecismos et barbarismos quos vocant poetae adamaverunt. 2, 17, 45 barbarismorum ... genus nostris temporibus tale compertum est, ut et ipsa eius oratio barbara videatur, qua Roma servata est. catech. rud. 9, 13 cum barbarismis et soloecismis deum invocare. in psalm. 36 serm. 3, 6 melius in barbarismo nostro vos intellegetis, quam in nostra disertitudine vos deserti eritis. doctr. christ. 2, 13, 19 conf. 1, 18, 28. 1, 19, 30 mus. 2, 2, 2 c. Faust. 22, 25 p. 620, 2. 4. SIDON. epist. 2, 10, 1 meram linguae Latiaris proprietatem de trivialium barbarismorum robigine vindicaveritis. 4, 17, 1 nescius barbarismorum. 5, 5, 3. 9, 11, 6

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frequentia barbarismorum. CLAVD. MAM. epist. p. 204, 24 grammaticam uti quandam barbaram barbarismi et soloecismi pugno et calce propelli. ALC. AVIT. epist. 57 p. 85, 20 in homilia ... barbarismum me incurrisse. p. 86, 2 barbarismo contempto (contentus *S*). p. 86, 26 in barbarismorum usurpatione. GREG. M. epist 5, 53ᵃ, 5 p. 357, 39 barbarismi confusionem. *nota translationem*: SIDON. epist. 9, 3, 3 quidam barbarismus est morum sermo iucundus et animus afflictus.
synon.: dissonans. *oppos.*: lexis. *cf.* soloecismus, barbarolexis, metaplasmus, cacosyntheton.

Barbarissus *v.* Barbalissus. **Barbarius** *v.* Barbarus.

barbarizo, -āre. *cf.* βαρβαρίζω. BOETH. elench. soph. 1, 3 p. 1010ᴬ soloecismo uti facere: hoc autem est facere secundum locutionem barbarizare ex oratione respondentem.

barbarolexis *f. e* βάρβαρος λέξις *contractum* (*cf.* barbaros lexis *s.* barbarus *infra l. 35 sqq. et p. 1738, 51*). *t. t. grammaticorum*: SACERD. gramm. VI 451, 15 haec vitia (*sc.* barbarismi), cum dicuntur, barbarismi sunt; cum scribuntur, barbarolexis. DON. gramm. IV 392, 7 (*v. p. 1737, 17*). SERV. gramm. IV 444, 8 si peregrina sint verba ..., tunc barbarolexis vocatur. POMP. gramm. V 284, 21 *et* 26. CONSENT. gramm. V 386, 19 aliud esse barbarismum, aliud esse barbarolexin *eqs.* 396, 17 barbarolexis illud, quod ex alterius gentis lingua arcessitur. 396, 20 AVDAX gramm. VII 361, 19 *et* 20 ISID. orig. 1, 31, 2. *cf.* barbarismus. *Münscher.*

Barbaron *nom. pueri, cf.* Barbarus. CORP. III 8946 (*Salonis*) Barbaron def. an. I ... Barbara mater.

Barbaronus, -ī *nom. christ. ad* Barbarus *pertinens.* MARTYROL. Hier. 4 Non. Iun. (Bern.) Barbaroni presbit. *Luguduni* (*Eptern., Wiss.* barbaruni). *Jacobsohn.*

barbarostomus homo qui barbarismis plena[m] profert verba GLOSS. IV 210, 37 (487, 50. 585, 21. 590, 37. GLOSS. Plac. V 49, 23, *ubi* barbarist- *trad., om. cod. Pal.*). *cf. gr.* βαρβαροστομία *et* barbustinus.

Barbarula *v.* Barbara.

barbarus, -a, -um, βάρβαρος (*cf. Eichhorn,* βάρβαρος *quid significaverit, Leipzig 1904*). GLOSS. III 440, 16. *cf. Ruge, PW. II 2858. fem. gr.*: barbaros: CHAR. gramm. I 265, 8. 10 DIOM. gramm. I 451, 30. 31 CONSENT. gramm. V 386, 21 CASS. FEL. 66 p. 119, 7. 75 p. 180, 22. *compar.* barbarior: OV. Pont. 3, 2, 78 trist. 5, 1, 72 TERT. virg. vel. 17 p. 909 Oehl. (*cf. p. 1739, 64*). *genet. plur.* -rum: NEP. Milt. 2, 1 Alc. 7, 4 PHAEDR. 4, 7, 11 SEN. clem. 1, 26, 5 PS. QVINT. decl. 13, 11 TAC. ann. 14, 39. 15, 25 FLOR. epit. 4, 12, 31. 36 AMM. 31, 16, 5 (*in V*) SCHOL. Cic. Bob. p. 229, 5 AMBR. hex. 6, 2, 7 PRVD. perist. 10, 708. *abl. plur.* barbaribus: CARM. epigr 351 *cf. s.* barbo. PROB. inst. gramm. IV 102, 8 quaeritur qua de causa hic barbarus et non hic barbar dicatur. app. gramm. IV 197, 30 barbarus, non barbar. *cf.* GLOSS. *p. 1739, 2. vocalem primae syllabae natura brevem esse docet* DIOM. gramm. I 470, 28 (*cf.* p. 486, 26). DIFF. Suet. 308, 34 barbarum est moribus et sermone, barbaricum operis demonstratione facit vel textum (?). *passim inde a* NAEV. PLAVT. (7ⁱᵉˢ). *sed deest apud* ENN. TER. GRATT. GERM. ASCON. HOMER. *habent singulis locis*: LVCIL. RHET. Her. DIRAE RVT. LVP. MANIL. COLVM. PETRON. CALP. ecl.; *binis*: CATVLL. LVCR. EPICED. Drusi CELS. PHAEDR. SCRIB. LARG. MELA; *ternis*: BELL. Afr. VERG. DIG.; *quaternis*: BELL. Alex. BELL. Hisp. TIB. VITR. TERT. Vind. I COMM.; *quinis*: VARRO (*non in* rust.) PROP. VELL. VVLG. *in vet. test.* (*praeter* II Macc. *duos locos*) *semel* (psalm. 113, 1 *v. p. 1738, 64*) *exhibet,* 6ⁱᵉˢ *in test. novo.* [*hisp.* buey bravo *'bos indomitus'*. *M.-L.*]

I *proprie gentis externae*: **A** *secundum usum Graecorum pro Latinus, Romanus* (*cf. p. 1738, 29 sqq. et 1740, 40 sqq.*): PAVL. FEST. p. 36 barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis. unde Plautus Naevium poetam Latinum barbarum dixit (*v. infra l. 64*). fortasse et ob hoc noster apostolus Graecis ac barbaris se debitorem esse fatetur. PLAVT. Curc. 150 fite (*sc. pessuli*) causa mea ludii (lidi *codd.*) barbari. Mil. 211 os columnatum poetae esse indaudivi barbaro (*sc. Naevio*), cui bini custodes semper totis horis occubant. Most. 828 non ... haec pultiphagus opifex opera fecit barbarus. Stich. 193 haec verba subigunt me uti mores barbaros discam atque faciam praeconis compendium. QVEROL. p. 5, 6 noster sermo ... qui Graecorum disciplinas ore narrat barbaro.

Barianī, -ōrum *populus Asiae; v. Tomaschek, PW. III 16.* TAB. Peut. 12, 3. RAVENN. p. 63, 3 Barriana *provincia in Media maiore.*

Bariānus *v.* Barrius. **Baribal** *v.* Baric.

Baribba, -ae *nom. mul.* CORP. VI 13513/4 Baribbae Gamice.

Baribgal *v.* Baric.

Baric, -icis *nom. vir. pun. (nomin.* Barix *nusquam invenitur), cuius multa exempla in omnibus provinciis Africae extant, frequens ut par est in gente Iulia. testimonium antiquissimum* CORP. VIII 10525 (*a. 51—45 a. Chr.*) Baric ⟨... f.⟩. *exempla selecta:* CORP. VIII 5585 Q. Mattius Q. f. Quir. Baric. 10686 (*christ.*) Baric Felix Crescentiani. 14466 L. Octavius Bark. 16926 Aurelius Bar(icis) f. qui et Musa. 16965 Rogatio Baricis Aduddae fili filiae (*item* Baricis 16999. 17005. 18656. 22632, 45). 16996 Marc⟨h⟩ela Barichis (*uxor vel filia*) Bar(ic) Zabulli ⟨f(ilius)⟩ (*item* Barichis 17018). 17033 Verrius Baric. 19141 C. Ocilius Honoratus Barhic. 20516 Barice filio. *nom.* Baricis *ut videtur* CORP. VIII 8743 L. Valerius Baricis. INSCR. christ. Mai V p. 367, 1 (*Romae*) Baryci dulci animae. **Baricbal** (Barigbal), -alis *cogn. vir. cf. cogn. mul.* Beregbal, Berect *et* Burucbal, Buruct *et cogn. vir.* Biricbal, Birict. CIC. Verr. 4, 89 Baricbali Venerio, cognoscite nomina publicanorum, ... dant Baricbali medimna DCCCL (Bariobali *codd., in uno* Baricali *utroque loco; cf. W. Schulze, Eigennamen p. 483 adn. 2*). CORP. VIII 4729 C. Iulius ⟨Bar⟩igbal. 4990 Nina Baricbal fil. 5311 Felix Baricbalis f. 9085 (*a. 236*) Aufidius Barigbal. 9086. 9442. 12074 Barigbal Cisi. 15799 Rogata Barecbalis m(aioris?) f. 16744 Cornelius Barigbal. 16932 Barigbal Marchelli f. (*cf.* 16999 *supra l. 62*). 16989 Iustulus Barigbalis filius. 16933. 17305 Baricbal Da⟨t⟩i fi(lius). XII 281 add. Barigbalo Amicari f. Baribal: CORP. VIII 9442. 16712. Barigal: CORP. VIII 16769. 16774. Baribgal: CORP. VIII 16858 Ianuaria Baribgalis filia. 15785 Namgid⟨o⟩ filia Baribgelis. **Baricio,** -onis *cogn. vir.* CORP. VIII 2564, 2, 96 Cornelius Baricio (14937). 3248 Iulius Baricio (3434. 3707 C. Iulio Baricioni. 17548). 4080. 5034 a 4. 5132. 6818. 11830 Q. Albicius Bar⟨ic⟩io. 15596. 17258 Baricione Cinneae filio. 20364 Aurelius Bariccio *miles.* XIV 256, 80 Sextius Baricio. XIII 7336 (*saec. III?*) Aemilius Baricio (*nisi est nom. celt.*). **Bariciolus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VIII 14917 Caecilius Bariciolus sacerdos. **Baricha,** -ae *cogn. vir.* CORP. VIII 16847 Virius Baricha (Laricha *trad.*). VI 27957 (*litteris pulchris*) L. Valerius L. l. Baricha. *nomen servi esse* VIII 15946 Baricca Rogati fi⟨l.⟩ Ven(eris) ser(vus) *contendit editor. cf.* 16977 *et* 4501 C. Iulius Victor memorie Baricas. CORP. VIII 15740 M. Clodius Bariha (*cf.* 15754). 16307. *cf.* Barih.

Baricaza *v.* Barigaza. **Baricbal, Baricha** *v.* Baric.

Barīcianī *v.* 1. Barce. **Baricio, Bariciolus** *v.* Baric.

Baricus, -ī. MARTYROL. Hier. prid. Id. Apr. barici (varici *Wiss.*). III Non. Oct. in Sicilia. VIII Id. Nov. in Frigia. XVI Kal. Dec. in Africa. *cf.* Baric.

Bariduum *statio Dalmatiae.* TAB. Peut. 6, 2 Bariduo. *cf. Tomaschek, PW. III 17.*

Bariēnsēs *v.* 1. Baria.

Bariēnsis, -is *locus Mauret. Tingitan.* NOT. dign. occ. 26, 6 Bariensis. 26, 16 Castrabariensi (Castro Banasensi *Böck*).

Bariesu *nom. vir. syr.* VVLG. act. 13, 6 virum magum pseudoprophetam, Iudaeum, cui nomen erat Bariesu (ITALA cod. d bariesuam; cod. e barihesus). HIER. nom. hebr. p. 67, 25 Barieu (berieu *BFHuβ*). maleficum sive in malo, nonnulli Bariesu conrupte legunt AVG. c. Petit. 3, 39, 48 de nomine Simonis et Bariesu (Variae suae *trad.*) magorum ingessit nobis quas eum libuit contumelias.

Barigaza *opp. in ora Africae occidentalis.* PLIN. nat. 6, 174 Barigaza (*ita* F^2, baricaza *DR*, baragaza *E*).

Barigbal *v.* Baric.

Barīh *nom. vir. pun.; cf.* Baric. CORP. VIII 11941 Baríh Bellic⟨i⟩. 11971 Semproni Barih.

Bariha *v.* Baric.

? **Barilius,** -ī. MARTYROL. Hier. XIV Kal. Dec. in Antiochia (*Eptern.*) Barili (barale *Bern. et Eptern.*).

Barilla *v.* Barrius.

Barimanasi *fluvius Indiae.* AVELL. p. 747, 27 Phison a Graecis quidem Indus fluvius dicitur, a barbaris vero et Evilaeis Barimanasi, ab Indis quoque et Bugaeis Ganges appellatur. *Jacobsohn.*

? **barinula.** SERV. georg. 1, 109 nam et scrutatores vel receptores aquarum aquilices dicuntur. barinulas dixerunt (*'barinulas L, quamquam et* barinulcis *legere possis' adnotat Thilo*). *cf.* harenulcaes (GLOSS.). *Ihm.*

Bārīnus *v.* Barium. **Bariobal** *v.* Baric.

Bariona *nom. vir. aram. i. q.* bar Iona, *i. Petrus apostolus (cf. Wellhausen, Das Evangelium Matthaei 83).* VVLG. Matth. 16, 17 beatus es Simon bar Iona (ITALA cod. e variana, *item* AVG. serm. ed. Mai 126, 9 VICT. VIT. 2, 62 CONC. Araus. a. 529 p. 48 l. 25). HIER. nom. hebr. p. 60, 22 Bariona filius columbae (*cf.* ISID. orig. 7, 9, 4). EVCHER. instr. 2 p. 143, 21 GLOSS. IV 210, 46. 590, 44. *adde carmina* INSCR. christ. Rossi II p. 166 n. 15, 22. p. 167 n. 16, 2. *Jacobsohn.*

baripe *gemma* PLIN. nat. 1, 37, 55. 37, 150. *cf.* baroptenus.

bāris, -idos *f.* [*gr.* βᾶρις. *Th.*]. PROP. 3, 11, 44 baridos et contis rostra Liburna sequi. *Ihm.*

1. Baris *nomen antiquum oppidi Vereti in Calabria; cf. Nissen, Ital. Landeskunde II p. 885.* STRAB. 6, 281 (*gen.* Βάριδις, *acc.* Βᾶριν). *fort. huc pertinet* STEPH. BYZ. Βάρις.

2. Baris *opp. Pisidiae; cf. Ruge, PW. III 17.* PLIN. nat. 5, 147 circa Barim. PTOL. 5, 5, 4 Βάρις. PATR. Nic. 1, 155 Bareos. 4, 142 Varis. *incola* PATR. Nic. 2, 152 Baretensis. 3, 151 Barensis.

3. Baris *opp. Lydiae.* PATR. Nic. 1, 135 Bareos. 4, 122 Baris. *ethnicon* PATR. Nic. 2, 130 Barensis. 3, 130 Bareensis.

4. Baris *arx apud templum Hierosolymitanum sita.* HEGES. 1, 6, 3 in castro, cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit, ab Antonio ... triumviro donata appellatione cum urbis dignitate. 1, 13, 2. 5, 12 l. 5.

5. Baris, -idis *cogn. mul.* (*graec.?*). CORP. VI 23812 Papia C. l. Baris. IX 2742 (*Aeserniae*) Raviae C. l. Baridi. INSCR. Ephem. epigr. VIII 109 p. 24 (*Fagifulis*) Octavia L. l. Baris. INSCR. Ephem. epigr. VIII 851 p. 212 (*Salerni*) P. Vettieno C. f. Men. Scaevai Aciliai Baridi. *Jacobsohn.*

barisa εἶδος ποτηρίου GLOSS. II 28, 26 (baris *Heraeus*). *Ihm.*

Barisās, -antis *nom. vir.* VAL. FL. 6, 557 dat Calais Barisanta neci.

baritha pythonissa, quam Graeci ἐγγαστρίμυθον vocant HIER. nom. hebr. p. 35, 1.

Baritio *cogn.* (*Afric.?*). CORP. III 3324 (*Pannon. infer.*) Fabius Baritio ⟨v⟩et(eranus) coh(ortis) *Maurorum.*

Bariton *nomen militis* PAPYR. Wessely p. 8 n. 8 (*saec. II p. Chr.*).

Baritto *nom. propr. barb.* CORP. II 5911. *Jacobsohn.*

barīulus reagufinc (*anglosax.*) GLOSS. V 402, 16. *Ihm.*

Bārium, -ī *opp. Peucetiorum Apuliae, hodie* Bari; *cf. Hülsen, PW. III 19; Nissen, Ital. Landesk. II p. 859.* Bariae, *ut videtur, extat* CORP. VI 32522 b I 10 (*a. 153—156*) ⟨...⟩itius L. f. Cl. Barinus Baris. HOR. sat. 1, 5, 97 via peior ad usque Bari moenia piscosi (SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 97 civitas est, quae Atbaris dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus). LIV. 40, 18, 8 usque ad Barium. STRAB. 6, 8 (283) εἰς Βάριον. PAVL. FEST. p. 33 Barium urbem Italiae appellarunt, conditores eius expulsi ex insula Barra, quae non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

longe est a Brundisio. MELA 2, 66. TAC. ann. 16, 9 municipio Apuliae, cui nomen Barium est. PTOL. 3,1,13 Βάριον. ITIN. Anton. Aug. p. 315, 2 (p. 117, 2 Varia. p. 119, 2. p. 609 Beroes. ITIN. Burdig. p. 609, 15 Beroes). TAB. Peut. 6, 4 RAVENN. p. 261, 5. 328, 13. Guido p. 506, 23 Barium quae et Monopolis. *cf.* Dirium. *cogn.* **Bārīnus,** -a CORP. VI 32522b I 10 *p. 1754, 79.* IX 287 (*Barii*) Barinu⟨s⟩. *nota voc. fem.*: HOR. carm. 2, 8, 2 ulla si iuris tibi peierati poena, Barine, nocuisset umquam (*codicum pars* Varine, *item* PORPH.). *incola*: EPIST. pontif. 15 Thiel p. 160 Concordio Barino.

Barlaha *nom. vir. semit., nisi significatur domus*: CORP. III 8785 (*Salonis*) Aurelius Germanus Barlaha sacerdos I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Dolicheni . . . Syre coniugi.

Barmasī (*gen.*) *scr. in amphoris* CORP. XIII 10002, 126.

1. Barna, -ae *nom. vir. serv.* CORP. VI 10407d (*ultimis temporibus reipublicae*) Barna Lael(i servos). XV 1325 (*in tegula, litt. antiquior.*) C. Naevi C. l. Barnae. VI 7219. 12245. 23515. 26497. IX 2222 (*Telesiae*) Barnae libert. *cogn. mul., ut videtur,* CORP. II 3282 (*periit*) Aelia Q. L. (. . .) f. Barna.

2. Barna *opp. Mesopotamiae* RAVENN. p. 80, 3.

Barnabās, -ae *socius Pauli apostoli.* VVLG. act. 4, 36 Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum filius consolationis), Levites, Cyprius genere. *et saepe.* I Cor. 9, 6 Gal. 2, 1. 9. 13. *adscribitur ei* epistula *quae dicitur* Barnabae (*cf.* BARNAB. 17), *iniuria* (*v. Jülicher, PW. III 26*): TERT. pudic. 20 FILASTR. 89, 1 HIER. vir. ill. 5. 6 RVFIN. hist. 3, 25, 4. VICT. TONN. chron. II p. 191, 488, 1 (ISID. chron. II p. 474, 388). *de etymologia*: VVLG. *supra l. 21.* HIER. nom. hebr. 67, 23 Barnabas filius prophetae aut filius venientis aut, ut plerique putant, filius consolationis. 75, 14. 77, 7 (ISID. orig. 7, 9, 24 GLOSS. IV 585, 22). PRISCILL. can. 75 p. 141, 1 FILASTR. 147, 5 AMBR. spir. 2, 13, 157 AMBROSIAST. in I Cor. 9, 12 HIER. adv. Pelag. 2, 17 in Ezech 40, 17 p. 479 RVFIN. hist. 1, 12, 1 *et saepius.* CARM. adv. Marc. 3, 234 Barnaba cum comite. AVG. civ. 10, 19 c. mend. 12, 26. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1016[B] monasterii Barnabae. VICT. VIT. 2, 92 ALC. AVIT. c. Arr. 19 p. 8. INSCR. christ. Rossi II p. 188 n. 21, 4 Barnaba, te Ligures advectum nuper in oras. n. 22, 3 socius Barnabae apostolici. *alii eiusdem nominis*: AVG. epist. 3, 126, 6 sciunt servi Dei . . . primo sanctus Barnabas. AVG. epist. 3, 213, 1 in ecclesia Pacis Hipponensium Regionum . . . Barnaba presbytero. serm. 356, 15. PROSP. chron. I p. 471, 1292 a tribuno quodam Barnabo (barbaro *pars codd.*, barnado *H*).

Barnaes *nom. serv., postea* **Barnaeus,** -ī, *fort. originis etruscae. cf.* CORP. Etrusc. 987 (*Clusii*) Gavia Larthi Barnaes *et* 986 P. Gavius Barnaeus minor. CORP. VI 8371 = I 973 (*saec. II/I a. Chr.*) C. Valerí(us) C. l. Barnaes. Barnaeus: CIC. Att. 14, 19, 1 tibi Barnaeum litteras reddidisse. CORP. VI 446/447 Anteros *minister* D. Poblici Barnaí. 2342 (*aet. Aug.*) Barnaeus de familia public(a) reg(ionis VIII). XV 6336 (*figulus lucernae, ultimis temporibus liberae reipublicae*) Barnaeus Octavi Cn. s(ervos). INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 103 (*Nolae*) P. Bassius ⟨. . .⟩ l. Barn(aeus). *e columbariis*: CORP. VI 4289. 4597. 6352. *adde*: CORP. VI 11177. 12333. 16302. 19078. 19873. 22186. 25339. 26104. 34513. IV 1865 Q. Vettius Q. l. Barnaeus. 2430 Barnaee. XIV 11211 (*Ostiae*). 2684 (*Tusculi*). X 3875 (*Capuae*) Barnaeus soc(iorum) vices(imae) liber(tatis). 4131. 4205. 6045 (*Minturnis*). V 8905 (*Comi*) L. Barnaei f. Arsax . . . memoriae Quinti Barnaei f. fratris. XII 4859. *in amphoris*: CORP. XIII 10002, 127. III 6654. 7309, 35 Barn(aeus). *ordo liberti non certe perspicitur*: CORP. VI 9874. 13467. XIV 251, 3, 21 (*Ostiae, a. 192*). XIII 7011 (*Mogontiaci*) L. Valerius L. f. Vol. Gratus Barnaeus Luc(o) Au⟨g(usti)⟩ (*v. adnot.*). *cf. exempla Clusii reperta supra l. 42.* *pro nom. gent.*: CORP. VIII 6704 Barneus Crescens.

Barne *v.* Cadesbarne *et* Varane.

Barneo *civitas in valle patriae Carnech* RAVENN. p. 222, 14. *cf. Tomaschek, PW. III 25.*

1. Barnus, -ī *cogn. vir.* CORP. VI 34434 M. Antius (mulieris) l. Barnus.

2. Barnus *deus.* TERT. scorp. 10 quas mihi potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Barnum quendam et Forculum et Limentinum? (*nomen mutaverunt in* Cardeam, Ianum *al.*). *Jacobsohn.*

bāro, -ōnis *m.* [*orig. inc. Th.*]. SCHOL. Pers. 5, 138 barones dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi scilicet stultorum. GLOSS. II 28, 20 barbo (*i.* barro, *cf. l. 84*) βάκηλος (*cf.* bacerus, barosus, barunculus). *trad.* var- LVCIL. PERS. *l. 81* (*cf.* barunculus). LVCIL. 1114 (1121 ed. Marx) varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra (*cf.* TERT. anim. 6 rupicum et barbarorum, *ubi* baronum *coni. Pithoeus*). CIC. fin. 2, 76 nos barones stupemus. div. 2, 144 eidem (*cursori*) Antipho: 'baro', inquit, 'victum te esse non vides?' Att. 5, 11, 6 apud Patronem et reliquos barones te in maxima gratia posui. epist. 9, 26, 3 ille baro te putabat quaesiturum, unum caelum esset an innumerabilia. epist. frg. VI 4 (DVB. NOM. gramm. V 572, 17 'barones' dicendum sicut Cicero ad Pansam). PERS. 5, 138 eheu baro (varo *αp*), regustatum digito terebrare salinum contentus perages, si vivere cum Iove tendis (SCHOL. *supra l. 70*). PETRON. 53 baro insulsissimus. 63 (*bis*). INSCR. Bull. crist. 1892 p. 42 (*christ., Britann.*) in opus, barro, vade (*sic pro* Barrovadi *Bücheler, Rhein. Mus. 51, 1896, p. 640*). *alio sensu sequiore aetate* (*si eadem est vox*): *cf. Ducange, gloss. s. v.; D. Ricco-boni, 'Barone' e vocaboli affini (Atti del R. Ist. Veneto VI, 1894—95, p. 394 sqq.); Heraeus, Sprache des Petron p. 11 sq.* SCHOL. Pers. *p. 1755, 70.* ISID. orig. 9, 4, 31 iidem (*mercennarii*) et barones graeco nomine, quod sint fortes in laboribus; βαρὺς enim dicitur gravis, quod sit fortis. GLOSS. II 569, 29 baro mercennarius (*ita b*; baramer cemiarius *al.*). III 478, 46 baro μισθωτός. II 27, 54 baro ἀνήρ (*απηρ cod.*). V 592, 13 bargines (*leg.* barones) fortes in bello. LEX Sal. 31, 1 si quis baronem ingenuum de via sua ostaverit aut inpinxerit. [*it.* barone, *francog.* baron, *hisp.* varon. *M.-L.*] *Ihm.*

Bāro, -ōnis *nom. celt.* CORP. V 5372 (*Comi*) C. Secundieni Baronis. 5450 Valerius Baronis f. 5503 L. Coeli L. f. Ouf. Baronis VIvir. (*idem* 5499). 6642 Statius M. Occi f. . . . Iunnae Bitti f. . . . Maciaco Novellio Baroni. V suppl. ital. 906 (*Eporediae*) C. Attio Baroni seviro. XII 91 (*Ebroduni*). *liberti*: INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 160 (*Bononiae, aetatis optimae*) L. Valerio Pipercli lib. Báróni. CORP. XI 1761 (*Volaterris, periit*) C. Caecina C. l. Baro. VI 6010 Q. Fúti Q. l. Baronis. 30932.

Barochās, -ae *cogn. barb.* (*semit., ut videtur*). CORP. VI 13649 C. Brutius Barochas. **Barochus** CORP. VI 18532 Samso Barocho. *fortasse huc pertinet* Barochius (Βαρώχιος) episcopus Dororum CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 1073[B].

Baromaci *v.* Caesaromagus. **Baronius** *v.* Barrius.

Baroponissī *v.* Paropamisus.

baroptenus, (-ī) *f. gemma.* PLIN. nat. 37, 150 baroptenus sive baripe, nigra sanguineis et albis nodis. 1, 37, 55 baroptenus sive baripe. *cf.* ISID. orig. 16, 11, 5 baroptis (*Arev.*, bariptos *vulg.*) nigra est cum sanguineis et albis notis. *Ihm.*

baroptis *v.* baroptenus.

Barosis (*gen.*) *nom. vir. iber.* CORP. XIII 247 (*in Aquitania*) Andos Barosis f. *Jacobsohn.*

bārōsus σοβαρός GLOSS. III 372, 73 (178, 52. 251, 9. 440, 18. 475, 12). *cf.* 440, 17 barosus βάκηλος (477, 29 barosus βάκελος vide s̄ barosus σοβαρός). 334, 11 βάναυσος (*βαναι- trad.*) barosus (*item* 510, 77). *cf. Funck, Archiv 8 (1893) p. 371.* [*fortasse cf. c.* baro. *Th.*] *Ihm.*

Barosus, -ī *nom. vir.* CORP. VI 631, 5 (*a. 177*) Barosus *gladiator.* VIII 2568, 53 (*in castr. Lambaesit.*) C. Marius Barosus Sim(ithu).

Barotio, -ōnis *signum.* CORP. XI 5131 (*Mevaniae, descr.*) Silio Firmo sive Barotioni.

Barpana *insula ad oram Etruscam sita* PLIN. nat. 3, 81.

Barpsis *locus Asiae* (*v. Weissbach, PW. III 26*). RAVENN. p. 54, 7.

Barra, -ae *insula ante portum Brundisi sita; cf. Nissen, Ital. Landeskunde II p. 876.* PAVL. FEST. p. 24 (*v. sub* Barium). MELA 2, 114 ut Alexandriae ita Brundisio adiacens Pharos. *cf.* CAES. civ. 3, 23. 100 PLIN. nat. 3, 151.

Barrabās *v.* Barabbas. **Barrachiehel** *v.* Barachia.

Barracim *sacerdos iudaicus* LIB. gener. chron. I 135, 356 (barachi *GC*). *Jacobsohn.*

? **barrāns** elefans GLOSS. V 270, 30. *cf.* barrio, barrus. *Ihm.*

Barras *cogn. vir.* CORP. IV 3177. *cf.* Barra.

Barratius *v.* Barrius.

? **Barratus** *titulus comoediae Titini.* FEST. p. 301 Titinius in Barrato. CHAR. gramm. I 198, 22 baratto. 202, 16 barratto (207, 18). 238, 4 barato (Barnato *P*) (Barbato: FEST. p. 364 NON. p. 3, 20. 499, 7 (Varrato *C*). 552, 23 PRISC. gramm. II 227, 4). *cf. Ribbeck, fragm. com. p. 157. fort. pertinet ad* Barrus, Barrius.

Barraus *v.* Berravus.

M(arti?) **Barreci** Ianuarius . . . v. s. l. m. CORP. VII 925. *Jacobsohn.*

Barria *v.* Baria. **Barriana** *v.* Bariani.

? **barridus** elevatus superbus GLOSS. V 520, 19 (562, 27). *cf. Landgraf, Archiv 9 (1896) p. 367; Götz, thes. gloss. s. v., et* GLOSS. IV 600, 17 barridus: stolidus, stultus, fatuus vel pinguis (*v.* bardus).

barrīnus, -a, -um *a* barrus. SIDON. epist. 3, 13, 6 gerit et aures immanitate barrinas.

barrio, -īre [*cf. c.* barrus. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 30 barrire elephanti dicuntur. SVET. frg. p. 250 elephantum barrire. CARM. poet. min. V 61, 53 et barrus barrit. SPART. Geta 5, 5 elephanti barriunt. ISID. diff. 1, 607 elephas barrit. GLOSS. II 28, 34 barrit τρίζει ἐλέφας, βοᾷ. IV 24, 26 barrit elephans cum voce⟨m⟩ dat (487, 52 cum vocem emittit, *sic saepius*). V 563, 33 borrit voce elevat (*scr.* barrit voce elephantus). *cf.* barrans.

barrītus, -ūs *m. a* barrire. *proprie*: PORPH. Hor. epod. 12, 1 'barri' . . . elefanti dicuntur, unde et vox eorum barritus (varr- *trad.*) appellatur (ISID. orig. 12, 2, 14). SCHOL. Hor. epod. 12, 1 elephantis a barritu dictis, aut certe Indis sive Mauris, qui nigri sunt et peniti. GLOSS. IV 24, 29 barritus clamor elephantis. 210, 41 elephanti vox (V 170, 26). 487, 53 vox beluae (*cf.* V 173, 8 burrit vox beluae). *cf. Götz, thes. gloss. s. v. et* barbitos *p. 1747, 36.* APVL. flor. 17 p. 80 elephantorum tristis barritus. VEG. mil. 3, 24 elefanti in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius novitate homines equosque conturbant. *translate* (*cf. etiam* barditus *et PW. III 10*):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SCHOL. Stat. Theb. 4, 394 ululatum: quod Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus, id est barbarus ritus (*cf.* 5, 729). VEG. mil. 3, 18 clamor, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies utraque se iunxerit. AMM. (varrit- *vel* varit- *cod. V*) 16, 12, 43 Cornuti et Brachiati barritum ciere. 21, 13, 15 nec barritus sonum perferant primum. 26, 7, 17 terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum. 31, 7, 11 Romani voce Martia concinentes, a minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum. *Ihm.*

Barrivendi filius Vendubari INSCR. christ. Brit. 88. *cf. Holder, Altcelt. Sprachschatz I 352.*

Barrius (Barius), -ī *nom. gent.* CORP. IX 6160 (*Tarenti*) C. Barriu⟨s⟩ Severus. X 1101 (*Nuceriae Alfaternae*) Baria Parasceue. VI 4861 (*e columbario*) Bariea Secunde. *cf.* II 5912. *cogn.* **Bariānus.** CORP. VI 18554 Fortunatus Barianus. *cogn.* **Barilla,** -ae. CORP. X 2265 (*Puteolis*) Iulia Barilla. **Barratius,** -ī *nom. gent.* CORP. VI 1057, 4, 86 (*a. 210*) L. Barratius Primus (1058, 7, 32). IX 364[add.] (*Canusii, litteris non ita antiquis*) P. Barratius L. l. Philotaerus (*Garrucci*: Barbatius). *nom. gent.* **Bareius,** -ī. CORP. VI 32416 (*a. 257*) Bareius Zoticus. **Barenia,** -ae *nom. gent.* CORP. VI 13500 T. Baienus Chresimus Bareniae Successae coniugi. **Bar(r)onius,** -a *nom. gent. nonnulla exempla fort. ad* Bāro *referenda*: CORP. VI 31602 (*ultimis liberae reipublicae temporibus*) P. Barronius Barba aed. cur. 18848 Baroniae Galene educatrici. XV 7416 (*in fistula saec. II in.*) Baroniae Iustae. X 4836. *Aquini* (*cf. W. Schulze, Eigennamen p. 287 adn. 3*): CORP. X 5400 M. Barronius M. f. Sura (5401 *idem* II quinq. Aug. tr. mil. praef. fabr.). 5405, 2, 9 (*a. 73*) M. Barronius ⟨...⟩. 5449 Baroniae D. l. Primae. CORP. X 4836 (*Rufris*) M. Baronio L. f. Ter. III 3075 (*in Dalmatia*) sacerdos Q. Baronius Q. f. *cf.* Par- *et* Barea (*W. Schulze, Eigennamen p. 349 sq.*).

Barronius, -a *v.* Barrius.

Barrucinus (*vel* Varrucinus) *puer* INSCR. christ. Rossi I 360 (*a. 386*).

Barrulus *v.* Barrus. [*Jacobsohn.*

barrus, -ī *m.* [*cf. c.* barrire. *sunt qui conferant c. ind.* vāraṇaḥ, vāruḥ '*elephantus*' *aut c. ind.* bṛṃhati bárhati '*barrit*'. *v. Isid. orig. 12,2,14. Th.*]. ISID. orig. 12, 2, 14 *elephas* apud Indos ... a voce barrus (barro *ed. Otto*) vocatur. PORPH. Hor. epod. 12, 1 'barri' ... elefanti dicuntur. SERV. Aen. 1, 592 ebur a barro dictum, id est elephanto (ISID. orig. 16, 5, 19 *cf.* 19, 17, 8). MARTYR. gramm. VII 175, 3 b mutam habuerit positam, ut barrus ἐλέφας. GLOSS. II 295, 8 ἐλέφας elephantus, bos Luca (bocluca *cod.*), barrus. III 189, 42 elephans barrus (V 348, 14. 401, 28). V 442, 29 barrus: Luca bos, elephas (562, 57). *adde* V 492, 37. 549, 49. 562, 30. MAR. VICTORIN. gramm. VI 10, 1 per duo . r ... barrum (varrum *codd.*). HOR. epod. 12, 1 quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris? (*cf.* SCHOL. *ad l. sub* barritus). CARM. poet. min. V 61, 53 et barrus barrit. ANTH. 195, 3 immani pugnet proboscide barrus. SIDON. carm. 23, 56 non si quas eboris trabes refractis rostris Marmarici dedere barri. *Ihm.*

Barrus, -ī *cogn. Betutiorum. cf.* Barrius. CIC. Brut. 169 omnium autem eloquentissimus extra hanc urbem T. Betutius Barrus Asculanus, cuius sunt aliquot orationes Asculi habitae; illa Romae contra Caepionem nobilis sane, quoi orationi Caepionis ore respondit Aelius. *idem* HOR. sat. 1, 7, 8 Persius ... adeo sermonis amari, Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis (PORPH. videlicet autem Sisennam et Varrum maledicos fuisse. *cf.* SCHOL. Hor.). L. Betutius Barrus: PLVT. quaest. Rom. 83 (*traditur* Βουτέτιος βάρβαρος). OROS. hist. 5, 15, 22 L. Veturius eques Romanus. *plane incertum, num huc pertineat* HOR. sat. 1, 6, 30 ut siqui aegrotet, quo morbo Barrus haberi et cupiat formosus (*cf.* PORPH. *et Haupt, opusc. I 155*). *alius* CORP. IX 3455 (*Peltuini*) P. Betu⟨tius⟩ P. f. Barr⟨us⟩. VAL. MAX. 7, 8, 8 T. Barrus (*ita* PARIS *et A in margine*, barrulus *L A*) Lentulo Spintheri ... anulos suos ... tradidit. SEN. contr. 1, 7, 18 Barrus (baros *codd.*) scurra. *cf.* CORP. II 2838 EXC. barb. chron. I 280, 109.

1. *insula* **Barsa** in mari Oceano quod Gallias et Britannias interluit ITIN. Anton. Aug. p. 509, 2.

2. Barsa *cogn., ut videtur*, CORP. VIII 10902 D. L. Barsa.

Barsabās, -ae *nom. hebr.* HIER. nom. hebr. p. 67, 22 Barsaban filium revertentem vel filium quietis ex syro et hebraeo nomen compositum. VVLG. act. 1, 23 Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus. (*graece* Βαρσαββᾶν) RVFIN. hist. 3, 39, 9. *alius* VVLG. act. 15, 22 Iudam, qui cognominabatur Barsabas (Βαρσαββᾶν) et Silam, viros primos in fratribus.

Barsagoram latronem COD. Iust. 8, 40, 13 (*a. 239*).

Barsaith *nom. hebr.* VVLG. I par. 7, 31, בִּרְזָיִת (barzaith *A*, LXX βερθαΐθ, βερζαιε *A*).

Barsalium *castellum Armeniae minoris; cf. Ruge, PW. III 27.* TAB. Peut. 11, 2. AMM. 18, 7, 10 castra duo praesidiaria Barzalo et Claudias.

Barsamis *nom. vir.* CORP. II 3130 Caec(ilius) Barsamis. III 14214[24] (*in Moes. infer., saec. ut videtur IV*) Barsam⟨es⟩.

Barsemiās *nom. semit.* CORP. VI 9428, 8 Vacius Barsemias. X 6304 (*Tarracinae*) Marcus Barsemias sacerdos Dolicheni. HIER. nom. hebr. p. 66, 10 Barsemia filius caecus, quod et ipsum conrupte quidam Bartimeum legunt.

Barsemis *nom. semit.* CORP. III 10307 (*in Pannonia infer.*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Barsemis Abbei dec(urio) ala ... mag(ister) coh(ortis miliariae) Hemes(enorum) n(atione?) d(omo) Carris. *filia eius*: Barsimia *ibid. cf.* COD. Iust. 4, 10, 13 (*a. 294*) Barsimio.

Barsemon *nom. semit.* CORP. III 14445 (*in Moesia infer.*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Dolycheno ... Aquila Barsemon. *cf. Cumont, PW. V 1281.*

Barsēs, -ae *episcopus Edessae.* CASSIOD. hist. 7, 17 Barsen. 7, 34 Barse maximo.

Barsilla, -ae *cogn. mul., fort. orig. semit.* CORP. VIII 19794 (*in Numidia*) Iulia Barsilla. *cf.* 22645, 72.

Barsimius, -a *v.* Barsemis.

ex pedite **Barsimso** Callistenis f(ilio) Caes(area) CONST. veteran. 66 p. 1989.

Barsinē, -ae *Artabazi filia; cf. Kaerst, PW. III 29; Justi, Altiran. Namenwtb. p. 65.* CVRT. 10, 6, 11 a Barsine. 10, 6, 13 Barsinae filius. IVST. 11, 10, 2 Barsinen. 13, 2, 7. 15, 2, 3.

Barsippa *Maurus* CORIPP. Ioh. 4, 978. 981.

Barsumās presbyter AVELL. p. 570, 6. *cf. Jülicher, PW. III 29.*

Barsuuli *locus* Mauretaniae *Tingitanae* RAVENN. p. 163, 16.

Bartae *locus Ponti* TAB. Peut. 10, 3. *cf. Ruge, PW. III 34.*

Bartanēnsis, -e *ethnicon.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 100[A] Victor episcopus plebis Bartanensis.

Bartholomēus, -ī *apostolus*, Βαρθολομαῖος. VVLG. Matth. 10, 3 (-aeus *et* -eus *codd.*) Marc. 3, 18 (-eum *codd. plerique*) Luc. 6, 14 act. 1, 13 (-eus *codd. plerique*) ITALA cod. d *ubique* -eus. *de nomine cf. Wellhausen, Das Evangelium Marci p. 25.* HIER. adv. Rufin. 1, 18 dicitur *bar* filius, ut est illud ... Bartholomaeus filius Tholomaei. HIER. nom. hebr. p. 60, 20 Bartholomaeus (-eus *BFH*) filius suspendentis aquas vel me. syrum est, non hebraeum. EVCHER. instr. 2 p. 144, 1 (-eus). ISID. orig. 7, 9, 16 (-eus). GLOSS. IV 210, 47. 590, 45 (-eus). GRAMM. suppl. 105 inveniuntur Hebraica nomina in eus ut Bartholomeus, Thaddeus, Mattheus. HIER. vir. ill. 36 Pontaenus ... repperit *in India* Bartholomeum de duodecim apostolis adventum Domini Iesu iuxta Matthaei Evangelium praedicasse. RVFIN. hist. 3, 1, 1. 5, 10, 3 (-aeus). VEN. FORT. carm. 5, 2, 13 lurida perspicuo datur India Bartholomaeo. 8, 3, 147. CLAVD. carm. min. 50, 4 (-eus *RPVJ*, -eus *A*). LIB. gener. a. 334 chron. I p. 133, 169 LIB. pontif. p. 173, 9 GREG. TVR. glor. mart. 34. CORP. XI 261 d (*Ravennae*) Bartholomeus. 291 i Bartholome(us). III 12877 (*Salonis*) Bartolomius. INSCR. christ. Hisp. 353 Bartolomeus (255. 383). MARTYROL. Hier. 8 Kal. Sept. (Bern.) in India natl. ... Bartholomei apostoli. *martyres* MARTYROL. Hier. Id. Iun. (Bern.) in Persida Bartholomei. Prid. Non. Aug. in Nicomedia Bartholomei (bartholomiae *Ept.*).

Bartimēus, -ī *nom. hebr.*, Βαρτιμαῖος. HIER. nom. hebr. p. 66, 10 Barsemia filius caecus, quod et ipsum conrupte quidam Bartimeum (-eum *BH*, -eus *F*) legunt. VVLG. Marc. 10, 46 filius timei Bartimeus (*sic plerique codd.*) caecus (ITALA cod. d filius Timeae baritimeas, *graece* βαριτειμιας). *cf. Wellhausen, Das Evangelium Marci p. 91.*

Victor episcopus **Bartimisiēnsis** CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 120[A].

Baruc *v.* Baruch.

Barucabba benedictus pater INTERPR. Lagarde, onomast. sacra p. 160, 26.

Bārūch *nom. hebr.*, בָּרוּךְ. HIER. nom. hebr. p. 53, 19 Baruch benedictus. *cf. infra l. 57. propheta, scriba Ieremiae* (*cf. Hoberg, Die älteste lat. Übersetzung des Buches Baruch*): VVLG. Ier. 3, 12 *et saepe. adscribitur ei ex apocryphis liber* Baruch (*cf. Rothstein-Kautzsch, Die Apokryphen I p. 213*). HIER. in Ier. 1, 1 p. 679 libellum autem Baruch, qui vulgo editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos. AVG. civ. 18, 33 hoc testimonium quidem non Hieremiae, sed scribae eius adtribuunt, qui vocabatur Baruch; sed Hieremiae celebratius habetur. *laudatur liber sub Ieremiae nomine*: CYPR. testim. 2, 6 LACT. inst. 4, 13, 7 epit. 39, 5 PRISCILL. tract. 5, 89 HIL. trin. 4, 42. 6, 39 AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 34. *commemorant praeterea*: OPTAT. 7, 1 p. 162 *et saepe.* HIER. chron. a. Abr. 1416 Baruc. CHRON. Alex. chron. I 125, 28. 126, 289. 290. 128, 298. ITIN. Theod. 6 Baruc. *alii* VVLG. II Esdr. 3, 20. 10, 6. 11, 5. *nomen dei*: IREN. 2, 24, 2 nomen quod dicitur Deus, quod et ipsum hebraice Baruch dicitur, et duas et dimidiam habet litteras. HIER. in Eph. 1, 3 p. 445 cuius (*dei*) benedictionis cognomentum habet Baruch, qui in lingua nostra benedictum sonat.

Barucheus *v.* Barachias.

Barucis. MARTYROL. Hier. 15 Kal. Mai. in Africa barucci (baruci *Wiss.*). *Jacobsohn.*

? **baruina** bariggae (*anglosax.*) GLOSS. V 402, 13. *cf.* 404, 2 braugina barice (?). *Ihm.*

Barulos *v.* Barduli. [*Jacobsohn.*

Barum insulam *in sinu Persico commemorat* PLIN. nat. 6, 147.

barvo **barunculus** GLOSS. IV 313, 17 (*item* V 593, 6). 500, 38 barbo barunculus. 399, 43 varunculus varro (varvo *a*). *cf.* baro. *Ihm.*

Barunitānae ecclesiae ... in civitate Panormitana GREG. M. epist. 1, 18.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Barus, -ī *nom. celt.; cf.* Baro. CORP. III 5265 (*Celeiae*) M. Licovius Barus ... M. Licovius Boniatus ... M. Licovius Vrsus. 11748 (*apud Bruck*) Baro Mascli (f.), *nisi est nominativus. fort. huc pertinet cogn. mul.* Bara CORP. VI 19544. XII 4966. *Jacobsohn.*

Baryc *v.* Baric.

barycephalus, -a, -um, *βαρυκέφαλος*. VITR. 3, 2, 5 ipsarum aedium species sunt barycephalae humiles latae.

? **barypicron.** Ps. APVL. herb. 100 Graeci absinthion barypicron (bathypicron *edd. vet.*) cognominant. *Ihm.*

Barytimus, -ī *cogn.* CORP. VIII 3346 (*Lambaesi*) P. Aelius Barytimus. *Jacobsohn.*

barytonicus (bari- *trad.*) musicus GLOSS. IV 590, 47 (487, 39 barrit-). *'an barbitonicus?' Götz.*

barytonus, -um, *βαρύτονος*. MACR. exc. gramm. V 602, 30 seu perispomena seu barytona sint *verba* (603, 13). 603, 2 in barytonis. 655, 2 exempla barytonorum. *Ihm.*

Barzaentēs, -is *satrapes Arachotorum.* CVRT. 6, 6, 36. 8, 13, 3. 8, 13, 4. *cf. Justi, Altiran. Namenwtb. p. 65.*

Barzafarnēs, -is *satrapes Parthorum c. a. Chr. 40. cf. Justi, Altiran. Namenwtb. p. 65.* HEGES. 1, 29, 2 Barzafarne Persarum satrape. 1, 29, 13 ad Barzafarnen (barzaphranen *codd.*).

Barzala (Barzalo) *v.* Barsalium.

Barzimerēs, -is *tribunus Scutariorum sub Valente imperatore.* AMM. 30, 1, 11. 30, 1, 16. 31, 8, 9.

Barzufulītānī *gens oceani meridiani* IVL. HON. cosmogr. A 48.

1. Basa *insula Arabiae.* PLIN. nat. 6, 151 (*forma* Basag *non laudatur ex codd.*).

2. Basa *v.* Bassus. **3. Basa** *v.* Ethbaal.

Basaboiatēs *gens Aquitaniae.* PLIN. nat. 4, 108 (baiabocates *E*). *cf.* Vasates *et Corp. XIII 1 p. 75.*

Basaiās, -ae *Hebraeus quidam e gente Levi,* בַּעֲשֵׂיָה. VVLG. I par. 6, 40 filii Basaiae (basiae *A*, LXX *Βαασία*).

[**basaltēs**] *v.* basanites. **Basamath** *v.* Basemath.

Basan *regio Palaestinae ultra Iordanem sita,* בָּשָׁן; *cf. Benzinger, PW. III 115.* VVLG. num. 21, 33 Og, rex Basan. 32, 33 deut. 1, 4 *et saepe.* Basanitis: ITALA deut. 3, 13 (Lugd.) omnem Basanitim illam. Ios. 13, 11 (13, 12 Basant). 17, 1. 21, 6. 21, 27 (*Βασανῖτις* LXX Ios. 13, 11. 13, 12 *et saepe.* Ezech. 27, 6 Mich. 7, 14 Nah. 1, 4 Zach. 11, 2). HIER. sit. et nom. p. 101, 27. 104, 22 in regione Basanitidis. 126, 1. 127, 19. 150, 24. 151, 2. *postea* Batanea (*Βαταναία*): HIER. sit. et nom. p. 84, 7 in Batanea. 89, 17. 101, 27 Basanitis, quae nunc Batanea dicitur. 126, 2. Batanaea: HIER. sit. et nom. p. 86, 34. 108, 18. 142, 28. 33. 158, 5. ITIN. Silv. 19, 1 ad civitatem, cuius nomen in scripturis positum legimus, id est Batanis, quae civitas usque in hodie est. *de interpretatione*: HIER. nom. hebr. p. 16, 18 Basan bruchus sive pinguedo. nam quod interpretari solet ignominia vel confusio, busa dicitur. p. 45, 3 Basan confusio sive pinguedo vel siccitas. in Am. 2, 4 p. 266 Basan, id est *αἰσχύνη*, quam si confusionem dicere voluerimus, Babylonem magis quam Basan interpretabimur *eqs.* (*cf.* in Is. 2, 13 p. 39). in Ezech. 8, 27 p. 305 in Mich. 2, 7 p. 528. 530 in Nah. 1, 4 p. 539 HIL. in psalm. 67, 25. 134, 20 Ps. RVFIN. in psalm. 67, 23 EVCHER. instr. 1 p. 95, 5 PROSP. in psalm. 134, 10, 11. 20 CASSIOD. in psalm. 67, 26. 134, 11 ISID. alleg. 64 in num. 39, 2. *praeterea* ITIN. Silv. 12, 8 Og regis Basan (*civitas*), quae nunc dicitur Sasdra. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 5. *incolae* **Bassāmēs,** -um. CYPR. GALL. Ios. 414 Bassamum (basamum *B*) rector (Ocum dixere vetusti), gigantum virtute ferox, quos rector agebat. *Jacobsohn.*

basanitēs, *acc.* -en *m.*, *βασανίτης*. PLIN. nat. 36, 58 quem (*lapidem*) vocant basaniten (*sic B*, basalten *rel. codd. et edd., inde* ISID. orig. 16, 5, 6 basaltes *Arev.*), ferrei coloris atque duritiae. 36, 147 in cote ex lapide basanite. 36, 157 ex basanite (ISID. orig. 16, 4, 36). *cf. Blümner, PW. III 37 sq.* *Ihm.*

Basanitis *v.* Basan. **Basanotes** *v.* Bastetani.

Basante *statio Pannoniae inferioris meridionalis; cf. Tomaschek, PW. III 40.* TAB. Peut. 6, 3 ad Basante. RAVENN. p. 215, 1 Bassantis. *cf.* Caput Basensis.

Basapare *v.* Bessapara.

Basar angustia sive in angustia vel infantia HIER. nom. hebr. p. 21, 26.

lucus **Basaro** *statio Armeniae* TAB. Peut. 11, 1. *cf. Baumgartner, PW. III 40.*

Basatēs *v.* Vasates.

Bascama, -ae *urbs Palaestinae.* VVLG. I Macc. 13, 23 et cum appropinquasset Bascaman (*τῇ Βασκάμᾳ* LXX).

Bascanon *locus Aegypti* RAVENN. p. 135, 13. *Jacobsohn.*

(**bascanus**) *cf. βάσκανος.* GELL. 16, 12, 4 'fascinum' appellat quasi 'bascanum' et 'fascinare' esse quasi 'bascinare' *Ihm.*

Bascath, *urbs Palaestinae in tribu Iuda.* VVLG. Ios. 15, 39 HIER. sit. et nom. p. 104, 13 בָּצְקַת (ITALA Lugd. Basechoc, LXX *μασχαϑ A*). Basecoth adeps vel defaecatio HIER. nom. hebr. p. 25, 18 *huc pertinet secundum Lagarde.* *Jacobsohn.*

bascauda, -ae *f.* [*vox britannica, ut videtur; fortasse cf. c. angl.* basket *'corbis'. Th.*] [*francog. vet.* baschoue. *M.-L.*] SCHOL. Iuv. 12, 46 mascaudas: vasa ubi calices lavantur. et caccabos. GLOSS. V 616, 24 bascaudae sunt concae aereae (IV 24, 23 *et saepius acc.* bascaudas). 592, 41 (*Scal.*) barcanda conca aerea (*ex Osberno*). *cf.* 398, 49 vescada (bascauda *Hessels*) munleuu (*anglosax.*). *cf. Löwe, prodr. p. 62 sq.* MART. 14, 99 *tit.* bascauda. 14, 99, 1 barbara de pictis veni bascauda Britannis, sed me iam mavult dicere Roma suam. IVV. 12, 46 adde et bascaudas (masc- *P*, *v.* SCHOL. *p. 1759, 83*) et mille escaria. *cf. βασκαυλης* PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) p. 125. *Ihm.*

deo **Bascei** Andosso (*vel* Basceiandosso) Andoxus CORP. XIII 26 (*in Aquitania*). *cf. Ihm, PW. III 41.*

(**bascino,** -āre) *v.* bascanus.

Bascio *nom. barb.* CORP. X 7870 (*in Sardinia, periit*) Bascio Losonis.

Bascones *v.* Vascones.

Basconius Lucensis ecclesiae episcopus CONC. Toletan. IV a. 633 Mansi 10, 643B CONC. Toletan. VII a. 646 Mansi 10, 771A.

Base *locus ad oram Tripolitanam situs* ITIN. Anton. Aug. p. 64, 2. *cf. Dessau, PW. III 41.* *v.* Basitanus. *Jacobsohn.*

Basecath *v.* Besecath. **Basecoth** *v.* Bascath.

baselica *v.* basilica. **baselisca** *v.* basiliscus.

[**basella**] *v.* asellus *II 779, 79.*

baselus (ISID. orig. 19, 1, 17) *v.* phaselus. *Ihm.*

Basemath *nom. mul. hebr.*, בָּשְׂמַת. VVLG. gen. 26, 34 *uxor Isaac* (ITALA Lugd. bassemat). *uxor Esau*: VVLG. gen. 36, 3 (besemath *A*). 36, 4. 10. 17. *filia Salomonis* (basmath *A*). HIER. nom. hebr. p. 3, 22 Basemoth in nominibus sive delinquens vel veniens aut posita. 41, 7 Basamath delinquens.

Basentius, Basintos *v.* Casuentus.

Basgidas *locus Abasgiae* RAVENN. p. 169, 12. *cf. Tomaschek, PW. III 41.*

1. Basia *v.* Basius.

2. Basia filius Achiae *rex super Israel* LVCIF. reg. apost. 6 p. 49, 11 = Baasa. *v. II 1650.* *Jacobsohn.*

Basiānus *v.* Basius *et* Bassianus *sub* Bassus.

? **bas[s]iat** sustinet GLOSS. V 492, 40 (*a* basis? baiulat *vel* bastazat *Heraeus*).

bāsiātio, -ōnis *f. a* basiare. CATVLL. 7, 1 quaeris quot mihi basiationes tuae, Lesbia, sint satis superque. MART. 2, 23, 4 has offendere basiationes. 7, 95, 17 hibernas, Line, basiationes in mensem rogo differas Aprilem.

bāsiātor, -ōris *m. a* basiare. GLOSS. II 471, 31 *φιλητής* basiator, amator. 569, 33 basiator: amator, osculator. MART. 11, 98, 1 effugere non est, Flacce, basiatores. 11, 98, 13 rimas per omnes basiator intrabit. 11, 98, 16. 19.

basicula, -ae *f. a* basis *deminutive.* VEL. gramm. VII 77, 6 sane basim et pelvim per i scribamus, quoniam et basicula et pelvicula scribatur. NOT. Tir. 100, 64 basicula. *Ihm.*

Basidius, -a *v.* Bassidius *sub* Bassus.

Basila (Basilās?), -ae *cogn. vir. mul.* *Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 355; v. Rohden, PW. III 41; W. Schulze, Eigennamen p. 418 not. 3.* *masc.* (*cf. Βασιλᾶς et Βασίλαι*): CORP. X 5056 (*Atinae, saec. I p. Chr.*) ⟨T.⟩ Helvio T. f. Basilae aed. pr. procos. *eqs.* III 6891 (*Pisid.*) L. Licinio Basila. VIII 4310 (*Numid.*) C. Iul. Valens ... cum Basila et Valentino fil(iis). *fem.* (*cf. Βασίλη*): CORP. VI 11951 Antonius et Basila parentes. V 7296 M. Iul. Eleuthero l. e⟨t⟩ Iul(iae) ⟨B⟩asilae. *cf. sub* Basilium *et* Basilla. *Hey.*

Basilaeus *v.* Basilius. **Basilās** *v.* Basila.

basilea, *βασίλεια*. GLOSS. IV 210, 19 regina. 585, 2 imperatorissa. *v.* basilla. *Münscher.*

Basilea *v.* Basilia. ? **Basil(l)edis** *v.* Basilis.

Basileo, -ōnis *m.* INSCR. christ. Rossi I 576 (*a. 407*) locus Basileonis. *Hey.*

basileum (-ium, -on), -ī *n.*, *βασίλειον*. **1** *diadema regale Isidis* (*cf. Plut. Is. et Os. 19 p. 358D*): CORP. II 3386, 6 in basilio unio et margarita n(umero) VI. XIV 2215, 5 basileum ornatum ex gemmis n(umero) I. *cf. Hübner, Hermes 1 (1866) p. 348; Ruggiero, dizion. epigr. I p. 979; Mau, PW. III 102.* **2** *unguentum* (*cf. Athen. 15 p. 690D. E*): PLIN. nat. 13, 18 regale unguentum. INSCR. Espérandieu, cachets d'oculistes 20, 1 G(aii) Iul(ii) Flori basilium ad cikat(rices). 38, 4 Procli⟨ani basi⟩lium? 72, 2 Titi basilium ad claritatem opobalsamatum. *cf.* basilicon *s.* basilicus. **3** *herba*: Ps. APVL. herb. 82 pr. Aegyptii aphlopho, prophetae hermu basilion, Itali mercurialem et testiculatam *appellant.*

Basileum *v.* Basilium.

basileus, *βασιλεύς*. GLOSS. IV rex, imperator. V 401, 15 basileon rex. 347, 28 basileon g(raece) rex. PAVL. FEST. p. 30 *v. sub* basilica *p. 1761, 29.* *Münscher.*

1. Basileus *nom. vir. v.* Basilius.

2. Basileus *flumen Cypri* RAVENN. p. 394, 3.

1. Basilīa (Basilia), -ae *nom. mul.* *v. sub* Basilius.

2. Basilia, -ae *f., insula.* *Ihm, PW. III 42.* PLIN. nat. 4, 95 *v.* Balcia *et* Abalcia. 37, 36 insulam *Abalum Timaeus* Basiliam vocavit. *cf.* 37, 61 *adamantem* in ... Germania Basilia (balista *codd.*) insula nasci. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 355.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3. Basilia, -ae *f. oppida etc.*: *Belgicae*: *Ihm, PW. III 43.* ITIN. Anton. Aug. p. 364, 1 *a Durocortoro Divodurum*: Basilia. *Helvetiae* (*hodie* Basel): *Ihm, PW. III 43.* AMM. 30, 3, 1 munimentum (*sc. Robur*) ... prope Basiliam. NOT. Gall. 9, 4 chron. I p. 597 *v. l. 6.* RAVENN. p. 231 Bazela. *hinc* **Basiliēnsēs,** -ium *m.* NOT. Gall. 9, 4 chron. I p. 597 civitas Basiliensium (bassil-, basilens- *al.*), id est Basilia (Basilea *aliq.*, Basila *unus*). *Aegypti*: LIB. pontif. p. 61, 17 sub civitate Aegyptia ... possessio Basilea (bassilea, balsilea, basilica *al.*).

Basiliadae *v.* Basilidae.

Basiliae, -ōn *et* -ārum *f.*, *αἱ Βασιλεῖαι, libri regum.* TERT. adv. Marc. 3, 20 p. 150, 8 in prima Basiliarum (*v. Oehl. ad l.*). 4, 14 p. 189, 19 in Basiliis. 4, 21 p. 211, 31 tertiam Basiliarum (-icarum *Montep.*). CYPR. test. 1, 2 in basilion tertio (*sic codd. praet. Sessor. saec. VII, qui*: regnorum, *sic etiam* 1, 15 *al.*). 1, 20 p. 53, 4 in Basilion primo (*sic omn. codd.; sed ibid.* p. 53, 9 *dissentit Sessor., ut supra*). 3, 62 in Basilion tertio (*omnes codd.*). LACT. inst. 4, 11, 6 in libro Basilion tertio (*unus cod. saec. XI*: regnorum). 4, 13, 22. 4, 14, 5. *cf.* GLOSS. V 401, 1 basileon liber regnum. *Koffmane, Kirchenl. p. 10.* *Hey.*

Basiliānus *v.* Basilius.

1. basilica, -ae *f.*, *βασιλική* (*cf. Plat. Charm. p. 153ᵃ εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν τὴν καταντικρὺ τοῦ τῆς βασιλικῆς ἱεροῦ*). *vox apud Romanos in usu inde a* PLAVTO, *sed dactylis non apta* (bās-: PAVL. NOL. carm. 18, 178. 28, 37. 67 *cf.* BEDA gramm. VII 251, 26). GLOSS. II 256, 21. III *saepius.* III 267, 36 *βασιλική* regia, basilica. 490, 25 basilica regium habitaculum. 510, 52 regis habitaculum. V 270, 9 g(raece) domus regalis. IV 210, 20 basilica regula (*?*, regalis *ab*, regia *an* basilisca regula *scribendum?*). NOT. Tir. 100, 65 NOT. Bern. (ed. Schmitz, Panstenographikon I 1874) p. 13ᵇ. PAVL. FEST. p. 30 basilica a basileo, hoc est rege, est dicta. ISID. orig. 15, 4, 11 basilicae prius vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent; nam *βασιλεὺς* rex et basilicae regiae habitationes. nunc autem ideo divina templa basilicae nominantur, quia ibi regi omnium deo cultus et sacrificia offeruntur. GRAMM. suppl. 95, 16. *forma* basel-: CORP. VII 965. XII 4311 (*a. 455*) VITA Caes. Arel. 1, 32 CONC. Aurel. a. 511 p. 6, 13 CONC. Epaon. a. 517 p. 20, 7 INSCR. christ. Hisp. 181. 100 (*a. 630*). 99 (*a. 662*). 293. 406. 407. baseleca: CONC. Aurel. a. 538 p. 80, 2. basileca: PAPYR. Marini 59 (*a. 627*) (*ter*). vaselica: GLOSS. III 91, 76. LIV. epit. Oxyr. 3, 57 *corrupt. in* uastaita. bassilica: CORP. III 13358. IV 1779 (*bis*). VIII 11999. 12006 *cf.* CVRIOS. urb. reg. 5 p. 7, 6 *et* 7, 7. PROB. app. gramm. IV 199, 9 basilica, non bassilica. *genet.* basilices: CORP. XIV 352 B 15. [*val.* biserică, *raet.* bazelga. *M.-L.*]

I *Romanorum in sermone*: 1 *publico usui destinatae*: *cf. Mau, PW. III 83.* *de basilicis conlocandis agit* VITR. 5, 1, 4—10. 5, 1, 4 basilicarum loca adiuncta foris ... oportet constitui. 5, 1, 5 columnae basilicarum. *ibid.* supra basilicae contignationem ambulantes. 5, 1, 6 et venustatem possunt habere comparationes basilicarum, quo genere Coloniae Iuliae Fanestri conlocavi curavique faciendam. 5, 1, 7. 8 uti qui apud magistratus starent negotiantes in basilica ne inpedirent. 5, 1, 9 transtra ... sustinent unum culmen perpetuae basilicae. SEN. dial. 5, 33, 2 fremitu iudiciorum basilicae resonent. 10, 12, 1. PAVL. dig. 33, 2, 32, 4 quod (*aurum*) in basilica fuit muliebre (*sc. ut veniret*). 45, 1, 83, 5 usibus publicis in perpetuum relictam (*sc. rem*), ut forum aut basilicam, ... inutiliter stipulor (*cf.* VENVL. dig. 45, 1, 137, 6. INST. Iust. 3, 23, 5 frustra quis sciens emit. 2, 20, 4 si campum Martium vel basilicas vel templa ... legaverit). LACT. (*?*) mort. pers. 7, 9. AVSON. 419, 3 forum et basilica, olim negotiis plena, nunc votis pro tua (*sc. Gratiani*) salute susceptis. COD. Iust. 8, 11, 21 (*a. 440*) basilicam inauratam et marmoribus decoratam liberam in perpetuum manere neque alicuius imaginis pictarum cuiuslibet honoris tabularum adumbratione fuscari iubemus, neque in aliqua parte eiusdem basilicae tabulato quicquam opere stationes ergasteriave constitui sancimus. illud quoque decernimus, ne in eam equos liceat intromitti vel nuptias celebrari. *nota usum metaphoricum*: CIC. Att. 2, 14, 2 de pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest: basilicam habeo, non villam frequentia Formianorum. at (ad *M*) quam parem (partem *CM, corr. Bosius*) basilicae tribum Aemiliam! TERT. adv. Marc. 5, 5 'forum locutum est' et 'basilica fremuit', id est qui in his locis rem egerunt.

in urbe Roma: PLAVT. Curc. 472 ditis damnosos maritos sub basilica quaerito (*cf. Leo ad l.*). CIC. Verr. 5, 6 qui forum et basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum ... ornarent. 6, 152. Mur. 70 a quibus ... si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et coli. LIV. 26, 27, 3 conprehensa (*sc. incendio*) postea privata aedificia neque tum (*sc. a. 210 a. Chr.*) basilicae erant. TAC. hist. 1, 40 completis undique basilicis ac templis. ann. 16, 27. PLIN. epist. 2, 14, 4 in media basilica tam palam sportulae quam in triclinio dantur. 2, 14, 8. 6, 33, 4 ex superiore basilicae parte qua feminae qua viri et audiendi, quod difficile, et, quod facile, visendi studio imminebant. SVET. Iul. 10 aedilis praeter comitium ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit porticibus. Cal. 41. CORP. VI 9636 ⟨*?* in basi⟩lica clatros feceru(nt). 10295. CAPITOL. Max. Balb. 1, 4 de basilicae ornatu ... agere. Gord. 32, 6 ita ut in capite (*spatii in campo Martio porticibus inclusi*) basilica esset pedum quingentorum. 32, 7. *enumerantur a* POL. SILV. not. urb. chron. I p. 545 basilicae undecim: Iulia, Vlpia, Pauli, Hostilia, Neptuni, Constantini, Mathidie, Marcianae, vacessusallaria (*i.* vascellaria; *cf. p. 1763, 61*), floscellaria et Claudi. *eaedem* (*omissa* Claudi) *in* CVRIOS. urb. p. 22, 9 *sq.* (Bestilia, Neptunia, Matidies, Marcianes, vascolaria, ... Constantiniana) *et* REG. urb. p. 23, 10 *sq.* (Vestidia ... [vestiaria *BD*, *cf. p. 1763, 33*], bascellaria). basilica Porcia: CATO or. frg. 22 (Prisc. gramm. II 433, 2) *M. Porcius* Cato in oratione quae inscribitur, uti basilica aedificetur. LIV. 39, 44, 7 Cato basilicam ... fecit (*a. 184 a. Chr.*), quae Porcia appellata est. LIV. epit. Oxyr. 3, 57. ASCON. Mil. p. 34 Porcia basilica quae erat ei (*curiae*) iuncta, ambusta est. VIR. ill. 47, 5. *cf. Dittenberger, Sylloge² 334* (*a. 73 a. Chr.*) *ἐν βασιλικῇ Πορκίᾳ.* Aemilia basilica (Fulvia, Pauli): *v. I p. 968, 67; cf. Hülsen, PW. I 540*: *Plut. Caes. 29 τὴν βασιλικὴν ἐκεῖνος ὀνομαστὸν ἀνάθημα τῇ ἀγορᾷ προσεκόσμησεν* (*Παῦλος*) *ἀντὶ τῆς Φουλβίας οἰκοδομηθεῖσαν* (*Galba 26*) *Appian. civ. 2, 26.* CVRIOS. urb. reg. 4 p. 6, 5 REG. urb. 4 p. 7, 7 *cf. supra l. 2 sqq.* FORMA urb. (Corp. VI 29844) frg. 15 (= 24) ⟨*?* basilica A⟩emilia. LIV. 40, 51, 5 M. Fulvius ... basilicam *locavit* (*a. 179 a. Chr.*) post argentarias novas et forum piscatorium. CIC. Att. 4, 16, 8 Paulus in medio foro basilicam iam paene texerit (*?*) isdem antiquis columnis; illam autem quam locavit, facit magnificentissimam. VARRO ling. 6, 4 solarium ... Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit. PLIN. nat. 35, 13 Aemilia. 36, 102 basilicam Pauli columnis e Phrygibus mirabilem. TAC. ann. 3, 72 Lepidus ab senatu petivit, ut basilicam Pauli, Aemilia monumenta, propria pecunia firmaret ornaretque. PORPH. Hor. epist. 1, 1, 53 e regione basilicae Pauli (sat. 2, 3, 18). SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 54. LIV. 44, 16, 10 Ti. Sempronius ... basilicam ... faciendam curavit, quae postea Sempronia appellata est (*a. 170 a. Chr.*). VARRO ling. 5, 156 senaculum supra Graecostasim, ubi aedis Concordiae et basilica Opimia. CORP. VI 2338 (= I 1068) ser(vus) pub(licus) ex basilica Opimia. 2339 (= I 1067). Iulia (*cf. Mommsen, Res gestae divi Augusti 1883² p. 85*): CVRIOS. urb. reg. 8 p. 10, 11 REG. urb. 8 p. 11, 12. FORMA urb. (Corp. VI 29844) frg. 13 (= 20—23) ⟨basilica I⟩ulia. HIER. chron. a. Abr. 1971 (*a. 46 a. Chr.*) Romae basilica Iulia dedicata. MON. Ancyr. 4, 12 *sqq.* forum Iulium et basilicam, quae fuit inter aedem Castoris et aedem Saturni, coepta profligataque opera a patre meo perfeci et eandem basilicam consumptam incendio ampliato eius solo sub titulo nominis filiorum meorum incohavi et si vivus non perfecissem, perfici ab heredi⟨bus iussi⟩. 6, 34 VITR. 5, 1, 4 (*v. infra l. 50*). FEST. p. 290 Servilius lacus ... continens basilicae Iuliae. QVINT. inst. 12, 5, 6. PLIN. epist. 5, 9, 1. SVET. Aug. 29 quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet ..., fecit, ut porticum basilicamque Gai et Luci (*cf.* CASS. DIO 56, 27, 5). Cal. 37 e fastigio basilicae Iuliae (ORIGO Rom. chron. I p. 145, 23). vita Crispi p. 89, 1 ORIGO Rom. chron. I p. 148, 19. 148, 22. CORP. VI 1658 c (*a. 377*) statuam quae basilicae Iuliae a se noviter reparatae ornamento esset adiecit. 1658 a. b. d. 1156 b. 31886. 9709 nummul(arius) de basilica Iulia. 9711. 9712. 32296 lictor III de(curiarum). VITR. 5, 1, 4 sin autem locus erit amplior in longitudine, chalcidia in extremis constituantur, uti sunt in Iulia ⟨et⟩ Aquiliana. CORP. VI 5536 nugari(a) de basilica Antoniarum duarum (*filiarum Octaviae et M. Antonii, v. Mommseni adn.*). INSCR. numm. Cohen II p. 22 n. 42 (*Traiani*) basilica Vlpia. FORMA urb. (Corp. VI 29844) frg. 16 (= 25 *et* 26) basil(ica) Vlpia. *v. supra l. 2.* LAMPR. Comm. 2, 1 ipse (*Commodus*) in basilica Traiani praesedit. SPART. Hadr. 19, 10 Romae instauravit ... basilicam Neptuni. CVRIOS. urb. reg. 9 p. 12, 11 basilicam Neptuni. Matidies. Marcianes. REG. urb. 9 p. 15, 1. *v. supra l. 2.* LAMPR. Alex. 26, 7 basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium et saepta Agrippiana in lato pedum centum, in longo pedum mille, ita ut tota columnis penderet. quam efficere non potuit morte praeventus. REG. urb. 4 p. 7, 6 bassilicam Constantianam (*cf.* CVRIOS. urb. reg. 4 p. 6, 5 basilicam novam et Pauli). ORIGO Rom. chron. I p. 146, 16. AVR. VICT. Caes. 40, 26 urbis fanum atque basilicam (*a Maxentio constructam*) Flavii (*i. Constantini*) meritis patres sacravere. *v. supra l. 2.* CVRIOS. urb. reg. 8 p. 10, 9 basilicam argentariam. REG. urb. p. 11, 11. CORP. VI 30973 intrantibus hic deos propitios et basilic(ae) Hilarianae (*collegii dendrophorum?*).

in Italia provinciisque: BELL. Alex. 52, 2 cum in basilicam (*sc. Cordubae Cassius*) iret. VITR. 5, 1, 6 Coloniae Iuliae Fanestri. *v. p. 1761, 47.* SEN. contr. 2, 4, 12 (*loc. corr.*). 9 praef. 3 impetravit (*Porcius Latro, cum in Hispania pro reo diceret*) ut iudicium ex foro in basilicam transferretur (*cf.* QVINT. inst. 10, 5, 18). PETRON. 57 puer ... in hanc coloniam veni; adhuc basilica non erat facta. PLIN. epist. 10, 39, 3 huic theatro (*sc. Nicaeae*) ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicae circa. SVET. Aug. 100 cum interdiu in basilica cuiusque oppidi ... *corpus Augusti* reponeretur. APVL. apol. 73 omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam, qui locus auditorii erat, complentes (*Oeae*). PAVL. dig. 41, 2, 1, 22 *municipes* forum ... et basilicam hisque similia non possident. sent. 4, 6, 2. PANEG. 7, 22 rideo basilicas et forum (*sc. Augustae Treverorum*). SPART. Hadr. 12, 2 in honorem Plotinae basilicam apud Nemausum opere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bellātor, -ōris. *cogn. vir.*: CORP. XII 1939 (*litteris bonis*) ... tius ⟨B⟩ellator. 4548 Aeliae Restitutae ... Bellator Aug. l. 5819 (*christ.*) Bellatur. XIII 5722 (*Andematunni*) Bellator Cocilli fil(ius). 10010, 283 (*in vasculis*). III 1018 M. Vetio Bellator(e). EPIST. pontif. Löwenfeld 14 p. 8 (*anno 494/5*) Gelasius (*sc. I*) Bellatori episcopo (*sc. Ostiensi*). CASSIOD. inst. div. 1. 5. 6 Bellator *presbyter* (*aequalis Cassiodori*). ANTH. 110, 5 *Bais rura* Bellator multo sublimis honore vestivit cameris balnea pulcra locans. *nom. dei*: CORP. III 10220 ⟨S⟩ilvan⟨o⟩ ⟨Be⟩llatori (*v.* MART. CAP. 5, 425 vers. 17 *Silvanus* bello suetus ... agresti). *cf.* SERV. Aen. 1, 292 *templum Martis* quasi bellatoris id est Gradivi. *fort. nomen equi*: CORP. II 5735 (*saec. II?*) Sep(timii) Sil(ii) Bel(lator?).

bellātōrius, -a, -um. *cf. c.* bellator. PLIN. epist. 7, 9, 7 pugnacem ... et quasi bellatorium stilum. HEGES. 3, 3, 4 manum ... bellatoriam. AMM. 23, 5, 13 iumentis (31, 2, 22). 31, 2, 14 equis ... bellatoriis (bellatur gē *Vat.*).

Bellatorīx, -īcis *nom. vir. celt.* CORP. XIII 6019 Segillius et Merca(...) Constans Bellatoricis ⟨f⟩i⟨l⟩i(i). *B. A. Müller.*

bellātrīx *v.* bellator.

Bellatu *nom. mul., ut videtur,* CORP. XIII 2697 (*cf. Hirschfeldi adnot.*).

Bellatur *v.* Bellator.

Bellausus. CORP. XIII 2408 (*christ.*). *Jacobsohn.*

bellāx, -ācis [*a* bellare. *Th.*]. LVCAN. 4, 406 bellaci ... gente. SIL. 16, 475 proles bellacis Ilerdae. 17, 428 bellacis ... Caleni. PRISC. perieg. 274 Germani bellaces. 294 Sarmata. 314. 706 Albani bellaces Marte feroci.

bellē *v.* bellus.

? **belleāris.** EDICT. imp. Diocl. 8, 15 (*tantummodo frg. Aezanitico servatum*) pellis bellearis prima δέρμα πρωτεῖον ποιὸν (*frg. Megar.*; ποκον *ut videtur frg. Ger.*) εἰς πείλιον. pilearis *Waddington et Mommsen. cf. Blümner, Maximaltarif p. 123.* *B. A. Müller.*

Belleia *mons.* SALL. hist. frg. 1, 105 transgressos omnis recipit mons Belleia (ballei *H*, taleta *M. Servii*) praeceptus a Lusitanis. *corruptum esse nomen videtur.*

Belleius *v.* Bellius.

Bellen *princeps Mauretaniae.* AMM. 29, 5, 21 reverterunt Gildo et Maximus Bellen e principibus Mazicum et Fericium gentis praefectum ducentes. 29, 5, 24 Bellen et Fericium ... iussit occidi.

Bellene *v.* Costa Ballenis. [*Jacobsohn.*

Bellenica *opp. in finibus Alpium. cf. PW. III 241.* RAVENN. p. 251, 14 (Guid. p. 458, 4 Bellanica). *Ihm.*

Bellenicus *v.* Beliniccus. **Bellenius** *v.* Bellius.

Bellenus *v.* Belenus *et* Bellius.

Bellepares *rex Assyriorum.* HIER. chron. a. Abr. 608 (Βαλατόρης). CASSIOD. chron. II p. 121, 31. *Jacobsohn.*

Bellerophontēs, -is, Βελλεροφόντης *nom. vir.* *orthographia*: Bellorophontes: PLAVT. Bacch. 810 *CD* HOR. carm. 3, 7, 15 *CRL.* 3, 12, 8 *CR.* 4, 11, 28 *B* IVV. 10, 325 (*schol.* Beller-) AVIEN. orb. terr. 1035 AVSON. 418, 72 *a* HYG. astr. 2, 18 p. 58, 9 *M et dett., ibid.* p. 58, 17 *D al.* (*saepe*); Bellorophantes: PLAVT. Bacch. 810 *cod. B* (*cf.* Melerpanta); Bellerephontes: SERV. Aen. 6, 288 *R* FVLG. myth. 3, 1 p. 59, 1 *a.* p. 59, 7 *aE.* p. 60, 4 *PRM* ANTH. 388, 2 *A.* CORP. VI 10206 III; Belerofontes: HIER. chron. a. Abr. 682; Belorofontes: SCHOL. Germ. Bas. p. 79, 2 (*B*, beler- *P*). Melerpanta: *v. suo loco. graviores corruptelas, ut* bellorum fronte, fellorofonte *sim. omittendas putavi. nota* GLOSS. IV 25, 16 bellorufons equos pinnatos. V 563, 5 bello forans equos pinnatos. *cf. sub* Bellerophonteus. *declinatio*: *nom.* Bellerophontes: SEN. epist. 115, 15 PORPH. Hor. carm. 3, 7, 15 FIRM. math. 8 p. 103^v col. 2 in. AVSON. 418, 72 (-tis *pars codd.*). SERV. Aen. 5, 118. 6, 288 *pars codd.* (-tis *aliq.*). SCHOL. Stat. Theb. 4, 589 (-tis *aliq.*). *al.* Bellerofons: SERV. Aen. 6, 288 *R* HYG. astr. 2, 18 *RM¹ dett.* FVLG. myth. 3, 1 p. 59, 6. 60, 4 ISID. orig. 11, 3, 36 *unus cod.* GLOSS. schol. Hor. carm. 1, 27, 23 NOT. Tir. 115, 38 CORP. VI 10206 III. IX 3703? (*cf. p. 1809, 1.* Bellerofon: SERV. Aen. 6, 288 *M* SCHOL. Stat. Theb. 4, 589 *L* MYTHOGR. 1, 71. 72. 2, 131. *genet.*: *in* -tis: PORPH. Hor. carm. 4, 11, 28 AVIEN. orb. terr. 1035 HYG. astr. 2, 21 *al.* *dat.*: *in* -tae: HOR. carm. 3, 7, 15 *CRL*; *in* -ti: [HOR. carm. 3, 7, 15 *FA²*] PLIN. nat. 13, 88 IVV. 13, 325 SCHOL. Stat. Theb. 4, 589 *al.* *acc.*: *in* -tem: PLAVT. Bacch. 810 (*codd.* bello rophantem iam. *hinc Ritschl opusc. 4, 296* Bellorophantam) MANIL. 5, 97 (-ten?) PLIN. nat. 7, 202 *al.* SCHOL. Germ. Bas. p. 79, 2 (-ten *A*). *al.*; *in* -ta: FVLG. myth. 3, 1 p. 59, 7 *cf. l. 59.* ANTH. 388, 2. *abl.*: *in* -te: CIC. Tusc. 3, 63 HOR. carm. 3, 12, 8 *al.* *etymologia*: FVLG. myth. 3, 1 p. 59, 7 Bellerofonta posuerunt quasi buleforunta ... 'sapientiae consultatorem'.

1 *heros Corinthius* (*Bethe, PW. III 241 sqq.*): *fabulam eius vel narrant vel obiter memorant*: PORPH. Hor. carm. 3, 7, 13. 16 SCHOL. Hor. carm. 3, 7, 13 SERV. Aen. 5, 118 SCHOL. Stat. Theb. 4, 589 HYG. astr. 2, 18 fab. 57 MYTHOGR. 1, 71 (*ubi* Bellerophon, qui et Perseus). *cf.* 1, 72. 2, 131 FVLG. myth. 3, 1 (*cum interpretatione allegorica*). *de insania* (*Hom. Il. 6, 200*): CIC. Tusc. 3, 63 AVSON. 418, 72. PAVL. NOL. carm. 10, 191 ne me ... carpas ... mentis vitio, non anxia Bellerophontis mens est ... mihi. *cf. p. 1809, 6.* *ascensorem Pegasi memorant*: MANIL. 5, 97 AVG. civ. 18, 13 p. 272 (ISID. chron. II p. 436, 71); *equitis exemplar*: HOR. carm. 3, 12, 8; *inventorem equitandi*: PLIN. nat. 7, 202; *primum victorem in equorum certamine*: HYG. fab. 273 p. 147, 20; *a Pegaso excussum*: SCHOL. Germ. Bas. p. 79, 2 *cf.* SCHOL. Arat. p. 219, 7 SCHOL. Hor. carm. 4, 11, 28; *poenas avaritiae dantem*: HOR. carm. 4, 11, 28 SEN. epist. 115, 15. *codicillorum ei datorum mentionem facit*: PLIN. nat. 13, 88; *montis Chimaerae ab eo habitabilis facti*: SERV. Aen. 6, 288 MYTHOGR. 1, 72 ISID. orig. 11, 3, 36. *laudatur a Pindaro*: SCHOL. Hor. carm. 4, 2, 13. *epitheta*: nimis castus: HOR. carm. 3, 7, 15 *cf.* IVV. 10, 325; clarus: AVIEN. orb. terr. 1035. *proverbialiter*: PLAVT. Bacch. 810 Bellorophontem tuos me fecit filius: egomet tabellas tetuli, ut vincirer (*Otto, Sprichw. p. 54*). *translate de ascensoribus*: APVL. met. 7, 26 meum (*i. asini*) ... Bellerophontem. 11, 8 vidi ... asinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam seni debili, ut illum ... Bellerophontem, hunc ... diceres Pegasum. **2** *alii*: CORP. VI 10206 III *in opere musivo adscriptum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imagini Samnitis retiarium interficientis: Bellerefons. IX 3703 (*Marsis Marruv.*) Q. Albius Q. l. Belerephonte⟨s⟩ (*hasta oblique ducta per* TE).

adi. **Bellerophontēus,** -a, -um. PROP. 3, 3, 2 Heliconis in umbra, Bellorophontei (bellero- *V*; elloforontei *N*) qua fluit umor equi. CLAVD. 8, 560 *Pegasus* indignaretur habenas Bellorophonteas (bellerunus *deterior*). RVT. NAM. 1, 450 nimiae bilis morbum assignavit Homerus Bellerophonteis sollicitudinibus. SIDON. carm. 5, 184 Maioriane ferox, ... Bellerofonteis (bellor- *TCF*) insultaturus opimis. *Hey.*

Belleus, -a *nom. gent. cf.* Bellius, Bellus *al.* INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 20 (*Puteolis*) C. Belleo Soteri Bellea Soteria patri.

Belli *cogn. barb., ut videtur.* CORP. XIV 256, 332 Servilius Belli.

1. Bellia *v.* Bullia. **2. Bellia** *v.* Bellius. *Jacobsohn.*

belliātulus, -a, -um *a* belliatus. PLAVT. Cas. 854 i belle belliatula (*sc. puella*).

belliātus, -a, -um *a* bellus; *cf. c.* amplus, ampliare. PLAVT. Rud. 463 mea tu belliata. *B. A. Müller.*

Bellicānus *v.* Bellicus.

Bellicco *cogn. celt.; cf.* Belliccus. INSCR. Revue épigr. V (1905) nr. 1601 (*dép. Basses-Alpes*) L. Iul(ius) Bellicco. *Ihm.*

Belliccus, -a *cogn. celt.; cf.* Bellicco, Bellicus, Bellus *al.* CORP. XIII 2965 (*Agedinci*) Bellicci Bellator⟨is? f.⟩. 3407 (*apud Remos*) Senniola Bellicca. 4554 (*apud Mediomatricos*) Belliccus Surbur. 949 (*in Aquitania*) Belic⟨c(us) et⟩ Bello Prim⟨i⟩aní (fil.) Tutelae Vesunnae. 10017, 221 Bellicci (*scarif. in vasculo*).

Belliceus, -ī *cogn. liberti.* CORP. VI 12522 C. Asiní C. l. Bellicei.

Bellicia *v.* Bellicius *sub* Bellius.

Belliciānus, -a *cogn. derivatum et a* Bellicus *et a* Bellicius. CORP. III 4311 (*Brigetione*) L. Antisti Belliciani vet(erani) ... Luci Antisti Bellicus mil(es) ... et Bellicianus mil(es). 5187 (*Celeiae, a. 211*) C. Licinius Bellicianus. 5688 (*Lentiae*). VII 133 Belicianus. 1255 (*in tegulis*). XIII 10027, 244 (*in tubo*). VI 20738. 24858 A. Postum⟨i⟩ Celeris Belliciani Q. Postumiu⟨s⟩ Bellicus ... filio. 29722. XV 3457 (*in amphora*) Faustini Bellician. VIII 1287 L. Bellicius Bellicianus.

Vepon(iae) **Bellicinae** CORP. III 5225 (*Celeiae*). *cf.* Bellicus.

Belliciola, -ae *cogn. mul. cf.* Bellicius. CORP. VI 34676 Belliciole ... natione Galla in cibitate Triberis. *Jacobsohn.*

belliciōsus *v.* bellicosus. **Bellicius,** -a *v.* Bellius.

bellico, -āre [*cf. c.* bellicus bellare *et c.* vellicare. *Th.*]. *i. q. pugnare, bellum gerere.* ITALA Is. 2, 4 (Rufin. Adamant. 1, 10) non assumet gens adversum gentem gladium nec discent ultra bellicare (*Graeci* πολεμεῖν, VVLG. nec exercebuntur ultra ad proelium).

? **bellicor** qui pugnatoribus praeest GLOSS. II 569, 45.

bellicōsus, -a, -um [*cf. c.* bellicus. *Th.*]. NOT. Tir. 23, 52. 23, 52ᵃ. GLOSS. II 411, 52 πολεμικός. IV 24, 46 vir assiduus in bello. 25, 13 pugnandi cupidus. *saepius.* 311, 28 asper tortus (torvus? *cf.* VERG. Aen. 1, 14. 1, 279. 11, 664). *passim.* 488, 23 pugnax. 585, 36 expugnosus. V 270, 52 bello superbus (= VERG. Aen. 1, 21). 442, 55 pugnator insignis, id est nominatissimus. DIFF. ed. Beck p. 41, 4 bellicosissimus bellorum frequentia insignis factus sicut gloriosissimus. *compar. apud* LIV. 9, 6, 13. 21, 16, 3. 37, 8, 4 PLIN. nat. 6, 81 FRONTO p. 205, 2 N., *superl. inde a* CIC. Manil. 28 *usque ad* GLOSS. *et* NOT. Tir. 23, 52ᵃ *saepius.* belliciosus: HISPERICA FAMINA fol. 99ʳ cod. Paris. Lat. 11411 *et* fol. 1ʳ cod. Luxemb. 89 (*ed. Heinr. Zimmer, Gött. Gel. Nachr. philol.-hist. Kl: 1895 p. 121 vers. 16*) strenuum bellicioso prostravi coe⟨vum⟩ orgio. GLOSS. IV 311, 28 belliciosissimus. *adi. legitur inde a* PORC. LIC. CIC. CAES. *saepissime apud scriptores, perraro apud poetas.*

I *de animantibus*: PORC. LIC. carm. frg. 1 Poenico bello secundo Musa pinnato gradu intulit se[se] bellicosam in Romuli gentem feram. CIC. prov. 33 *gentibus* immanibus et barbaris et bellicosis. Phil. 4, 13. CAES. Gall. 4, 1, 3 gens longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. HIRT. Gall. 8, 24, 1 NEP. Ham. 4, 1 SALL. Catil. 40, 1. LIV. 34, 9, 4 fera et bellicosa gente. 36, 17, 5 (*Mog.*). 45, 30, 5 CORP. XI 1421, 11. CVRT. 5, 6, 17 gentem bellicosam et multum a ceteris Persis cultu vitae abhorrentem. 6, 4, 15 SEN. epist. 83, 22. QVINT. decl. 341 p. 346, 4 barbaras et bellicosissimas gentes. CORP. VI 1014 IVST. 24, 4, 4 PORPH. Hor. carm. 1, 2, 39/40. SOL. 22, 3 gens inhospita et bellicosa. AVR. VICT. Caes. 39, 39 SPART. Sept. Sev. 18, 3. AVG. civ. 18, 22 *gentes* robustas ... et bellicosas (OROS. hist. 5, 23, 2). TRAG. inc. 42. CIC. Manil. 28 *nationibus* bellicosissimis (CVRT. 6, 6, 36 SEN. benef. 7, 10, 5 AMM. 27, 8, 5). epist. 7, 3, 2 neque magnas copias neque bellicosas. CAES. Gall. 1, 10, 2 homines (civ. 3, 73, 3 AMM. 19, 3, 3). civ. 1, 85, 8 provincias (VAL. MAX. 9, 1, 5 in horrida et bellicosa provincia). NEP. Timol. 2, 4 hominem bellicosum et potentem (IVST. 18, 5, 16 bellicosum potentemque populum). SALL. Iug. 20, 1 acer bellicosus (LIV. 21, 16, 3. 26, 26, 11 bellicosos ... viros acresque nimis et feroces [SEN. epist. 83, 22]). LIV. 1, 20, 2 civitate bellicosa (SVET. gramm. 1). 1, 31, 5 bellicoso rege (AMM. 30, 3, 7 IORD. Get. 212). 7, 2, 3 bellicoso populo (IVST. 18, 5, 16 AVG. civ. 1, 32). 9, 6, 13 (*de Romanis in furculis Caudinis captis*) cepisse ... eos (*Samnites*) non Romam, sicut ante Gallos, sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque (SEN. epist. 71, 37 si quid ultra Dahas bellicosum iacet). 21, 16, 3 hostem ... bellicosiorem. 36, 17, 6 rex ... bellicosissimus et exercitatus iam inde a iuventute finitimis ... bellis. 44, 11, 8

genus (*sc. hominum; cf.* AMM. 29, 5, 26 IORD. Get. 113). SEN. contr. 1, 8, 13 cupidum gloriae et bellicosum. SEN. Ag. 216 bellicoso ... Rheso. PLIN. nat. 3, 77 Baliares funda bellicosas. QVINT. inst. 1, 10, 20 rudes ac bellicosi (SVET. gramm. 1). 5, 12, 21 iuvenum bellicosorum. TAC. Germ. 15 fortissimus ... ac bellicosissimus (LACT. inst. 1, 18, 8 AMM. 31, 10, 6. 31, 16, 3 ANON. Vales. 12, 58). FRONTO p. 205, 2 N. omnibus Arpinati paupertate aut Nursina duritia ducibus bellicosior (LACT. inst. 1, 18, 8. AMM. 16, 12, 18 bellicosi ductoris. 21, 12, 22 bellicoso ... rectori. VEG. mil. 3, 18 PS. RVFIN. in Os. 12, 12/13). AMPEL. 33, 1 armiger bellicosissimus. IVST. 24, 4, 4 gens aspera audax bellicosa. AMM. 14, 9, 1 *Vrsicinus* bellicosus sane milesque semper et militum ductor (20, 1, 2. 31, 3, 1 *e coni. Petschenig*). 17, 10, 1 magister equitum bellicosus et industrius. 20, 1, 2 magistrum armorum bellicosum sane et castrensis rei peritum. 25, 6, 10 imperatorem bellicosum et vigilantem. 25, 8, 5 Traianus et Severus principes bellicosi. 29, 5, 26 bellicosum genus et durum *hominum.* 31, 10, 6 virum bellicosum et fortem. 31, 10, 18. PROB. Verg. ecl. 2, 61 *Pallas.* VEG. mil. 2, 4 exercitus. 2, 14 militem (AMM. 14, 9, 1 *cf. supra l. 11*). HIER. epist. 52, 2 David ... bellicosus quondam vir (*cf.* HIER. tract. in psalm. 96 p. 139, 21 *cf.* LIV. 26, 26, 11 AMM. 31, 10, 6 VVLG. I reg. 16, 18 II par. 13, 3 PS. RVFIN. in Ioel 2, 4 DARES 12 SIDON. epist. 3, 8, 2 VICT. VIT. 1, 21 CASSIOD. var. 10, 29, 2). AVG. in psalm. 43, 4 fortes ... proeliatores ... invicti ... exercitati ... bellicosi. OROS. hist. 3, 15, 10 bellicosissimus ac strenuissimus. SIDON. epist. 3, 8, 2 nobilium virorum militarium et ... bellicosorum. ALC. AVIT. epist. 95 p. 102, 24 IORD. Get. 212. GLOSS. IV 591, 37 Bellona dea ... bellicosa.

nota: bellicosae *nominantur gentes Africae* (SALL. Iug. 18, 12 Libyes quam Gaetuli minus bellicosi. LIV. 21, 16, 3 *de Poenis.* SPART. Sept. Sev. 18, 3 *de gentibus circa Tripolim habitantibus.* AMM. 29, 5, 26 Mazicos bellicosum genus), *Alpium populi* (CIC. epist. 11, 4, 2), *Baliarium insularum incolae* (PLIN. nat. 3, 77 *cf. supra l. 3*), *Britanni* (AMM. 27, 8, 5 Attacotti), *Cantabri* (HOR. carm. 2, 11, 1), *Daci* (VEG. mil. 1, 28), *Delmatae* (CIC. epist. 5, 11, 3), *Drangae* (CVRT. 6, 6, 36), *Galli* (CIC. prov. 33. HIRT. Gall. 8, 24, 1 *de Atrebatibus.* SALL. Catil. 40, 1 natura gens Gallica bellicosa), *Gallograeci* (LIV. 37, 8, 4 bellicosiores ea tempestate erant Gallicos adhuc ... servantes animos), *Germani* (CAES. Gall. 4, 1, 3 Sueborum gens ... longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. AMM. 27, 5, 6 Greuthungos. 28, 5, 9 Burgundios bellicosos), *Helvetii* (CAES. Gall. 1, 10, 2 FLOR. epit. 3, 10, 3), *Hiberni* (SOL. 22, 3), *populi Hispaniae* (CIC. Manil. 28 CAES. civ. 3, 73, 3 NEP. Ham. 4, 1 LIV. 34, 9, 4 VAL. MAX. 9, 1, 5), *Huni* (AMM. 31, 16, 3), *Hyrcani* (CVRT. 6, 4, 15), *Illyrii* (LIV. 36, 17, 5 illic Macedones Thracesque et Illyrii ... bellicosissimae [*Mog.*, ferocissimae *Bamb.*] omnes gentes, hic Syri et Asiatici Graeci ... vilissima genera hominum et servituti nata. 44, 11, 7), *Macedones* (LIV. 36, 17, 5. 45, 30, 5 Vettiorum bellicosam gentem), *Moesi* (VEG. mil. 1, 28), *Persae* (CVRT. 5, 6, 17 SEN. epist. 71, 37), *Romani* (PORC. LIC. carm. frg. 1 *v. p. 1809, 58* HOR. carm. 3, 3, 57 LIV. 1, 20, 2. 7, 2, 3. 9, 6, 13 *cf. p. 1809, 79*). PAVL. FEST. p. 150 SVET. gramm. 1 AVG. civ. 1, 32), *Sarmatae* (AMM. 31, 16, 3), *Scythae* (HOR. carm. 2, 11, 1 CVRT. 4, 6, 3 SEN. epist. 71, 37), *Thraces* (VEG. mil. 1, 28).

de bestiis: PLIN. nat. 6, 81 elephantos bellicosiores.

II *de rebus*: LIV. 10, 9, 10 bellicosiorem annum. STAT. silv. 4, 3, 9 limina bellicosa Iani. PRVD. psych. praef. 13 strage multa bellicosus spiritus portenta cordis saevientis vicerit. HIER. epist. 106, 1 bellicosa pectora vertuntur in mansuetudinem christianam (MEROB. carm. 4, 12). VVLG. IV Esdr. 13, 9 neque frameam ... neque aliquod vas bellicosum. 13, 28. SALV. gub. 7, 42 *manus* bellicosas. GLOSS. V 442, 56 bellicosum locum, ubi pugna fit. IV 211, 22. 600, 38. DIFF. ed. Beck p. 41, 4 bellicosus locus appellatur aliquot bella expertus. *cf. Landgraf, Archiv 9 (1896) 366.* *nota*: APVL. met. 10, 31 tibicen Dorium (tibicenorium *Fφ*) canebat bellicosum (flor. 4 p. 17).

synonyma et coniuncta: acer, asper, audax, barbarus, castrensis rei peritus, durus, exercitatus, ferox, ferus, fortis, horridus, immanis, inhospitus, invictus, militaris, potens proeliator, robustus, rudis, strenuus, vigilans. *opposita*: mansuetus (*l. 56*), servituti natus, vilis (LIV. 36, 17, 5 *v. l. 42*).

bellicrep(us), -a, (-um) *a* bellum *et* crepare. PAVL. FEST. p. 35 bellicrepam saltationem dicebant quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est *eqs. inde* GLOSS. V 591, 53. *cf.* I 442, 57 bellicrepa saltatio quam pyrrhicha⟨m⟩ dicimus.

bellicus, -a, -um [*a* bellum. *Th.*]. *v.* NOT. Tir. 23, 51. duell-: PLAVT. Epid. 450 LVCR. 2, 661. GLOSS. IV 25, 21 pugnandi cupidus. V 402, 18 subauditur aliquid, id est sonum aut tremor. *cf. ibid.* 402, 33 slag (*anglosax.*). DIFF. ed. Beck p. 41, 4 bellator bellis familiaris est; belliger qui bellum gerit, sicut armiger ... bellicus tumultus ac motus pugnae est (*ultima sententia* b. t. a. m. *passim in* GLOSS.). *in codd. passim confunduntur* bellicus *et* bellicosus, *ut* PLIN. nat. 33, 153. *legitur inde a* CIC. *et* CLAVD. QVADRIG. *saepius apud scriptores, inde a* TIB. PROP. OV. *apud poetas; deest apud* VERG.

I *de rebus*: CIC. Verr. 6, 132 casus bellicos (BELL. Alex. 75, 3 bellis *codd.*). Sest. 51 victoria (Balb. 9. AVG. civ. 3, 10 paces bellicasque victorias. quaest. hept. 1, 167). Vatin. 35 bellici consilii auc-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tores (CAPITOL. Aur. 20, 2 bellica consilia. *cf.* AMM. 15, 5, 18 consiliis rei bellicae). Balb. 45 peritissimos bellici iuris (47 [off. 3, 107]. STAT. Theb. 12, 552 haec bellica iura vicesque armorum). Balb. 47 stipendiis ... bellicis legationibus eruditum. res bellicae: *plur.*: CIC. de orat. 3, 138 praefuit et urbanis ... et bellicis rebus (div. 2, 77 off. 1, 74. 1, 82. Phil. 12, 24 res bellicas ... urbem et res urbanas). epist. 15, 4, 13. 15, 4, 15. 15, 20, 3. rep. 2, 31 Tulli Hostilii excellens in re militari gloria magnaeque ... bellicae res. orat. 39. phil. frg. V 26 M. aut bellicae res aut omnis rei publicae disciplina. off. 2, 45. Phil. 13, 9 magnas res bellicas ... et triumpho dignas. SALL. Iug. 39, 1 LIV. 5, 26, 10. 8, 12, 17 ex victoria ... bellicisque rebus ... auctum imperium. 9, 17, 3. 10, 11, 9. 10, 31, 8. 22, 3, 4 civilibus bellicisque rebus (IVL. VAL. 2, 8 CAPITOL. Aur. 22, 2 LAMPR. Alex. 29, 4 CAPITOL. Max. Balb. 7, 2). 26, 29, 10 VAL. MAX. 2, 7, 6 SEN. dial. 3, 9, 1 benef. 3, 32, 2 PLIN. nat. 15, 125 QVINT. inst. 12, 11, 27 FLOR. epit. 3, 12, 3 (*opp.* domesticae clades. CAPITOL. Max. Balb. 2, 5 unus qui res domesticas, alter qui bellicas curet *eqs.*). SVET. Cal. 43 militiam resque bellicas. AMPEL. 9, 10 APVL. mund. 30 VVLG. II Macc. 8, 9 (negotiis ITALA Ambros.) TERT. adv. Iud. 9 adv. Marc. 3, 14 PORPH. Hor. carm. 1, 6, 13 res bellicas scribere. 1, 32, 5 res bellicas adversus tyrannos gessit (1, 32, 7/8 ageret). 3, 2, 6 SOL. 11, 5. ARNOB. nat. 7, 51 *dea* bellicas res amet interque esse desideret pugnis caedibus mortalitatibus et cruori. LACT. inst. 1, 22, 4 (*opp.* studia pacis). PANEG. 3, 5 rebus bellicis victoriisque. 9, 1 in rebus bellicis ipsisque proeliis. 10, 16. CAPITOL. Alb. 8, 1 res bellicas. Maximin. 29, 4. Max. Balb. 13, 4 res bellicas pulcherrime disponebant. TREB. Claud. 13, 1 VOPISC. Aurelian. 27, 2 VEG. mil. 4, 31. *sing.*: CIC. div. 2, 76 bellicam rem. HOR. carm. 4, 3, 6 *eum* neque res bellica Deliis ornatum foliis ducem ... ostendet Capitolio. LIV. 4, 41, 2 prudentia rei bellicae. 9, 38, 9 summa rei bellicae. 22, 25, 6 ne hostem videret, ne quid rei bellicae gereret. 36, 10, 8 tempus anni nulli bellicae rei minime obsidioni atque oppugnationi urbium aptum. 44, 1, 5 nulla re bellica memorabili gesta. VAL. MAX. 3, 6, 4 bellicae rei successum. GELL. 11, 18, 17 exercitio disciplinaque rei bellicae. SOL. 11, 5 bellicae rei usus. IVL. VAL. 2, 25. 3, 1. 3, 8 vim non facilem rei bellicae (*i. e. bello vel pugnae*). PANEG. 10, 19 res bellica caecos habeat eventus. 12, 8 praeterita bellicae rei gloria. VOPISC. Aurelian. 11, 6 AMM. 15, 5, 18 VEG. mil. 1, 1. 3, 1 *passim* (*cf. Langii indicem*). SVLP. SEV. chron. 1, 34, 7 rem bellicam curaret. 1, 50, 4 administravit. EVGIPP. vita Sev. 19, 2 nec in re bellica (*i. e. in bello*) nec aliqua formidine. *alia*: CIC. rep. 2, 25 studiis (SVET. Iul. 44 civilia et bellica ... studia. AMM. 31, 4, 5 *opp.* liberalia studia). leg. 2, 45 bellicis insignibus (CASSIOD. var. 5, 36, 1 bellicis ... aptus insignibus, nunc vel ad otiosam vitam vix idoneus). leg. 2, 60 bellicam peregrinamque mortem (LAMPR. Alex. 62, 2 bellicam et imperatoriam). ac. 1, 9 domesticam, ... bellicam disciplinam (nat. deor. 2, 61 VEG. mil. 3, 22). off. 1, 41 officiis (1, 122 bellicis ... civilibus officiis). 1, 76 res non solum ex domestica est ratione; attingit etiam bellicam. 3, 99 fortunae (PRVD. psych. praef. 26 sorte. OROS. hist. 5, 5, 10). 3, 108 condiciones pactionesque bellicas et hostiles (Phil. 8, 6 nec ... hostilia verba nec bellica. LIV. 30, 5, 8 fortuitum, non hostilem ac bellicum ignem). CAES. civ. 2, 25, 1 *castrorum* portam, quae appellatur bellica (BELL. Afr. 87, 3 PS. QVINT. decl. 10, 8). VARRO rust. 2, 11, 11 tormenta (LIV. 24, 34, 2 AMM. 20, 6, 2). SALL. Iug. 41, 7 praedas (IVL. VAL. 2, 30 IVST. 5, 7, 2 AVSON. 328, 4). PROP. 2, 15, 43 navis (TIB. 2, 3, 40 bellica rostra *ratium*. VVLG. I Macc. 15, 3 VEG. mil. 4, 33). 2, 25, 8 parma. OV. am. 2, 3, 8 hasta. epist. 14, 65 tela (SVLP. SEV. chron. 1, 33, 5). met. 3, 534 ensis. fast. 5, 550 *Mars* bellica signa dedit (STAT. silv. 3, 2, 92 bellica regis signa. IVL. VAL. 3, 6 AMM. 19, 11, 10 PRVD. cath. 5, 55 ISID. orig. 18, 3, 5 *de vexillo*). Pont. 2, 1, 30 dona (LIV. 34, 7, 8). LIV. 1, 32, 5 caerimoniae (*opp. institutae a Numa* in pace religiones). 6, 6, 6 quid bellici terroris ingruat (PANEG. 11, 8. INSCR. christ. Rossi II p. 127, 6, 9 *a. 605* bellicus horror). 6, 32, 11 apparatu (26, 42, 3. 34, 29, 3. 35, 43, 3). 34, 7, 8 spolia. 42, 53, 4 tormenta telorumque missilium ingentem vim praeparatam bellicumque aliud instrumentum (PAVL. FEST. p. 116 instrumenta. SEN. dial. 3, 17, 1). PAVL. FEST. p. 33 ante *Bellonae* templum erat columna quae bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant cum bellum indicebatur (*inde et ex* SERV. auct. Aen. 9, 52 GLOSS. V 8, 22. 50, 8). VITR. 10, 11, 2 periculo. VELL. 2, 68, 2 in urbe seditionem, in agris (magis *AP*) ... bellicum tumultum movens. 2, 97, 2 *eius* ingenium utrum bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus (VELL. 2, 2, 9. 2, 4, 4 VAL. MAX. 9, 3, 2. CVRT. 8, 1, 20 vetus ... miles multisque bellicis operibus clarus. MACER dig. 49, 16, 13 praef. *milites* bellica opera peragunt). 2, 117, 2 militiae (*opp.* otio ... castrorum). VAL. MAX. 3, 7, 6 sacrificia (artificia *codd.*). SEN. Herc. f. 416 bellicus ... fragor (*opp.* pax. cf. PLIN. paneg. 16). LVCAN. 2, 200 clades (TREB. Gall. 5, 2 AVG. civ. 3, 21. 4, 3. 4, 7. 16, 43). LAVS Pis. 22 manus ... bellica patrum armorumque labor. PLIN. nat. 8, 11 usibus (QVINT. inst. 1, 10, 48). 10, 2 *hominum* conos ... bellicos (37, 204 *avium*). 16, 10 *coronas* (*cf.* 21, 3). 21, 3 honores. STAT. Theb. 5, 561 bellica ... portarum in claustra. 7, 422 ardor (AMM. 27, 10, 3 *plur.*). 12, 62 agger. SIL. 1, 223 iuga cornipedes erecti bellica raptant (CYPR. GALL. Ios. 59 quadriga. DICT. 1, 18 currus). 15, 256 torque aurato circumdat bellica colla). FLOR. epit. 3, 8, 1 agnominibus (*cf.* FIRM. err. 17, 3). 4, 12, 59 certaminum (AVG. epist. 243, 6 ISID. orig. 18, 4, 3). SVET. Claud. 21 expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam. Nero 38 machinis (TERT. scorp. 1). FRONTO p. 220, 14 N. ignarus ... bellicarum memoriarum. ITALA iud. 18, 11 (Lugd. *et* VVLG.). 18, 16 (Lugd.) armis (VVLG. *passim. cf. Concord.* AMBR. off. 3, 14, 86 AVG. epist. 189, 4 IORD. Get. 56). I reg. 8, 12 (Didasc. apost. 27, 1) vasa (VVLG. armorum). Iudith 7, 5 (Sangerm. 15). I Macc. 3, 3 (Sangerm. 15). VVLG. Iudith 16, 23 HIER. epist. 29, 3 in Ier. 21, 3/6 p. 983 GREG. TVR. Franc. 2, 2. PORPH. Hor. carm. 2, 1, 22 pulvere (AMM. 21, 16, 3). IVST. 23, 1, 9 labores (CASSIOD. var. 8, 3, 4 or. frg. p. 476 IORD. Get. 176). PASS. Saturnin. (Migne 8, 690B) 2 tuba. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 170, 25 tibi necessitatibus bellicis occupato (COD. Theod. 12, 1, 95 neque bellicis necessitatibus neque muneribus militaribus). CORP. VI 1739 expeditiones (1740. 1742 LAMPR. Alex. 45, 1. COD. Theod. 6, 24, 6 vel necessitatibus nostris vel expeditionibus bellicis). CAPITOL. Aur. 13, 1 profectione. 14, 5 fugam et cetera, quae securitatem bellicam ostenderent. Ver. 5, 8 timore. LAMPR. Alex. 30, 1 actus publicos seu bellicos seu civiles (GREG. M. epist. 1, 73). TREB. Gall. 5, 2 clades. trig. tyr. 10, 10 castris. VOPISC. Aurelian. 26, 7 societas. HEGES. 2, 9, 8 bellicorum ... malorum (AVG. civ. 4, 2). 5, 39, 1 testamentum. AMBR. Iac. 2, 12, 58 conflictu (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 259 *coni.* certamine). epist. 15, 5 furor (OROS. hist. 1, 9, 4 VITA Fulg. 14, 28). AMM. 14, 2, 14 sudoribus (COD. Theod. 7, 13, 16 INST. Iust. promulg. 1 CASSIOD. var. 2, 28, 1). 18, 1, 1 sollicitudinibus (22, 2, 2). 22, 10, 1 bellicis ... curis (*opp.* causae iudiciales. GREG. M. epist. 9, 141). CLAVD. carm. min. 30, 196. PS. RVFIN. in Ioel 3, 9/12 negotiis. COD. Theod. 6, 24, 2 armis ... et procinctibus bellicis. AVG. civ. 17, 18 bellica strage et excidio. 18, 2 vastatione. c. Faust. 22, 75 iussa. PS. AVG. serm. 49, 1 rumor. OROS. hist. 4, 11, 2 inpensis. VICTRIC. 26 adoreas et bellica facta. FVLG. myth. 1 praef. 7 bellici ... incursus. 8 *arva* bellicum robigaverat interdictum. BOETH. cons. 4, 7, 40 increpuit bellicus tumultus. GREG. M. epist. 5, 37 motus (*cf. p. 1824, 12—22*).

ars, virtus, laus, sim.: PLAVT. Epid. 450 arte duellica. LIV. 8, 6, 34 *aciem* omni arte bellica firmavit. APVL. Plat. 2, 25 PANEG. 12, 9 VEG. mil. 3, 9. 4, 30 *de libris quibus scientia traditur. passim.* APON. 6 p. 113. *cf. II p. 663, 58 sqq.* QVADRIG. hist. 7 virtute bellica. CIC. Mur. 22 de orat. 3, 136 (*add.* usum aliquem militarem ... aut iuris scientiam). Tusc. 1, 110 Lycurgum, Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria, Themistoclem, Epaminondam bellicae virtutis. NEP. Ages. 4, 2 LIV. 23, 45, 4 (*add.* militarem disciplinam). 37, 6, 5 maiora clementiae benignitatisque quam virtutis bellicae monumenta. 37, 12, 9 VAL. MAX. 2, 6, 3. 5, 1 ext. 1 CVRT. 9, 8, 5 SEN. Tro. 751 PLIN. nat. 33, 9 SVET. Aug. 38. FRONTO p. 120, 4 N. virtutes tuas bellicas et militaria facinora tua atque consulta. TRYPH. dig. 49, 15, 12 PANEG. 2, 9 (*bis*). 11, 25 virtutibus bellicis et laude militiae. AVSON. 419, 36 PRVD. psych. 208 AVG. civ. 19, 12. *cf.* LIV. 5, 26, 10 cognitae rebus bellicis virtutis. CIC. Flacc. 64 *Graecia* imperio et bellica laude floruit. Pis. 92 bellicae laudis victoriaeque ... insignia et monimenta. Brut. 84. 239 bellicas laudes (*opp.* dicendi gloriam). Marcell. 6. 9 off. 1, 78. CAES. Gall. 6, 24, 1 summam ... iustitiae et bellicae laudis gloriam. LIV. 9, 16, 12 vir ... dignus omni bellica laude non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens. 10, 3, 7 bellicis laudibus. 29, 1, 6 VAL. MAX. 2, 9 praef. SEN. Tro. 769 QVINT. inst. 4, 8, 20. PLIN. paneg. 16 innutritus bellicis laudibus pacem amas. FRONTO p. 120, 18 N. bellicae ... tuae laudis et adoriae ... ministros. PORPH. Hor. carm. 4, 4, 41 ⟨adorea⟩ laus bellica dicitur. IVST. 7, 2, 6 gloria bellicae laudis. SYMM. epist. 2, 13 (*opp.* civiles). ANON. de mach. bell. 1. CIC. off. 1, 61 bellicae gloriae. 1, 116 TAC. ann. 1, 52. IVST. 18, 7, 19 bellicae gloriae laudes. EVTR. 8, 19, 1. VAL. MAX. 3, 7, 5 bellica haec praesentia animi, togata illa. GELL. 20, 10, 10 cum vi bellica et cruenta. AMM. 24, 3, 7 bellicarum ... doctrinarum.

II *de animantibus*: *hominibus, diis*: PROP. 3, 14, 13 Amazonidum ... bellica ... turba (OV. fast. 3, 80 *Romanorum* bellica turba). OV. met. 2, 752 *Minerva* dea bellica (4, 754. 5, 46 fast. 3, 814 Pont. 4, 1, 32 HOMER. 394 STAT. Theb. 8, 588 SIL. 7, 459. *cf.* AMPEL. 9, 10 *de Minerva tertia*. FIRM. err. 17, 3 Minerva ... bellicum nomen). 3, 704 bellicus aere canoro signa dedit tubicen. fast. 2, 478 *Quirinus* bellicus ... deus. 3, 1 bellice ... Mars (PAVL. FEST. p. 178 SEN. Ag. 547 Phaedr. 550). VELL. 2, 38, 3 civitatis (*i. e. Romae*). SEN. Phoen. 541 agminis. LAVS Pis. 141 nec semper in armis bellica turba manet nec tota classicus horror nocte dieque gemit. PLIN. nat. 33, 153 bellicos (-cosos *Bamberg.*) imperatores. TERT. anim. 31 Euphorbum militarem et bellicam animam (*opp.* residem et inbellem). SPART. Carac. 6, 1 ducem. AVIEN. orb. terr. 854 Sarmata bellica ... gentis Amazonidum suboles. AVG. civ. 15, 8 iuventutis. *cf.* STAT. Theb. 4, 385 Ismara. *de bestiis*: LVCR. 2, 661 equorum duellica proles. PROP. 4, 4, 14 bellicus ... equus. CYPR. GALL. frg. 11 equorum bellica pubes.

neutr. pro subst.: **bellicum** (*sc. signum, classicum*): CIC. Mur. 30 aliqui motus novus bellicum canere coegit. orat. 39 Thucydides de bellicis rebus canit ... quodam modo bellicum (QVINT. inst. 10, 1, 33).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phil. 7, 3 bellicum me cecinisse dicunt; suscipiunt pacis patrocinium. LIV. 35, 18, 6 SEN. Thy. 187 QVINT. inst. 9, 4, 11. APVL. mund. 30 tuba bellicum cecinit (CYPR. epist. 30, 6 HIER. epist. 73, 2). IVST. 12, 15, 11. PANEG. 10, 18 bellicum strepunt nomina *Cheruscorum etc.* IVL. VAL. 2, 22 *Alexander* intonet bellicum. 2, 28 bellicum lituo praecinente. AMM. 26, 4, 5 bellicum canentibus bucinis (31, 6, 2. 31, 8, 10 *cf.* SEN. Thy. 553 cecinit ... bellum). SIDON. epist. 8, 6, 17 *eos* bellicum militarisque tessera terit. *nota*: HIER. in Eph. 6, 11 p. 670 nec bellicum aliquid nec tumultuosum agit. ANON. de mach. bell. 15 inter omnia quae adversum bellicum provida posteritatis cogitavit antiquitas (*cf.* LIV. 22, 25, 6 *p. 1811, 31*).

synonyma: cruentus (*v. p. 1812, 64*), hostilis (*cf. p. 1811, 50—52*). *ad II*: militaris (*cf. p. 1812, 15. 39. 42. 46. 1811, 18. 1812, 48*). *opposita*: civilis (*cf. p. 1811, 42. 48. 72. 1812, 19. 60*), domesticus (*cf. p. 1811, 16/17. 46. 48*), otiosus (*v. p. 1811, 44*), togatus (*cf. p. 1812, 63*), urbanus (*cf. p. 1811, 5—7*). *ad II*: reses, imbellis (*v. p. 1812, 76*). *B. A. Müller.*

Bellicus, -ī *nom. gent., cf.* Bellus. Bellius, Bellicius, Belliccus *al. fem. nominis gentilis non legi, at cognomen* Bellica *non semel invenitur* (*cf. infra*). *de quantitate* i *vocalis cf. W. Schulze, Eigennamen p. 42 adn. 4 et p. 292 adn. 1*: CORP. IV 2247 Bellícus hic futuit. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 131 (*Spoletii*) C. Bellíc⟨us⟩ Servandu⟨s⟩. CORP. VIII 940 C. Bellícus Apthon⟨etus⟩ imp. Caesare Tr⟨aiano⟩. C. Bellicus Natalis *cos. a. 68 p. Chr., cuius filius fort.* C. Bellicus Natalis Tebanianus *cos. a. 87. cf. Henze, PW. III 252* (*prior* Bellicius *nominatus* CORP. VI 30469. 33743). CORP. VI 1173 c C. Bellico Marcelli⟨no⟩. 11509 Bellicus Thalamus. XI 3618 (*Caere*). VIII 3521 (*in Lambaese*) Bellicus Maritus. *cogn.* (*et nom. singulare*) *praecipue in finibus Celtarum* (*et Illyriorum?*): CORP. III 4311 (*periit*) L. Antisti Belliciani vet(erani) leg(ionis) I adiut(ricis) ... Luci Antisti Bellicus mil. leg. II adiut. ... et Bellicianus mil. leg. s(upra) s(criptae). 4789 (*a. 189*) Bellicus Marini fil. 5123. 5570. 5811. 6376 (*Salonis*). 7435 (*a. 182, in Moesia infer.*). 7652 (*in Dacia*) Firminius Bellicus ve⟨t.⟩. 7912. 8140 (*in Moes. super.?*). 12014, 159 (*in vasculo*). 15205, 3 P. Iulius Bellicus dec(urio) alae Asturum II dec(urio) municipi Cl(audiae) Celeiae. TAB. cer. Dac. 7 (Corp. III p. 940) int. 4 de Bellico Alexandri. CORP. V 1127 (*Aquileiae*) *servus*. 5010 *miles*. 5662. 6795. XII 738. 1361 ⟨B?⟩ellicae flaminic⟨ae⟩ divae Aug. 1398 C. Blaesio T. f. Vol. Bellico. 2018 Valeri Bellinus et Bellicus. 2247 Attia Atticí fíl. Bellica, *neptis* Ingenuiae T. f. Bellicae. 2262. 2442. 2561 Q. Catius ⟨...⟩ f. Bellicus sacerdos. 3485. 5701, 51. 5686, 125 (*sed* a *habet* Bellicci). XIII 872. 1678. 1692. 2982. 5723. 6214 Maianus Bellici f. 10010, 280 of. Belic. of. Beli. 10029, 11 (*in fistula plumbea*). INSCR. Rhen. Bramb. 1107 CORP. VII 163. CORP. VI 8583. 13701. 24857. 24858 A. Postum⟨i⟩ Celeris Belliciani L. Postumiu⟨s⟩ Bellicus. 35539. X 2074 (*Puteolis*). II 3265. 4175. VIII 1143. 1525 M. Mattius M. f. Arn. Pullaienus Bellicus (1526 C.). 2254 (*Lambaese*) d 16 *miles* (2567, 15 C. Nonius ⟨B⟩ellicus Cas⟨tra⟩. 36 A. Geminius Bellicus Sicc(a). 3228. 4874 *miles*). 5036. 5790. 11917 Bellicus Maximí Nanní fil(ius). 11941. 12936. 16928. 16991 M. Licinius Bellic(us) Roman⟨i⟩ f. 16999. 17012. 19361. 22640, 76. MARTYROL. Hier. 4 Non. Mai. in Africa ... Bellici. 11 Kal. Iun. Bellici. **Bellicānus,** -ī *cogn.* CORP. VI 3628 L. Senti Bellicani opt(ionis) le⟨g. I⟩ It(alicae). *Jacobsohn.*

[**belliensis**] *v.* Veliensis. **Belliēnus** *v.* Bellius.

bellifer, -a, -um *a* bellum *et* ferre, *cf. c.* belliger. CLAVD. 18, 429 Italiam. SIDON. carm. 9, 74 (*de agro cui Iason draconis dentes mandat*) belliferas ... glaebas. ALC. AVIT. carm. 5, 373 belliferae ... cohortes.

[**bellifico,** -āre.] VINDIC. med. 7 *prosacines* sua virtute navim bellificantes (velificantem *Kroll*) opposito ore vel mordenti immobilem retinent. *B. A. Müller.*

Belligeni *dativus nominis viri cuiusdam Siculi* LIV. 26, 21, 13 Belligeni, per quem inlectus ad transitionem Moericus erat, quadringenta iugera agri decreta. *Jacobsohn.*

belliger, -a, -um [*a* bellum *et* gerere; *cf. c.* belligerare. *Th.*]. PRISC. gramm. III 497, 7 a bello compositum ... belliger. NOT. Tir. 23, 47. GLOSS. bellator, bellicosus, hostilis (II 411, 52), duellio vel qui bellum gerit (IV 591, 32), pugnator, vir fortis, vir fortissimus, πολεμικός. DIFF. ed. Beck p. 41, 4 *cf. p. 1810, 76* GRAMM. suppl. 100, 13. 101, 7. *legitur apud* OV. GERM. SEN. trag. LVCAN. VAL. FL. MART. AVIEN. CLAVD. CYPR. GALL. PRVD. DRAC. CORIPP. VEN. FORT., *saepissime apud* STAT. *et* SIL., *deest ap.* VERG. HOR. *et duobus locis exceptis* (AVG. c. Faust. 15, 6 p. 428, 93 SEDVL. epist. p. 6, 8) *apud scriptores.*

I *de rebus*: OV. ars 2, 672 belligeras ... manus. SEN. Phoen. 472 capitis. VAL. FL. 5, 617 labores (CARM. adv. Marc. 3, 104). MART. 5, 24, 11 Hermes belligera superbus hasta. STAT. Theb. 10, 28 tropaeis (silv. 4, 3, 98 belligeris ducis tropaeis). 10, 739 belligeri ... aequore campi (SIL. 4, 471). 12, 717 belligeras acies Martemque secundum miscuit. silv. 2, 3, 12 *cf. p. 1814, 11.* 4, 4, 72 actus. SIL. 1, 434 Gradivus ... belligero rapitur curru. 3, 162 mentem. 7, 292 ritus. 8, 260 debilis arte belligera Martemque rudis versare. 10, 249 belligero fera belua dente. 13, 362 aere belligero revocante. 14, 326 trabes. 16, 65 sonuit ... per auras pondere belligero pulsati tegminis umbo. 17, 490 stridens sub pondere belliger axis. PRVD. psych. 806 regni ... pacifer heres belligeri armatae successor inermus et aulae. CLAVD. 28, 621 lusus. CYPR. GALL. Ios. 147 clamorem. DRAC. Romul. 3, 483 fremitus. 9, 32 corpore. 9, 71 turbine. CORIPP. Ioh. 6, 502 tuba belligeros cecinit clangore tumultus. VEN. FORT. carm. 7, 21, 11 tempore (*opp.* pax).

II *de animantibus* (*diis*): GERM. 306 belligerum ... arcum (*i. Sagittarium, sidus caeleste*). SEN. Herc. f. 901 Pallas (MART. 7, 1, 1). Phaedr. 808 Martis (188 MART. epigr. 6, 1. *cf.* GERM. frg. 4, 32 his idem lentos signis ... supprimet ignes belliger). LVCAN. 1, 62 ferrea belligeri ... limina Iani (*cf.* STAT. silv. 2, 3, 12 belligerum Iani nemus). STAT. Theb. 7, 383 populator. 12, 546 Aegide. silv. 1, 1, 30 Pauli. 3, 2, 117 urbis conditor (*i. Alexander Magnus*). 5, 2, 147 deis. Ach. 1, 504 numen (*v.* DRAC. Romul. 5, 265). SIL. 1, 38 Hannibal. 2, 168 virgine *Asbyte*. 3, 124 viris. 6, 586 parentis. 10, 314 Samnis. 12, 748 Astur (*syn.* atrox, saevus). 15, 4 belligeri Mavortia pectora fratres. 15, 594 belliger ... scitusque accendere Martem floruerat primo clarus pugnator in aevo. 17, 300 belliger Appi. 17, 531 belligerae ... umbrae. AVIEN. orb. terr. 906 Scytha (*syn.* ferox, trux). 1102 Elani. CLAVD. 1, 74 Augustus. AVG. c. Faust. 15, 6 p. 428, 9 heroam (*paulo supra* regem sceptrigerum). SEDVL. epist. 1 p. 6, 8 miles. MEROB. poet. 19 ultor. DRAC. Romul. 8, 47 Memnone. Orest. 173 tyranni. CORIPP. Ioh. 2, 91 Austur. CARM. poet. min. V 81, 20, 4 Arabas. *de populis sim.*: OV. trist. 3, 11, 13 belligeris ... gentibus (SEN. Med. 64). SIL. 4, 163 turmae. CYPR. GALL. exod. 671 catervis. 1023 maniplis. *de bestiis*: LVCAN. 6, 84 belliger ... sonipes (ENNOD. carm. 2, 94, 1). STAT. Theb. 7, 461 equos (Ach. 1, 431). SIL. 11, 564 feram (*sc. elephantos*).

nude vel substantivi loco positum: STAT. silv. 4, 3, 159 laudum cumulo beatus omni scandes belliger abnuesque currus. 5, 2, 33. SIL. 3, 398 *rex* ter denos decies emensus belliger annos. 13, 532 belligeros dura Gradivi sorte creatos (*cf. vers. qui sequ.*). DRAC. Romul. 8, 328 belliger armipotens (Orest. 250). CORIPP. Ioh. 1, 540. 4, 480 belliger ipse. 7, 348. 7, 417 belliger ille terribilis. VEN. FORT. carm. 4, 4, 12 *de Christi milite*: domini belliger (*antea* tiro rudis). Mart. 1, 112 fortior. 1, 458 Martius ... chalybs, Martinus belliger armis. 2, 172.

synonyma: armipotens, atrox, ferox, Mavortius, pugnator, saevus, trux. *oppositum*: pacifer.

Belliger *cogn. vir.* CORP. V 1296 (*prope Aquileiam*) M. Mascellionius Belliger patronus.

belligerātor, -ōris *m.* [*a* belligerare. *Th.*]. GLOSS. II 411, 51 πολέμαρχος. *v. ibid.* 569, 45 *et Löwe, glossae nom. p. 23.* ITALA deut. 2, 14 (Lugd.) gens virorum belligeratorum (ἀνδρῶν πολεμιστῶν; VVLG. bellatorum) 2, 16 Lugd. (VVLG. pugnatores). VVLG. I Macc. 15, 13. 16, 4 (AVIEN. orb. terr. 583). AVIEN. orb. terr. 55 belligeratores ... Arimaspas. VEN. FORT. Mart. 3, 392. vita Hil. 5, 14 signifer belligerator. ITALA Ios. 8, 10 (Lugd.) populus belligeratorum (VVLG. pugnatorum). CLAVD. carm. min. 7, 1 Mars pater armorum, fortissime belligerator. AVG. civ. 18, 15. VEN. FORT. vita Marcell. 1, 4 belligerator expertus in armis. GLOSS. IV 211, 18 *et* 585, 49 *v. sub* Bessi.

belligero, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* belliger. *Th.*]. GLOSS. πολεμεῖν pugnare. *de origine voc. cf.* QVINT. inst. 9, 4, 39. *dep.* belligeror: HYG. fab. 274 p. 151, 9 *v. p. 1815, 10* RVFIN. Orig. in Ios. 18, 3. *in codd. confunduntur* belligerandi *et* belli gerendi: CAES. Gall. 6, 22, 3. 7, 63, 4. *incertum videtur, num de codd. lectionibus* HIRT. Gall. 8, 55, 2 *recte docuerint; cf. Nipperdey ad loc.* *legitur inde a* PLAVTO *et* ENN., *creberrime in* ITALA.

1 *proprie*: *i. q. bellum gerere, in bello esse*: PLAVT. Capt. 24 belligerant Aetoli cum Aleis (93 RHET. Her. 4, 11, 16 SVET. Aug. 94. ITALA Ios. 9, 2 Lugd. ἐκπολεμῆσαι Ἰησοῦν; VVLG. pugnarent contra. HYG. fab. 41 p. 70, 1). ENN. ann. 195 Vahl. non cauponantes bellum, sed belligerantes, ferro, non auro vitam cernamus utrique (*cf. Aeschyl. Sept. 528*). HIRT. Gall. 8, 55, 2 iure potius disceptandi quam belligerandi. LIV. 21, 16, 4 cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum. TAC. ann. 2, 5. 3, 73 adversum artes Tacfarinatis ... belligeratum (4, 46 adversum accolas). ITALA num. 21, 1 (Lugd. ἐπολέμησε; VVLG. pugnavit contra). iud. 12, 3 (Lugd. παρατάξασθαι ἐν ἐμοί; VVLG. adversum me consurgatis in proelium). deut. 3, 22 (Lugd.). Ios. 11, 23 (Lugd.) terra cessavit belligerare (VVLG. quievit ... a proeliis). iud. 1, 5 (Lugd.) belligeraverunt ad eum (παρετάξατο; VVLG. pugnabat contra. ITALA iud. 12, 4 [Lugd.]). 1, 8. 2, 18 (πολιορκούντων). 11, 8 belligeravimus in filiis Ammon (VVLG. pugnes contra). 11, 27 (παρατάξασθαι; VVLG. indicens mihi bella non iusta). VVLG. Mich. 4, 3 non sumet gens adversus gentem gladium et non discent ultra belligerare. BARNAB. 16, 4 dum ... belligerarent (διὰ τὸ πολεμεῖν). PORPH. Hor. carm. 4, 4, 1 belligerantis Drusi. COMM. instr. 2, 22, 1 LACT. inst. 5, 17, 11. epit. 66, 2 civitates inter se belligerabunt (*syn.* arma tractare). AVG. civ. 4, 15 belligerare et perdomitis gentibus dilatare regnum. 4, 21. 7, 14 *Mercurium et Martem* sermocinandi et belligerandi administros. 19, 7 belligeratur *ab humano genere.* 19, 12 *v. p. 1815, 25.* c. Faust. 22, 75. LIB. iubil. 46, 16 (*cf.* BIBL. exod. 1, 10) belligerabunt ... ipsi nos (*acc.*) super inimicos nostros. CASSIOD. var. 12, 5, 4 dum belligerat Gothorum exercitus, sit in pace Romanus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de diis inter se vel cum hominibus pugnantibus: PLAVT. Persa 26 disne advorser? quasi Titani cum eis (*sc. dis*) belligerem? SCHOL. Verg. Veron. Aen. 4, 178 (*ex Aspro*) adulter⟨asse⟩ deos ⟨inter se⟩ et belligerasse. COMM. instr. 1, 12, 3 belligerans contra Titanas. AVG. civ. 4, 7 inter se belligerant (*ibid.* habent … inter se inimicitias). DARES prol. p. 1, 16 deos cum hominibus belligerasse.

2 *translate vel in imagine*: *de hominibus singulis inter se pugnantibus*: PLAVT. Truc. 628 belligerandum est tecum. HYG. fab. 79 p. 81, 11 ad Helenam Castor et Pollux … belligerarunt (*an in gr.* πρὸ Ἑλένης, *corrupt. in* πρὸς Ἑλένην?). fab. 274 p. 151, 9 Belus … gladio belligeratus est (*antec.* fustibus dimicaverunt). VVLG. Iac. 4, 2 litigatis et belligeratis (ITALA cod. ff rixatis et pugnatis). ITALA apoc. 13, 4 (Primas.) quis potest belligerare (VVLG. pugnare) cum ea (*bestia*)? *de hominibus contra res pugnantibus*: PLAVT. Truc. 183 cum geniis suis belligerant. CIC. p. red. ad Quir. 19 nobis … cum fortuna belligerandum fuit. *inde apud christianos*: AVG. civ. 20, 8 cum quibus (*hominibus*) ei (*diabolo*) belligerandum fuit. c. Iul. 3, 21, 43 *pudicitia coniugalis* belligerat … contra carnalem concupiscentiam (*cf. quae seq.*). 3, 21, 50 *cum concupiscentia* carnis … belligerent. AVG. epist. 243, 8 (Migne 33, 1057) *ecclesiae* abortivi … filii adversus eam infrenis armis belligerare non dubitent. PS. RVFIN. in psalm. 9, 7 cum suis vitiis belligeraverit. CARM. epigr. 712, 14 bella gerens carnis pestifera vitia contra belligeransque palam saevissima proelia vicit.

fere proverbialiter: AVG. civ. 19, 12 omnis … homo … belligerando pacem requirit, nemo autem bellum pacificando.

structurae: *sequitur* cum (*saepe*), ad (ITALA; *cf.* HYG. fab. 79 *p. 1815, 9*), adversus, in *c. abl.* (ITALA), *acc.* (LIB. iubil. 46, 16 *v. p. 1814, 82*).

synonyma: adversari, dimicare, bellum gerere, habere inimicitias, litigare, pugnare, rixare, arma tractare. *opposita*: esse in pace, pacificari. *cf.* tumultuari: *v. p. 1814, 65*. *B. A. Müller.*

Bellinciona *v.* Bilitio. **Bellinia** *v.* Bellinus.

Belliniccus *v.* Beliniccus.

Bellintum *mutatio in Gallia Narbon.; cf. PW. III 254.* ITIN. Burdig. 553, 4 mutatio Bellinto.

1. Bellinus, -a *cogn., cf. c.* Belenus (Belinus). CORP. XII 1866 *Attius* Bellinus *libertus.* 2002 T. Servilius Bellinus. 2018 Valeri Bellinus et Bellicus. 3748 T. Messi Bellini. XIII 2512 (*apud Ambarros*) Sextilius Bellinus. 2698 (*Augustoduni*) Bellina Magi. 5281 (*August. Rauric.*) d. m. Bellinus Divixt. filio. 5498 Balinis Bellini filia (*lect. inc.*). 6628 (*Germ. super., a. 181*) C. Iu⟨l.⟩ Bellin⟨u⟩s et C. Iu⟨l. M⟩ontanus *beneficiarii cos.* 10017, 3. III 10884 (*Pann. sup.*) Iul(io) Bellino. V 8122, 3 (*mus. Taurin., in manubrio paterae argenteae*) Bellini. VII 430 ⟨. . .⟩ Bellinu⟨s⟩. *adde* HIST. Brit. chron. min. III p. 162 Bellinus *rex Britonum.* *cf.* PLVT. Pomp. 24 (*v. p. 1816, 37*). *?***Bellinia** *nom. gent.* CORP. VIII 12075 Bellinia Rogata (*sic Cagnat,* Belliena *Poinssot*). *Ihm.*

2. Bellinus *v.* Belenus.

bellio (-ōnis) *f.* [*fortasse a* bellus. *Th.*]. *herba*: PLIN. nat. 21, 49 *flore* luteo et bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis. 1, 21, 25.

Belliolus *v.* Bellius. **Belliosa** *v.* Bellius.

bellipotēns, -tis *a* bellum *et* potens. PRISC. gramm. III 497, 7 a bello compositum bellipotens. NOT. Tir. 41, 19. GLOSS. IV 585, 35 qui potestatem habet belli. *vocabulum poeticum et nude et attributi vice positum inde ab* ENN. *legitur semper primo vel secundo hexametri pede.*

de hominibus: ENN. ann. 181 Vahl. stolidum genus Aeacidarum: bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes. CLAVD. 7, 144 bellipotens Stilicho. carm. min. 30, 40 bellipotens … avus. SYMPH. 292 bellipotens olim, semper metuendus in armis *miles.* DRAC. Romul. 8, 318 bellipotens … propago. 8, 319 Aiax. 9, 141 bellipotens … dux (*coni.* animos … feroces). Orest. 27 bellipotens … princeps. *de diis*: VERG. Aen. 11, 8 (*de Marte*) magne … bellipotens (VAL. FL. 1, 529 HOMER. 532 STAT. Theb. 3, 292. 3, 577. 8, 384 stat medius campis … cuspide sicca bellipotens. 9, 832. silv. 1, 4, 34 accipit omni exuvias Diana tholo captivaque tela bellipotens. 5, 2, 179 Ach. 1, 443 SIL. 10, 547 FIRM. err. 12, 8 ANTH. 272, 1 GLOSS. V 271, 14). STAT. Theb. 2, 716 (*de Minerva*) diva ferox … decus ingeniumque parentis bellipotens (DRAC. Romul. 4, 42 GLOSS. V 271, 14). TERT. adv. Marc. 1, 6 *deum* alterum … ferum, bellipotentem, alterum mitem, placidum. 3, 14 bellipotens et armiger Christus. 3, 21 Christum non bellipotentem, sed paciferum. *de rebus*: ENNOD. carm. 2, 111, 1 dextera bellipotens.

bellis *f.* [*orig. inc., nisi a* bellus *derivatum* est. *Th.*] *herba*: PLIN. nat. 26, 26 bellis in pratis nascitur flore albo, aliquatenus rubente (1, 26, 13).

Belliso *v.* Belsinum.

bellisonus, -a, -um *a* bellum *et* sonus *vel* sonare. PAVL. NOL. carm. 26, 425 bellisono venientes flumine pugnas. DRAC. Orest. 634 non indice cornu classica bellisonis quatient clangoribus auras.

Belliternus *v.* Velitrae. [*B. A. Müller.*

Bellitiona *v.* Bilitio.

bellitūdo, -inis *f. a* bellus. PAVL. FEST. p. 35 bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit (PLAVT. frg. inc. 68). *Ihm.*

Bellius, -a *nom. gent., pars exemplorum originis Celticae, ut videtur. cf.* Bellus, Bellicus *et nom. gent.* Balbius *cum* Balbus, Balbicus *al.* (*v. Schulze, Eigennamen p. 43 sq.*), *sed etiam* Belleius, Bellenius. CIC. orat. 153 quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum, duis bis, sic Duellium eum qui Poenos classe devicit Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duelli. CORP. III 2591 (*Salonis*) Bellia Chrysorhoe. 5155 (*Celeiae*). CONST. veteran. 178 p. 1993 extr. 29 C. Belli Vrbani *et saepe.* CORP. V 5387 Suadillae Belliae Cripponis f. V suppl. ital. 1080, 108 (*Aquileiae*). XII 3470. XIII 2079 (*Luguduni*) C. Belli Bellioli … C. Bellius Octavius pater et … Bellia Octaviola soror. 2486 (*apud Ambarros*). 6159. 10010, 285 (*in vase*). CORP. VI 4370 (*e columbar.*) Belliae Sympherusae. 18889. 34677. XIV 1624 (*Ostiae*). COD. Iust. 8, 13, 4 (*a. 208*) Bellio. *cogn.*: CORP. XIII 2000 (*Luguduni*) Numonia Bellia … Num⟨o⟩nia Belliosa *filia.* VI 13034 Aurelius Bellius et Aurelia Aquillia. **Belliolus,** -ī *cogn. vir.* CORP. XIII 2079 (*Luguduni*) *cf. supra l. 13.* **Belliosa,** -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 2000 *supra l. 17* (*cf. W. Schulze, Eigennamen p. 285*). **Bellēius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 4263 (*in columbar.*) Belleiae Musice. 13537 C. Belleio Claudiano … C. Belleius Ponticus et Claudia Nice filio. 27923 (*periit*). IX 2188 (*Caudii*) Belleiae Restitutae. **Bellēnius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 1057, 4, 97 (*a. 211*) L. Bellen(ius) Commodus *miles* (1058, 7, 40). 1058, 5, 56 C. Bellen. Saturninus *miles.* 7518 Bellenia Parthenope. XIV 246, 3, 19 (*Ostiae, a. 140*). 692 C. Bellenio Triumpho Laberiano Bellenius pater fil(io). VIII 1799 *Belenia* Fabia. 4695 Q. Bellenius Secundus. *cogn.*: CORP. VI 10215 P. Aelio P. fil. Bellenio Aristoni … P. Aelius Bellenius Aristo filius. **Bellēnus,** -ī PAPYR. Wessely Wien. stud. 24 p. 109 (*a. 99*) Λουκίωι Βελλήνῳ Γεμέλλῳ. **Belliēnus,** -ī *nom. gent., cf.* Billienus. PRISC. gramm. III 497, 3 Bellienus quoque proprium a bello est derivatum. SALL. Iug. 104, 1 Marius … Sullam ab Vtica venire iubet, item L. Bellienum (bellienum, belligenum *codd.*) praetorem. *fort. idem* ASCON. tog. cand. p. 81 L. quoque Bellienus damnatus est, quem Cicero ait avunculum esse Catilinae (*cf. Klebs, PW. III 253*). PLVT. Pomp. 24 ἥρπασαν δέ ποτε καὶ στρατηγοὺς δύο Σεξτίλιον καὶ Βελλῖνον ἐν ταῖς περιπορφύροις. CORP. X 2165 L. Bellienus Genialis … Fania Sicundina coniugi. *cognominis vice fungitur*: CIC. Font. 49 M. Fonteius … legatis suis, primariis viris, C. Annio Bellieno et C. Fonteio negotium dedit. **Bellonius,** -ī *nom. gent.* CORP. XIII 6488 L. Bellonius Marcus. *cf.* XI 1015 (*prope Regium Lepidi*) Belloni⟨us …⟩. *cogn.* (*an* Bellonus?): CORP. VI 6915 (*in monumento vineae aquariorum*) T. Apsuleni T. l. Belloni. **Bellicius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 1279 ⟨Bell⟩íci Secundi *testimonium non sufficit ad probandam* i *longam.* *pars exemplorum fortasse a Celtis et Illyriis originem habet. cf.* Bellicus. *nobiliores*: Bellicius Sollers *cos. suff.* '*Traiano ut videtur imperante*' (*cf. PW. III 252*). CORP. III 13250 *fortasse idem* CORP. XV 887, a (*in lateribus, aetat. Hadr.*) L. Bellici Sollerti(s) (Vellici *b, e*). CORP. III 12116 ⟨…⟩cius T. f. Cl. Dexter Augus⟨tanus Alpin⟩us Bellicius Sollers Metilius ⟨…⟩us Rutilianus … leg. Aug. pr. pr. prov⟨inciae⟩ Ciliciae *cons.* Q. Pompeio Q. f. Quir. . . Alpino Bellicio Sollerti *cons. a. 169.* CORP. XII 1853 (*litteris bonis*) C. Bellico Calpurnio Torquáto cós. C. Bellicius Torquatus Tebanianus *cons. a. 124 cf.* C. Bellicus Natalis Tebanianus *p. 1813, 24* (*Klein, fasti consulares p. 61*). *idem* CORP. XII 169 ⟨C. B⟩ellicio Fla⟨cco …⟩. XIV 51 C. Bellico Torquato. C. Bellicius Torquatus *cos. a. 143. fort. idem cos. a. 148. cf.* INSCR. graec. ad res Rom. pertin. I 698 (*in Thracia*) Βελλικίῳ Τορκ⟨ουάτῳ Τηβανι⟩ανῷ. CORP. XV 7417 (*in fistula*) C. Bellici Calpurni Apolausti. VI 1058, 7, 148 (*a. 210*) M. Bellic(ius) Pacorus. 32658 M. Bellici Valentis *praetor.* 13538. 13539—13542. XV 2418. 7129 (*aetate fort. Trai.*) Belliciae Modeste v(irginis) V(estalis). XIV 326, 8. 693. IX 1942 (*Beneventi*). 3715 (*Marruvii*). X 2416 (*Puteolis*). XI 685 (*in titulo pravae auctoritatis*) C. Bellitii C. f. Trom. Felicissim(i) … C. Bellitius Felix nep(oti). 6311 (*Pisauri*). 6700, 135 (*in vase Arretino*) Bellici. V 3515 (*Veronae*) L. Bellici Anthí et Belliciae Myrtidis. V suppl. ital. 957. XIII 3707 *in antica* b 13 C. Bellicius Cossus. 5499 Bellicia Bellici soror. 10022, 44. 45. III 4839 (*in Norico*) Bellicius Statutus de alae I. Thrac. 5425. 5493. 5813 C. Bellicius Ingenuus II. vir Cl(audiae) Cel(siae). 5589 L. Bellicio L. f. Quartioni decurioni Iuvavensium … Bellicius Seccio et Bellicius Achilles. 6211 (*in Moes. infer*). 14409. CONST. veteran. 254 p. 2004 extr. 27. CORP. III 4929 (*Viruni*) Bell(iciae) Autetae. 11504 M. Bell(icius) Saturninus trib. chor. I Fl. Brit. … cum Bell. Saturnina Bel. Finitian. fi⟨li⟩is. VIII 1287 L. Bellicius Bellicianus … Bellicius Repostus. *christiani*: AMBR. epist. 79. 80. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 94ᴬ episcopus Teleptensis. 4, 147ᶜ. *cogn.*: CORP. VI 31959 ⟨…⟩rius Bellicius v. c. praef. urb. 3194 T. Aur(elio) Bellicio eq(uiti) sing(ulari) Aug. CORP. graec. II 3665, 50 (*Cyzici*) *M. Οὔλ(πιος) Κλ(αύδιος)* Βελλικιος Εὔκρος Σελεύκου. *Jacobsohn.*

bello, -āvī, -ātum, -āre *a* bellum. GLOSS. πολεμεῖν, dimicare, expugnare, inire bellum, pugnare. *deponens* bellor, -ārī (NON. p. 472 SERV. Aen. 1, 4 PRISC. gramm. III 364, 11 *et passim ap.* gramm.): VERG. Aen. 11, 660 pictis bellantur Amazones armis. SIL. 2, 349 *v.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1818, 44. COMM. instr. 1, 33, 8 *v. p. 1819, 29.* bellantes, -ium *vice substantivi*: IVST. 39, 3, 8 ITALA psalm. 55, 3 (Hier. epist. 106, 32) *et* VVLG. (*syn.* inimici. *v.* ITALA Veron.). VVLG. II par. 11, 1 (*cf.* VVLG. I reg. 18, 5 viros belli). PAVL. MED. bened. 2, 3 AVG. civ. 19, 12 MART. CAP. 2, 149 DRAC. laud. dei 3, 547 (*cf.* 1, 231 miles; 2, 25 militia). IORD. Get. 102 CASSIOD. in psalm. 77, 67 *al.* *gen.* bellantum: VERG. georg. 3, 183 Aen. 12, 400 SIL. 5, 127 *al.* AVG. civ. 4, 2 p. 147 (*pars codd.*), *cf.* GLOSS. *legitur inde a* PACVV. *et* BIBAC.

I **proprie:** 1 *i. q. bellum gerere, in bello esse*: QVADRIG. hist. 41 inimiciter tecum bellare studemus. *sim. seq.* cum (*cf. sub* 2): CIC. Verr. 5, 72 Mur. 32 Arch. 27 prov. 32 Phil. 11, 6 NEP. Timol. 2, 3 reg. 2, 2 Hann. 1, 3 HYG. Gell. 10, 16, 15 LIV. 6, 42, 4. 8, 2, 13. 9, 17, 2 *et saepe.* VELL. 1, 12, 6. 2, 98, 2 POMP. TROG. Iust. 38, 7, 10 CVRT. 8, 12, 12 PLIN. nat. 7, 213 TAC. ann. 4, 43 RVF. FEST. 3. CIC. Manil. 32 longe a domo bellare et propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere (*cf.* NEP. Them. 9, 2 *infra l. 29*) rep. 2, 26 *animos* ardentis consuetudine et cupiditate bellandi mitigavit *Numa* (NEP. Ham. 1, 3. Hann. 2, 1 *syn.* arma ... inferre. FRONTO p. 206, 13 N. longa desuetudine bellandi miles ... ad ignaviam reductus). 2, 27 *animos* studiis bellandi ... immanis ac feros (CAES. Gall. 3, 17, 4 spes praedandi studiumque bellandi. SIL. 14, 44). rep. 3, 15 bellandi causam (SALL. epist. Mithr. 5 NEP. Ham. 3, 1 POMP. TROG. Iust. 38, 5, 10 SEN. Herc. O. 424 IVST. 31, 4, 7). off. 1, 80 bellandi ... fuga (*antecedit* decertandi fortitudo). CAES. Gall. 1, 2, 4 bellandi cupidi. 4, 1, 4 *armatos* bellandi causa ... educunt (LIV. 34, 41, 3). civ. 3, 50, 1 in novo genere belli novae ab utrisque bellandi rationes reperiebantur. BELL. Afr. 31, 4 scientia bellandi. 61, 5. 73, 1 pristina bellandi consuetudine (CIC. rep. 2, 26 *v. supra l. 17*). 73, 2 copias in Gallia bellare consuetas. NEP. Them. 5, 1. 9, 2 adversum patrem tuum bellare patriamque ... defendere. *sim. seq.* adversus, -um: LIV. 8, 6, 15: 9, 42, 9 pro Samnitibus adversus Romanos. 38, 8, 7. 44, 30, 1 PAVL. FEST. p. 119 TAC. hist. 1, 56 ann. 12, 62 ITALA Is. 41, 12 (Hier. *in loc.* p. 950) Ier. 15, 20 (Hier. *in loc.* p. 950) *et* VVLG. EVTR. 7, 4 HIER. hom. Orig. in Ezech. 13 p. 99^A. VVLG. Ier. 1, 19 (ITALA Lucif. non parc. 14 p. 238, 8 pugnabunt). Is. 41, 12. AVG. civ. 3, 11 SVLP. SEV. chron. 1, 24, 1. 1, 45, 5. 2, 19, 4. NEP. Con. 2, 2. Epam. 8, 5 bellare destitit (Hann. 1, 3 LIV. 34, 41, 5 desitum bellari). SALL. hist. frg. 1, 32. VERG. georg. 3, 183 (*cf.* 3, 179). Aen. 8, 400. 11, 256 mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis. *sic saepius.* bellando *fere i. q. bello*: VERG. catal. 9, 53 aliam ex alia bellando quaerere gentem. OV. epist. 3, 122 parta ... bellando gloria (*cf.* 3, 115 pugnare, 123 fera bella). MELA 3, 26 STAT. Theb. 5, 76 SIL. 15, 36. VVLG. Ios. 11, 19 (*cf.* ITALA Lugd.). VEG. mil. 1, 28 AVG. civ. 2, 25. 18, 2. 18, 22. quaest. hept. 6, 17 p. 433, 12 ad nullam civitatem bellando accessit ... quam non ceperit. TIB. 1, 1, 53 bellare ... terra ... marique. HOR. carm. 3, 2, 7 matrona bellantis tyranni. carm. saec. 51 bellante prior, iacentem lenis in hostem. OV. fast. 5, 574 bellandi ... auctor. LIV. 2, 54, 1 non ... bellatum *est. sim.* 3, 23, 4. 3, 71, 6. 5, 23, 2 varie. 5, 28, 5. 6, 42, 4. 7, 15, 9 vario eventu. 7, 29, 1 *al.* 22, 9, 10 prospere. 27, 5, 1 annos prope sexaginta in Sicilia terra marique magnis saepe cladibus bellatum. 29, 14, 1 *al.* 33, 12, 7 ad internecionem. 43, 4, 5 crudelius avariusque. *saepius.* TAC. hist. 1, 56. 1, 89 ann. 2, 13. 2, 26 RVF. FEST. 3 EVTR. 7, 4 AVG. civ. 3, 11. 16, 3 SVLP. SEV. chron. 1, 24, 1. 1, 45, 5. LIV. 7, 27, 7 ferocior ad rebellandum quam ad bellandum gens. 8, 37, 2 arrecti ad bellandum animi. 9, 18, 9. 9, 19, 6. 21, 53, 5. 27, 12, 13 si uno proelio haud incruentus abeat, quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum. 32, 21, 18. 32, 33, 12 acie bellare ..., urbibus parcere. 35, 45, 4. 36, 7, 20 (*ibid.* non omnis peritissimus ... belli, cum Romanis certe bellare ... didici). 38, 13, 11 feroces ad bellandum ... viros (*cf.* 7, 27, 7). 40, 38, 5 vires ad bellandum. 40, 47, 3. 42, 59, 10. 45, 36, 4 militiam ... horridiorem asperiorem⟨que⟩ bellantibus, eandem victoribus inopem atque inhonoratam futuram. VELL. 2, 41, 1 celeritate bellandi. 2, 49, 4. CVRT. 7, 8, 21. MELA 1, 93 Achivorum bellantium statio. 2, 12. SEN. nat. 1 praef. 11 navigatis ... bellatis. LVCAN. 1, 283 PETRON. 115 illum bellantem arma decipiunt. PLIN. nat. 5, 11 Romana arma ... in Mauretania bellavere. STAT. Theb. 4, 210. 5, 744. 12, 573. Ach. 1, 494 huic bellare cupido praecipua. SIL. 1, 32 bellandi ... furore. 5, 100 bellandum est astu; levior laus in duce dextrae. 5, 127. 5, 565 veterem bellare Labicum (6, 616 bellandi vetus. 14, 277 bellare ... docilis). SIL. 7, 92 arte bellandi (FRONTIN. strat. 1, 8, 2 neque virtute neque artibus bellandi. IVST. 19, 1, 1. FLOR. epit. 1, 3, 1 militarem disciplinam artemque bellandi. RVFIN. Orig. in gen. 17, 5 virtute bellandi. PS. RVFIN. in Am. 2, 13/16. *cf. p. 663, 74*). SIL. 8, 26 praecepta modumque bellandi (16, 91). 8, 495/6. 9, 194 bellandi merces ... gloria. 12, 389 dictis bellantum aequare calorem. 14, 272. 15, 267. 15, 643 suetus ... bellare. 16, 564 laetus bellare Latinis. 16, 694. QVINT. inst. 10, 1, 114 decl. 255 p. 46, 4 propositum bellandi. FRONTIN. strat. 1, 8, 7 calliditatem et peritiam bellandi. TAC. Agr. 31 in libertatem, non in patientiam bellaturi (in poenitentiam laturi *codd.*) *cf.* hist. 1, 89 in unius ... decus. 2, 7. 2, 40 *v. p. 1819, 72.* 2, 94 pro Vindice (3, 72. 4, 20 ann. 2, 44). 4, 55 per Gallias. ann. 12, 60. 14, 35 solitum ... Britannis feminarum ductu bellare. SVET. Iul. 35 *Pharnacem* occasione temporum bellantem (rebellantem *Bentley*). FLOR. epit. 2, 10, 1. ITALA I Macc. 3, 10 (Sangerm. 15) virtutem multam et magnam ad bellandum contra Israel. VVLG. deut. 20, 19 III reg. 12, 24. 22, 6 ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum (πόλεμον; *cf.* 22, 4 ad proeliandum. ITALA Lucif. reg. apost. 8 p. 54, 13 in pugnam. *cf.* BIBL. II par. 18, 5. 14). VVLG. Ier. 34, 1 populi bellabant contra Ierusalem (*sim. seq.* contra: ITALA I Macc. 3, 10 [Sangerm. 15] *v. l. 2.* VVLG. Is. 37, 9 RVF. FEST. 3). II Macc. 10, 15 bellare tentabant (ITALA Ambros. bellum parare). COMM. instr. 1, 34, 12 bellatur ibi (*sc. apud paganos*), dein canta⟨n⟩tur pro psalmis amore⟨s⟩. TYCON. reg. 4 p. 54 bellantium est mos fortibus fortes opponere. AVSON. 1, 5 bellandi fandique potens. DICT. 6, 2. AMM. 31, 15, 10 *v. infra l. 72.* CLAVD. carm. min. 30, 222. RVFIN. symb. 2 instituta bellandi. PS. RVFIN. in Ioel 3, 13 instar bellantium ducum. AVG. civ. 3, 13 *Sabinae* sociatae bellantibus Romanis. 4, 2 vastationes eversionesque bellantum. 4, 15. 15, 4 terrena civitas ... adversus se ipsam ... dividitur litigando, bellando atque pugnando (*ibid.* adversus alteram sui partem bellando surrexerit). *ibid. ad pacem* pervenire bellando. 19, 12. 19, 7. 19, 12 bellantium saevitia. quaest. hept. 6, 10 p. 428, 21 ei bellare fas est. MEROB. poet. 150. COD. Theod. 13, 1, 7 sudore bellandi. *nota*: FLOR. epit. 4, 12, 40 sub meridiano tumultuatum magis quam bellatum est. LIV. 34, 13, 5 praedonum magis quam bellantium militastis more. *cf.* DRAC. laud. dei 2, 294 bellator ... pirata.

2 *fere i. q. pugnare, in pugna esse*: PACVV. trag. 168 (Non. p. 234) quod ego in acie †celebro obiectans vitam bellando aptus sum. BIBAC. carm. frg. 16 exsuscitat acris ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes. CAES. civ. 2, 16, 3 pari ... condicione ex muro ac turribus bellandi data. 3, 50, 1 *cf. p. 1817, 26.* BELL. Hisp. 31, 3 ex utroque genere (*sc. congressu et clamore*) ... parem virtutem ad bellandum contulissent. BELL. Afr. 61, 5 *et* 73, 1. 2 *cf. p. 1817, 27.* VERG. georg. 3, 183 *v. p. 1817, 38.* Aen. 1, 466 bellantes Pergama circum ... Grai. 11, 660 pictis bellantur Amazones armis. 12, 400 clamor bellantum iuvenum et duro sub Marte cadentum. HOR. carm. 3, 2, 7 *v. p. 1817, 46.* OV. met. 5, 101 *Emathion*, quoniam prohibent anni bellare, loquendo pugnat. LIV. 9, 41, 4 neque eius pugnae memoria tradita foret, ni Marsi eo primum proelio cum Romanis bellassent. 10, 30, 4 quo *die* in Sentinati agro bellatum. CVRT. 8, 14, 11. SEN. Phaedr. 545 manu bellare nuda saxaque et ramos rudes vertere in arma. LVCAN. 3, 557 Romana ratis stabilem praebere carinam certior et terrae similem bellantibus usum. VAL. FL. 6, 373 has ... contra bellabimus? (*cf.* 6, 338). HOMER. 908 in mediis bellatur gurgitis undis. 927 non saeva fatigant pectora *Achillis* bellando. STAT. Theb. 3, 313 Tyriis sub moenibus ambae bellabunt gentes. 8, 142. 8, 505 me fulmina *Iovis* contra ... ruere et magno bellare parenti. 8, 728. 9, 320 gaudebat ... bellare ... Crenaeus in undis. 9, 710. 791. SIL. 2, 349 *turmae* nudis bellantur equis. 3, 235 rudis his tum parma, brevique bellabant ense (*cf.* 3, 237). 4, 674. 4, 755 bellandi tempus (DICT. 2, 38. 2, 41). 5, 430. 9, 415. 10, 120. 12, 277 vivis avulsa ... tegmina bellantum. 14, 323. 15, 235. TAC. Agr. 35 legiones pro vallo stetere ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellandi (-ti *Rhen.*) et auxilium, si pellerentur. Germ. 7 *deum* adesse bellantibus. hist. 1, 1 bellatum apud Actium. ann. 1, 64 operantium bellantiumque clamor. 6, 35. ITALA iud. 1, 3 (Aug. quaest. hept. 7, 2 p. 450, 1) quis ascendet nobiscum ad Chananaeum dux ad bellandum in eo (παρατα ξώμεθα, VVLG. ascende ... et pugna contra). Zach. 10, 5 (Hier. *in loc.* p. 871). VVLG. deut. 3, 1 egressus ... Og ... in occursum nobis cum populo suo ad bellandum. 20, 9 unusquisque suos ad bellandum cuneos praeparabit. Ios. 14, 11 *iuventutis* in me ... fortitudo ... perseverat tam ad bellandum quam ad gradiendum (*cf. Graec. et* ITAL. Lugd.). iud. 5, 14 exercitum ducerent ad bellandum. 21, 22. I reg. 4, 9. II reg. 11, 17 bellabant adversum Ioab (ITALA Vind. 17 pugnaverunt cum). III reg. 22, 6 *v. supra l. 2.* Is. 41, 12 (41, 11 pugnant). PORPH. Hor. sat. 1, 7, 10 eadem pertinacia ... mali homines inter se contendunt, qua bellant viri fortes. IVST. 7, 2, 9. 20, 5, 5 ei ... vel in acie bellanti vel de tergo intentis in proelium hostibus. IVL. VAL. 3, 6 neglecto ... opere bellandi. 3, 7 p. 117, 15 genera bellandi (DICT. 3, 1). ITIN. Alex. 9 (*bis*). 26 DICT. 2, 39. 3, 5 quos adversum bellabat. 3, 6 vir egregius bellandi (4, 13. 4, 15 gentem fortissimam et inclitam bellandi). 4, 1 concessa bellandi requie (4, 10). 4, 2. 4, 5. 4, 9 lacessentes ... ad bellandum Troianos. 4, 17 signum bellandi. 4, 19 egresso utrimque milite ad bellandum. AMM. 16, 12, 32 bellandi usu diutino callentes (31, 5, 10 *cf.* 31, 2, 25). 16, 12, 41 munia subeunda bellandi. 20, 11, 19 ardore bellandi (22, 12, 2 desiderio). 31, 15, 10 bellandi apparatu praestructo. VEG. mil. 1, 11 *tiro* palum omni impetu, omni bellandi arte temptaret (1, 13. 2, 18 omni armorum disciplina vel arte bellandi). SVLP. SEV. chron. 1, 17, 2 Iesum bellantibus praefecisset (*syn. ibid.* suis in proelium eductis). ENNOD. opusc. 2, 4 p. 288, 19. 2, 6 p. 289, 6 mucronem acuunt ex aequo venientia vota bellandi. IORD. Get. 102 aciem ad bellandum construxerant. CORIPP. Ioh. 1, 532 *fallacia* timidos bellare facit. *nota*: SIL. 7, 329 bellantem somnum *Maraxis* (*qui proelia somniatur*). 11, 522 *de Cannis*: Ausonia ... sonitu bellantis (*Hannibalis*) fusa per agros. *in ludo latrunculorum*: OV. ars 3, 359 bellator ... sua prensus sine compare bellat.

de deorum cum hominibus vel inter se bellis: CIC. Cato 5

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gigantum modo bellare cum dis. AETNA 60 (*de bello Giganteo*) in bellandum quae cuique potentia divum in commune venit. GERM. 556 Titania ... proelia commisit divorum laetior aetas bellantem comitata Iovem. STAT. Theb. 1, 229 quis ... nesciat ... *Thebis* totiens excitam a sedibus imis Eumenidum bellasse aciem? 7, 321 furit amnis *Asopos* et astris infensus bellare parat (*sc. contra superos*). 9, 439 non spumifer altius Hebrus Gradivo bellante rubet. 12, 787 thyrso bellante subactus ... Ganges (AVG. civ. 18, 13). *v.* LACT. inst. 1, 3, 17 bellantes inter se deos *apud Troiam. cf.* SIL. 1, 137 *v. l. 46.*

II *translate vel in imagine*: 1 *pugnant homines*: a *inter se*: *de certamine singulari*: MANIL. 5, 180 bellantem ... puellam vincentemque viros. PLIN. nat. 7, 200 IVL. VAL. 3, 8 VVLG. gen. 49, 5 DICT. 4, 6 IORD. Rom. 331. *de agone*: STAT. Theb. 6, 829 disco bonus et contendere cursu nec caestu bellare minor. *in ludo latrunculorum cf. p. 1818, 81.* *de rixis sim.*: STAT. silv. 5, 1, 139 quis iussit iniquas aeternum bellare deas (*sc. Fortunam Invidiamque*). 5, 2, 108 medii bellare togata strage fori. LACT. inst. 1, 3, 17. *de diis*: *huc rettulerim*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 6 vincere bellando (*seq.* parcendo superare). 8. 12. AVG. agon. 4, 4 omnipotentem deum non per creaturam ... sed per ipsam naturam bellasse cum tenebris. epist. 243, 1 (243, 3) *cf. infra l. 33/37.* *de persecutione christianorum*: CARM. c. pag. 54 perdere quos voluit, percussit luridus anguis (*sc. Flavianus*) contra deum verum frustra bellare paratus. *cf.* AVG. serm. 158, 1. b *contra animalia*: STAT. Theb. 9, 15 Hyrcanis bellare ... tigribus aut saevos Libyae contra ire leones. SIL. 9, 599 (*de elephantis in pugna Cannensi*) bellantia monstra. ITALA apoc. 12, 7 (Mar. Victorin. adv. Arr. 3, 17) Michael et angeli eius bellarunt adversus draconem (VVLG. proeliabantur cum dracone; *syn.* pugnare). *de grege pastorem non sequente*: COMM. instr. 1, 33, 8 bellaris, insanis. c *contra res*: STAT. Ach. 1, 94 *Thetis* excire fretum et ratibus bellare parabat. SIL. 1, 137 *infra l. 46.* 9, 503 *Vulturnus ventus* bellare maniplis iussa laetatur rabie. *apud christianos*: HIER. epist. 138 Christi te adversum hostes catholicae fidei bella bellare. in Am. 1, 1 p. 224 adversum diabolum et contrarias potestates. AVG. c. Iul. 3, 21, 49 adversus *concupiscentiae carnis* repugnantes motus (*ibid.* bello adversus malum, *cf.* 3, 21, 50 expugnes ... pugnes). *incertum utrum de martyrio an de bellis spiritualibus*: COMM. instr. 2, 20, 8 unum bellare pro multis (*ibid.* 6 laborare. 7 pugnare).

2 *pugnant bestiae inter se*: VERG. georg. 3, 224 bellantis *tauros de formosa iuvenca* (*syn.* 3, 220 multa vi proelia miscent volneribus crebris. STAT. Theb. 4, 403. 7, 672 nondum bellantem fronte iuvencum. *cf. p. 1831, 28*). PLIN. nat. 8, 32 bellantes ... cum iis (*sc. elephantis*) perpetua discordia dracones. CLAVD. carm. min. 22, 30 *leones* bellantis gaudent cervice iuvenci. *cf. p. 1831, 20.*

3 *de rebus inter se certantibus*: SIL. 1, 137 *de tempestate*: tonat alti regia caeli bellantemque Iovem cerno. DRAC. laud. dei 1, 301 bellantes fluctus ... freta pigra.

structurae: bellare: adversus (*inde a* NEP. *v. p. 1817, 29*), contra (VVLG. *p. 1818, 5*), cum (*inde a* QVADRIG. *passim*). *alicui*: STAT. Theb. 8, 505. 9, 15. 791 SIL. 9, 503. 16, 564 ITALA II par. 17, 10 [Lucif. Athan. 1, 22 p. 104, 29], inter se (CVRT. 9, 4, 15 PLIN. nat. 7, 200). bellum bellare: LIV. 8, 40, 1 VVLG. I par. 22, 8 I Macc. 9, 30 (*cf.* ITALA Sangerm. 15 principem et ducem ad bellum). HIER. epist. 138.

synonyma et similia: agmen agere (TERT. idol. 19), in armis esse (LIV. 40, 1, 9), arma inferre (NEP. Hann. 2, 1), bellum gerere (LIV. 35, 18, 1), inferre (CAES. Gall. 1, 2, 4 NEP. Hann. 2, 1), parare (ITALA Ambros. *et* VVLG. II Macc. 10, 15), certare (TAC. ann. 12, 60), contendere (STAT. Theb. 6, 829 PORPH. Hor. sat. 1, 7, 10 HYG. fab. 23 p. 53, 25), decertare (CIC. off. 1, 80), defendere (CIC. Manil. 32 NEP. Them. 9, 2), expugnare (*cf. supra l. 37*), laborare (COMM. instr. 2, 20, 6), litigare (AVG. civ. 15, 4), militare (TERT. idol. 19), praedari (CAES. Gall. 3, 17, 4 VAL. FL. 6, 338), proeliari (VVLG. III reg. 22, 4), propulsare hostem (STAT. Theb. 11, 262), pugnare (OV. epist. 3, 115/122 ITALA Is. 41, 11/12 [Hier. *in loc.* p. 748] *et* VVLG. Ier. 1, 19 ITALA [Lucif. non parc. 14 p. 238, 8] HIER. in Am. 1, 1 p. 224 AVG. civ. 15, 4 *cf. p. 1818, 14*), repugnare (CIC. Cato 5).

opposita: paci servire (NEP. Ham. 1, 3), quiescere (VVLG. III reg. 22, 6), rebellare (LIV. 7, 27, 7. 34, 13, 9). *actioni bellandi opponitur* otium (CAES. Gall. 7, 66, 4), pax (CAES. *ibid.*), quies hibernorum (HIRT. Gall. 8, 1, 1); concordia (TAC. hist. 1, 56), pax (TAC. *ibid.*). *distinguitur pugna a bellando*: BELL. Hisp. 25, 5 TAC. hist. 2, 40. *bellanti opp.* pacatus (LIV. 3, 19, 12 LAVS Pis. 158), togatus (STAT. silv. 5, 2, 108 CLAVD. 24, 85), victus (LIV. 39, 35, 6 VELL. 2, 129, 5). *cf. iuncturam* bellantes atque victores: VVLG. iud. 21, 22 AVG. civ. 3, 14. *v. p. 1855, 23.* *B. A. Müller.*

1. Bello, -ōnis *nom. serv. et cogn. lib.; cf.* Bellus. CORP. VI 282 A. A. Marcii Athenodor(i) lib(erti) Hilarus et Bello. 15909 T. Cocceius T. l. Bello. 17913 Belloni *lib.* XIV 2181 (*Ostiae*) Q. Avonius Q. l. Bello. X 5118 (*Atinae*) ⟨M.⟩ Maius M. l. Bello. XI 3782 (*Veis, saec. I*) C. Volumnius C. l. Bello *sevir Augustalis.* 6700, 452 (*in vasis Arretinis*) Bello (Belo) *M. Perenni Tigrani servus. alii*: CORP. VI 25448 L. Romanius Bello. V suppl. ital. 1180 (*Aquileiae*) Belloni. XII 5992 L. Fulvio Belloni. XIII 949 *v. p. 1809, 23. cf.* V 86, 7. 8.

2. Bello *v.* Baelo.

Bellognatus, -ī *nom. celt. cf.* Bellus *al.* CORP. XIII 5724 (*litt. optimis*) ⟨B⟩ellognati. *Jacobsohn.*

Bellōna, -ae *f.* [*a* bellum. *Th.*] *cf. l. 14 sqq.* NOT. Tir. 81, 76. Duellona *l. 14 sqq.* CORP. XI 6708, 3 (= I 44) (*in vasculo*) Belolai pocolom. *gen.*: CORP. VI 490 Bellonaes. Belonae. *p. 1821, 47.*

I *Romanorum dea belli* (*cf. infra l. 12*) *quae inde a* PLAVTO *saepissime apud poetas et scriptores legitur*: *plerumque Enyo intellegitur*; GLOSS. Ἐνυώ, Ἐνυὼ πολεμική, Ἐνυὼ μήτηρ Ἄρεως (III 168, 43 *cf.* III 237, 7. V 442, 50. *cf.* SCHOL. Stat. Theb. 5, 155 Enyo Bellona soror Martis), dea bellicosa, dea belli, dea inferorum, mater Martis, dea paganorum Latine a bello nominata (V 170, 39) *cf. infra l. 31. 32.* VARRO ling. 5, 73 Bellona ab bello nunc, quae Duellona a duello. AVG. civ. 4, 24 PRISC. gramm. III p. 497, 6. PAVL. FEST. p. 33 Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columna, quae bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant, cum bellum indicebatur. S. C. de Bacch. (Corp. X 104) 2 Duelonai (*gen.*) *v.* VARRO ling. 5, 73. 7, 49. GLOSS. II 56, 34 Duellona πολεμική. CORP. XI 6708, 3 *v. supra l. 5.* *plur. legitur apud* ARNOB. nat. 1, 28 *et* 3, 26 *l. 69/70.*

PREC. Liv. 8, 9, 6 (*a. 340*) Iane, Iuppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, ... divi quorum est potestas nostrorum hostiumque, diique manes. PLAVT. Amph. 43 Neptunum Virtutem Victoriam Martem Bellonam. *et sic iungitur Marti*: PLAVT. Bacch. 847 neque Bellona ... neque Mars. VERG. Aen. 8, 703 *infra l. 48.* SEN. Herc. O. 1312 me stricto petat Bellona ferro; mitte Gradivum trucem. SEN. frg. 39 Bellonam Marti conlocamus *sc. uxorem.* LVCAN. 7, 568 sanguineum ... quatiens Bellona flagellum Bistonas aut Mavors agitans. SIL. 4, 439 STAT. Theb. 2, 719. 7, 73. 11, 413. LACT. inst. 5, 15 CLAVD. 1, 121. 3, 342 (*add.* Pavor, Formido). 8, 12 *sqq.* 20, 110/112 *soror Martis.* 22, 371 (*filia Martis*). AVG. civ. 4, 11. 4, 21. 4, 34. 5, 17. 5, 22 MEROB. poet. 39 SIDON. carm. 5, 229. *cf.* AMM. 27, 4, 4 *p. 1821, 34.* PREC. Appi Liv. 10, 19, 17 Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo (ELOG. Scip. 10 [Corp. I² 1 p. 192]. LIV. 10, 19, 17 OV. fast. 6, 201 FAST. ann. Iul. Venus. Iun. [Corp. I² p. 221] 3 Bellon(ae) in cir(co) Flam(inio). AVG. civ. 3, 25 *v.* PLIN. nat. 35, 3, 12). SALL. hist. frg. 5, 26 *Pompeio* redeunte domum, salutatum apud aedem Bellonae. PAVL. FEST. p. 347 tertium *senaculum* citra aedem Bellonae in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur. S. C. de Bacch. (Corp. X 104) 2 consules senatum consuluerunt ... apud aedem Duelonai (CIC. Verr. 6, 41 divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio. LIV. 26, 21, 1 senatus ei ad aedem Bellonae datus (28, 9, 5. 30, 21, 12. 30, 40, 1. 33, 24, 5. 38, 44, 9. 42, 9, 2. 42, 21, 6 SEN. clem. 1, 12, 2). LIV. 28, 38, 2 senatu extra urbem dato in aede Bellonae. 31, 47, 6. 33, 22, 1. 39, 29, 4. 41, 6, 4. 42, 28, 2. 36, 39, 5 senatu in aedem Bellonae vocato. 42, 9, 2. 42, 36, 2). VERG. Aen. 7, 319 Bellona manet te pronuba, *Lavinia.* 8, 703 saevit medio in certamine Mavors caelatus ferro tristesque ex aethere Dirae et scissa gaudens vadit Discordia palla, quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello (CARM. Sen. dial. 4, 35, 6 ARNOB. nat. 3, 26). OV. met. 5, 155 pollutos ... multo Bellona penates sanguine perfundit renovataque proelia miscet. LIV. 10, 19, 21 victricem (10, 19, 17 *cf.* CLAVD. 5, 263. 18, 314 vindex Bellona. AVG. civ. 2, 24). SEN. Ag. 82 sequitur tristis sanguinolenta Bellona manu quaeque superbos urit Erinys nimias semper comitata domos. CALP. ecl. 1, 47. PETRON. 124, 256 (*afferuntur daemones ex Ditis choro*). VAL. FL. 1, 546. 2, 228 agmina ... Eumenidum ... Bellona (SIL. 4, 439 *v. infra l. 63*). 3, 60. STAT. Theb. 4, 6 prima manu rutilam de vertice Larisaeo ostendit Bellona facem (*v. q. seq.* SIL. 5, 220. AMM. 24, 7, 4 funesta face Bellonae. 29, 2, 20 CLAVD. 20, 150). 7, 805. 8, 348. 9, 297 sanguinea Bellona manu. 10, 855. 11, 413 (*enum.* Virtus, Bellona, Mars, Minerva, Stygiae sorores). 12, 721 Ach. 1, 34. SIL. 4, 439 exercitus una (*cum Marte*) Irarum Eumenidesque simul Letique cruenti innumerae facies frenisque operata regendis quadriiugos (*sc. currus Martis*) atro stimulat Bellona flagello (VERG. Aen. 8, 703 CARM. Sen. dial. 4, 35, 6 LVCAN. 7, 568 AVIEN. orb. terr. 1362 CARM. c. pag. 22 AVG. civ. 5, 12 CORIPP. Ioh. 3, 36. 6, 566). PORPH. Hor. epist. 1, 10, 49 (*v. p. 1821, 49*). ARNOB. nat. 1, 28 Pavores (pausos *cod.*) ... atque Bellonas. 3, 26 Bellonas Discordias Furias (AMM. 31, 1, 1 VINCENT. LER. 4, 6). AVIEN. Arat. 333. AMM. 28, 1, 1 saeviens per urbem aeternam urebat cuncta Bellona. 31, 13, 1 lituos ... Bellona luctuosos inflaret in clades Romanas solito immanius furens (CLAVD. 20, 145 *v. paulo post l. 75.* CLAVD. 8, 12 iam trabeam Bellona gerit parmamque removit et galeam sacras umeris vectura curules (*v.* 26, 466). 20, 145 (*cf.* 20, 175—232). 26, 34 *Getas* tantis aluit Bellona tropaeis totaque sub galeis Mavortia canuit aetas (22, 371 SIDON. carm. 5, 32). AVG. civ. 3, 13. PRVD. psych. 557 *Avaritiae* se specie mendax Bellona coaptat. DRAC. Romul. 8, 147. Orest. 388 vos ... minuit saevis Bellona duellis. ENNOD. carm. 2, 110, 3 CORIPP. Ioh. 7, 519.

II *dea Cappadocum* (*Mā*), *postea saepius cum Magna Matre Phrygum confusa*: BELL. Alex. 66, 3 vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia Bellonae templum. HOR. sat. 2, 3, 223 qui sceleratus et furiosus erit, quem cepit vitrea fama, hunc circumtonuit gaudens

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bellona cruentis. TIB. 1, 6, 45 *sacerdos* Bellonae motu est agitata (*syn.* 1, 6, 50 dea magna). LVCAN. 1, 565 quos sectis Bellona lacertis saeva movet, cecinere deos, crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli. MART. 12, 57, 11 turba ... entheata Bellonae. IVV. 4, 124 fanaticus oestro percussus, Bellona, tuo (*cf. infra l. 25 sqq. allatas*). 6, 512 furentis Bellonae matrisque deum chorus. VAL. FL. 7, 636 attonitos maestae Phrygas annua Matris ira vel exsectos lacerat Bellona comatos. APVL. met. 8, 25 dea Syria et sanctus Sabadius et Bellona et mater Idaea ⟨ac⟩ cum suo Adone Venus domina. 11, 5. MIN. FEL. 30, 5 Bellonam sacrum suum haustu humani cruoris imbuere (*v.* TERT. apol. 9 LACT. inst. 1, 21, 16 *infra l. 16/17*). TERT. pall. 4 ob ... affectionem tenebricae vestis et tetrici super caput velleris in Bellonae (*sc. templo*) mentes fugantur (*maestis et saevis Bellonae sacris Cereris laeta opp.*). COMM. instr. 1, 16, 9 *v. infra l. 38.* CORP. XIII 7281 (*a. 236*) deae Virtuti Bellon(a)e montem Vaticanum vetustate conlabsum restituerunt hastiferi civitatis Mattiacorum (LACT. inst. 1, 21, 16 alia *sacra sunt* Virtutis quam eandem Bellonam vocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant [*antea affertur Magna Mater; cf.* epit. 18 (23), 4]. CORP. V 6507 [*Novariae*]. INSCR. Revue archéol. 1898, I p. 465 [*in Africa*] deae Pedisequae Virtutis Bellonae). LAMPR. Comm. 5 Bellonae servientes vere exsecare brachium praecepit studio crudelitatis. OPTAT. app. 1 p. 186, 6 montem Bellonae (*cf.* CORP. XIII 7281 *supra l. 15*). CARM. c. pag. 68 Saturni cultor, Bellonae semper amicus. *addantur hi tituli*: CORP. VI 490 ex aede Bellonaes Pulvinesis fanaticus M. d. d. d. (2232. 2233). 2234 fanatico ab Isis Serapis ab aedem Bellone Rufiliae. 2235 fanat⟨...⟩... ex vico Bellonae. 3674^{a} Bellonae pedisequa (*sic*) (*cf. supra l. 20/21*). IX 3146 (*Corfinii*) Acca L. f. Prima ministra Matris Magnae Matrem refecit Magnam et inauravit et Attini comam inauravit et Bellonam refecit.

III *Celtarum dea, fort. i. q. Litavis, de qua cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. II 245, 25 sqq.*: CORP. XIII 2872 (*Alesiae*) Marti et Bellonae. 5352 (?). 5598 (*apud Dibionem*) Ma⟩rti Cic⟨ollui⟩ ⟨e⟩t Bell⟨onae⟩. 5670. AMM. 27, 4, 4 Scordisci ... hostiis captivorum Bellonae litantes et Marti. *fortasse huc referendi sunt nonnulli ex titulis infra allatis.*

restant hi loci, qui potius ad II quam ad I pertinere videntur: COMM. instr. 1, 16, 9 Bellonam et Nemesim, deas Furinam, Caelestem, Virgines et Venerem (*sc. oratis*), cui coniuges vestrae delumbant. SPART. Sept. Sev. 22, 6 AMM. 21, 5, 1 CORP. VI 30851 a/b. IX 1456 (*a. 11 p. Chr.*) Tricunda ... ser(vus) vilic(us) macist(er) Bellonae lucerna(m) cum sues ornament(is). X 6482 (*inter a. 103/112*) aedem Bellonae. XI 1315 Bellon(a)e Stephanus imp. Vespasiani Caesaris Aug. (*servus*). 1737 (*Volaterris, periit*) Bellonae sacrum Donax Aug. lib. mesor. XIII 3637 (*saec. I. exeuntis*). 5351. 5352. 5408 deae Bell. 6666. II 5277 (Ephem. epigr. VIII p. 377). INSCR. Revue archéol. 1904, 4 p. 445 Q. Mantai Belonae v. s. l. m. CORP. VIII 5521 deae Bellonae A(ugustae) s. Fortis Caes(aris) (*cf. II 1394, 45/7*). 5708 sacerdos Bellone (7957). 11923. VII 338. *cf. praeterea* PORPH. Hor. epist. 1, 10, 49 *Vacunam* quidam Bellonam, alii Minervam, alii Dianam putant. *lectio incerta*: CORP. XII 5679, 10 Bellonae (*exspectatur nomen hominis*). III 14241. II 5277 (Ephem. epigr. VIII p. 377).

bellonāria, -ae *f. herba.* PS. APVL. herb. 74. *an cf. c.* bellonaris NOT. Tir. 81, 77 ? *v.* Apollinaris, apollinaria *II 248, 46. 63.*

Bellōnāris *v.* Bellonarius.

Bellōnārius, -ī *m. i. Bellonae sacerdos.* NOT. Tir. 81, 77 Bellonaris (*praecedit* Bellona). COMM. instr. 1, 17, 6 vidistis saepe Duellonarios (*sic Dombart*, dulcmarios *C*, didemarios *rell.*) quali fragore luxorias ineunt. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 222 *insaniunt* Bellonarii cum lacertos umerosque concidunt. SCHOL. Iuv. 6, 105. *v. l. 5/6 et 25/26 sub* Bellona.

? **Bellonica** (-nia *bf*) bellicosa GLOSS. IV 406, 50. '*an* Bellona?' *Götz.*

Bellonius *v.* Bellius. **Bellonothus** *v.* Balloniti.

bellor *v.* bello. **Bellorophontēs** *v.* Bellerophontes.

Bellorīx (-rīgis) *nom. mul.* CORP. XIII 5665 (*apud Lingones*) Iulia Bellorix Abrextubogi f(ilia). *B. A. Müller.*

Bellōsa, -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 3510 (*christ.*). VIII 15931 Antonia Bellos(a). *cf.* Bellus. *Jacobsohn.*

bellōsus, -a, -um *a* bellum. NON. 80, 31 bellosum bellicosum (GLOSS. V 638, 56). CAECIL. (?) com. 293/4 (= CAEL. hist. frg. 5) tantum bellum suscitare conari adversarios contra bellosum genus. *cf.* avellosus *p. 1822, 64.* *B. A. Müller.*

Bellovacī, -ōrum *populus Galliae Belgicae, cf. Ihm, PW. III 257. de quantitate syllabae tertiae v. Groeber, Archiv 3 (1886), 271.* CIC. epist. 8, 1, 4 *Caesarem* apud Bellovacos (beluacos *codd.*) circumsederi. CAES. Gall. 2, 4, 5 plurimum inter eos (*Belgas*) Bellovacos (bellovagos *β*, *item* 2, 10, 5 $B^2\beta$, 2, 13, 1. 2, 14, 2. 5 $B^2 a$, 2, 5, 3 *α*) et virtute et auctoritate et hominum numero valere. 2, 5, 3 in fines Bellovacorum. 2, 13, 1 exercitumque in Bellovacos ducit. 5, 46, 1. 7, 59. 7, 75. 7, 90, 5 a finitimis Bellovacis. HIRT. Gall. 8, 6, 2 Bellovacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasque praestabant. 8, 7, 1 ad Bellovacos proficiscitur. 8, 38, 1 M. Antonium quaestorem ... in Bellovacis reliquit et *passim.* LIV. perioch. 108. 114. PLIN. nat. 4, 106. OROS. hist. 6, 7, 12 Bellovagui (6, 11, 12). NOT. Gall. 6, 9 chron. I p. 591 civitas Bellovacorum. COD. Theod. 7, 20, 2 (= COD. Iust. 12, 47) in civitate Velovocorum. *ethnicon* **Bellovacus**, -ī. HIRT. Gall. 8, 6, 2 duce Correo Bellovaco (*cf.* 8, 17, 1 Correum Bellovacorum ducem fortissimum). CORP. XII 1922 (*periit*) civi Bellova⟨co⟩. XIII 611 c(ivis) Bel(lovaci). III 14214 b 1, 1 Bel(lovacus). *cf.* PANEG. 5, 21 quicquid infrequens Ambiano et Bellovaco ... restabat, barbaro cultore revirescit.

Bellovaedius, -ī *nom. vir.* AMM. 25, 7, 13 obsidatus specie viri celebres ... dantur Nemota et Victor ex parte nostrorum et Bellovaedius, insignium numerorum tribuni.

Bellovaguī *v.* Bellovaci.

Bellovesus, -ī *dux Biturigum, qui cum popularibus suis in Italiam profectus est.* LIV. 5, 34, 3 Ambigatus ... Bellovesum ac Segovesum, sororis filios, impigros iuvenes, missurum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit. 5, 34, 4 Belloveso ... in Italiam viam di dabant. 5, 35, 1.

Bellu *scriptum in vase Gallico* CORP. XIII 10010, 3040 b.

bellua *v.* belua. **belluaria** *v.* berla.

? **Bellucana**, -ae *nom. mul.* CORP. XV 2579 (*in amphora, litteris bonis*) Bellucana P. A(...) Galeni ('*an* Belulcana' ?) *cf.* 2580—2583. XIII 10002, 8 Belicana P. A. Galeni. *Jacobsohn.*

gen. **Bellucī**. CORP. VII 1331, 22 *in amphora.* *B. A. Müller.*

bellul(us), -a, (-um) *a* bellus *deminutive. vox Plautina, tantum femin. gen.* PLAVT. Cas. 848 edepol papillam bellulam. Mil. 989 edepol haec quidem bellulast. Poen. 347 bellula hercle (*sc. puella*). *adv.* **bellulē**. PAVL. FEST. p. 36, 4 bellule apud Plautum deminutivum adverbium est a bene, quod facit belle et bellule (*inde apud* PLAVT. Bach. 1068 bellule *pro codd.* veluti *coni. Leo*). APVL. met. 5, 31 aetatem portat bellule (vellule *F*). 10, 16 iam bellule suffarcinatus. 11, 30 iam stipendiis forensibus bellule (vellula *cod.*) fotum. *Sinko.*

bellum, -ī *n.* [*olim* dvellum, *orig. inc.; sunt qui conferant cum vocabulis gr.* δήϊος (*lesb.* δάϝιος), ἐν δαΐ *et c.* indutiae; *v. Osthoff, Indogerman. Forschungen 6 (1896), 17 sqq. Th.*]. GLOSS. πόλεμος *passim.* *de formis*: **duellum** (*si quid in schedis nostris adhuc latet, sub littera* d *proferetur*): GLOSS. πόλεμος ἀρχαίως. bellum duorum hominum, bellum vel pugna, secundum bellum. VARRO ling. 7, 49 duellum, id postea bellum. *cf.* 5, 73. CIC. orat. 153 (QVINT. inst. 1, 4, 15). PAVL. FEST. p. 66 *v. infra l. 74.* *bisyllabum fort. ap.* PLAVT., *trisyllabum ap.* ENN. *et rell.* *cf.* duellator duellicus, duellis, Duellona, perduellis, perduellio. *L. Lange, de 'duelli' vocabuli origine et fatis commentatio. Lips. 1877.* TAB. triumph. Aemil. 9 (LIV. 40, 52, 4) CARM. Tert. spect. 5 PLAVT. Amph. 189 Truc. 483 ENN. ann. 559 Vahl. CIC. leg. 2, 45 HOR. carm. 3, 5, 38. 3, 14, 18. 4, 15, 8 epist. 1, 2, 7. 2, 1, 254. 2, 2, 98 OV. fast. 6, 201 LIV. 1, 32, 11. 36, 2, 2 (*B*, bellum *M*?). 36, 2, 3 STAT. Theb. 11, 282 COMM. instr. 2, 10, 1 AVIEN. ora 258 PRVD. psych. 21 (*cf.* 27). 575 CYPR. GALL. exod. 16. 530 num. 9. 576 Ios. 413 iud. 25. 106. 396. 405. 465 GLOSS. domi duellique: PLAVT. Asin. 559 Capt. 68 (*codd.* belli; *sed ibid.* duellatores *traditur*). ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 94 duelli domique. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 4, 11 ⟨du⟩elli domique. GRAMM. suppl. 284, 4 inter bellum et duellum hoc interest, quod bellum in externas partes, duellum inter cives dictum eo quod divellatur populus in duas partes. *v. infra l. 59.* *cf.* duellio *et* duellis. duellium *in* GLOSS. τυραννίς, secundum bellum, bellum, pugna, hostem. *forma* diellium: GLOSS. IV 57, 52 *al.* ? avellum: GLOSS. V 442, 2. 562, 16 avellum bellum civile dum in duas partes dividitur. ISID. diff. app. 190 inter bellum et avellum hoc interest, quod bellum inter exteras gentes, avellum inter cives dictum, quod avellantur populi in duas partes (*definitio ex ea, quae* GRAMM. suppl. 284, 4 *de duello et bello affertur, orta est*). *cf.* HISPERICA famina (cod. Luxemb. 89 fol. 1^r vers. 15) *apud H. Zimmer, Gött. Gel. Nachr. philol.-hist. Klasse 1895 p. 121* (avellosus: *ibid.* fol. 4^v, 9 p. 127). *de quantitate cf.* DIOM. gramm. I 470, 6 (*v.* 468, 25). belo: CORP. XIII 8070. *veterum de origine verbi sententiae*: VARRO Aug. dialect. 6 bellum, quod res bella non sit. DON. gramm. IV 402, 4 CHAR. gramm. I 276, 15. SERV. Aen. 1, 22 κατὰ ἀντίφρασιν ... bellum a nulla re bella. 3, 63 HIER. epist. 78, 35 SIDON. epist. 2, 1, 1 POMP. gramm. V 311, 3 CASSIOD. in psalm. 55, 1. *sim.* GRAMM. suppl. 244, 29. 272, 28 ISID. in num. 33, 1 orig. 18, 1, 9. *cf. infra l. 76.* *nota lusum verborum*: PLAVT. Cas. 851 mihi qui belle hanc tracto, non bellum facit (*v. Leo, Archiv 9, 1896, 167*). VARRO Men. 64 bellum ita geris, ut bella omnia auferas. PAVL. FEST. p. 66 duellum bellum videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. ISID. orig. 18, 1, 9 GLOSS. V 409, 50 GLOSS. Werth. Gallée 338. PAVL. FEST. p. 33 bellum a beluis dicitur, quia beluarum sit perniciosa dissensio. HYG. fab. 274 p. 151, 9 Belus ... gladio belligeratus est, unde bellum est dictum. CASSIOD. var. 1, 30, 5. *cf.* FILASTR. 24, 4 *Belus* a fortitudine belli *nominatus.*

definitiones (*differentiae*): SERV. Aen. 8, 547 bellum est tempus omne quo vel praeparatur aliquid pugnae necessarium vel quo pugna geritur; proelium autem dicitur conflictus ipse bellorum (*cf.* NON. p. 437 proelia partes sunt belli, hoc est in bello congres-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

siones). SERV. auct. Aen. 1,456. 2,397. AVG. quaest. hept. 6,26 neque ... bellum continuas pugnas habet, sed aliquando crebras, aliquando raras, aliquando nullas. bellum est tamen, quando est, quodam modo armata dissensio. ISID. diff. 1,78 bellum indicitur, proelium geritur; in bello enim non statim proelium, in proelio autem statim et bellum; ... bellum totum est, id est totus conflictus ... pugna unius diei, proelium pars pugnae *eqs.* diff. app. 201 (Migne 83,132^A). *cf. p. 1824,52.* DIFF. Suet. p. 313,35. DIFF. ed. Beck p. 41 (B 3) bellum est populorum dissensio in arma tendens et bellum indicitur; proelium geritur; pugna inter duos et inter plures est aliquando sine ferro; certamen virtutis loco ponitur; acies instructio exercitus *eqs. cf.* VIRG. gramm. epit. 4 p. 20,16 *et* belsa. CIC. inv. 1,40 publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum. fin. 2,16 deleti ... homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus. TAC. ann. 16,22 *de Thrasea publicos conventus vitante*: secessionem iam id et partes et, si idem multi audeant, bellum esse. AVG. civ. 7,15 sermo et bellum ... actus hominum. 19,28 sicut miseria beatitudini et mors vitae, ita bellum paci videtur esse contrarium. *cf.* EXPOS. mundi 21 sponsiones non custodientes nec belli neque alterius negotii (*v.* TER. Ad. 20 in bello, in otio, in negotio tuo). *exempla dedi usque ad* RHET. Her. *fere omnia. deest in* INSCR. numm.

I proprie: 1 *de bello quod indicitur et geritur, cuius partes proelia sunt:* **a** *exempla aliquot selecta* (*iuncturas v. inde a p. 1832,70*): *vetustissimum* NAEV. carm. frg. 23 silvicolae homines bellique inertes. PLAVT. Persa 754 hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis, bello extincto, re bene gesta, integro exercitu et praesidiis. Truc. 483 manibus duella (-is *codd.*) praedicare soleo, haud in sermonibus. ENN. trag. 64 annos multos longinque ab domo bellum gerentes summum summa industria. ann. 383 Vahl. suasorem summum et studiosum robore belli (*sim. consilium bello opp.*: OV. fast. 6,86 SIL. 3,255 AVSON. 224,1 CLAVD. 24,215). CATO or. frg. 7 Antiochus epistulis bellum gerit, calamo et atramento militat (*cf.* SEN. contr. 6,5,1 CVRT. 5,1,8). LVCIL. ed. Marx 614 Romanus populus victus vi et superatus proeliis saepe est multis, bello vero numquam, in quo sunt omnia (*cf.* LIV. 9,18,9 frg. 1 TAC. ann. 2,88 AMM. 17,5,14). ASELL. hist. 2 bellum initum quo consule et quo confectum sit et quis triumphans introierit ex eo. *ibid.* quae in bello gesta sint (*cf.* CIC. off. 2,28 ex Transalpinis bellis triumpharunt). ACC. trag. 288 Argivos fremere bellum et velle vim (*cf.* LVCR. 5,392 STAT. Theb. 5,593 CYPR. GALL. exod. 472 SCHOL. Stat. Theb. 3,443). RHET. Her. 2,30,49 earum rerum aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur et cum hostibus de vita dimicatur. 4,10,15 montis belli fabricatus est, campos sustulit pacis. CIC. Manil. 35 tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ... premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit. VARRO frg. Non. p. 529,16 bella et tarde et magna diligentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere: priusquam indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, faetiales ... mittebant (*cf.* CIC. rep. 2,31. 3,35 leg. 2,34 off. 1,36 *v.* iustum, iniustum b. *sim.*: *p. 1847,64, passim*). OV. met. 14,483 ultima ... passi bello fretoque (*cf.* HOR. carm. 2,13,28. MANIL. 2,5 *ex coni. Bentleii.* LVCAN. 3,24. 4,225. 10,1016 VAL. FL. 3,451 STAT. silv. 2,1,213 Ach. 1,492. 927 AVSON. 362,13).

b bellum *cum cognatis notionibus componitur*: bellum — expeditio: LIV. 6,27,1 Camillus consilio et virtute in Volsco bello, felicitate in Tusculana expeditione ... insignis. *cf.* VELL. 2,31,2. CORP. III 550 bello Dacico ... expeditionis Dacicae. FLOR. epit. 3,9 tit. *coll.* 3,9,1. CORP. III 3553 (*saec. II p. Chr. n., ut videtur*) fuit in exped(itione), bello desider(atus) e(st). PANEG. 5,21 post annuam expeditionem ... bellum auspicatus a Tiberi ad Rhenum. IVST. 2,5,1 Scythae ... tertia expeditione Asiana cum annis octo a coniugibus et domo afuissent, servili bello excipiuntur. SPART. Hadr. 21,8 expeditiones sub eo graves nullae fuerunt; bella etiam silentio paene transacta. OROS. hist. 7,29,17 dimissa expeditione Parthorum ... ad civile bellum revertitur. LAMPR. Alex. 29,1 de bellis eius et expeditionibus et victoriis. HIL. c. Const. 11 Alexandria tot concussa bellis, tantum commotarum expeditionum pavens tumultum. *cf.* EVTR. 10,16,1 Parthis intulit bellum, cui expeditioni ... interfui. LEX Visig. 9,2 tit. de his qui ad bellum non vadunt aut de bello refugiunt (*cf.* 9,2,1 si hii qui exercitui praepositi sunt ... aliquem de expeditione domum redire permiserint). CASSIOD. var. 8,10,6.

bellum — latrocinium (*passim plur.*): CIC. Catil. 1,27 id, quod esset a te, scelerate, susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur. Att. 6,4,1 magnum in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia. CAES. Gall. 6,35,7 bello latrociniisque natos. SALL. hist. frg. 2,92 LIV. 21,35,2 (38,32,2). 29,6,2 *opp.* iusto bello. 33,29,1 proximum bello quod erat, in latrocinium versi. 38,45,7 istud publicum populi Romani bellum et non tuum privatum latrocinium ducamus. POMP. TROG. prol. 39 Syriam ... terrestribus latrociniis infestarint, mari ... piraticum bellum moverint. VELL. 2,31,2. 2,90,4 SEN. dial. 6,18,8. 6,20,5. PLIN. nat. 34,138 bella, caedes, latrocinia. TAC. Germ. 35 nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. FLOR. epit. 2,3,4. PANEG. 5,12 malam coaluisse ex indignissimo latrocinio belli molem. AMM. 14,2,1 ex latrociniis occultis et raris ... ad gravia bella proruperunt. AVG. civ. 3,26 quanta et quam horrenda ... primo latrocinia, deinde valida bella piratarum. 22,22 discordiae lites bella insidiae ... latrocinia. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1,62. *nota* latrones (latrunculos) *et* bellum *varie coniuncta*: CIC. prov. 15 Phil. 13,16 (14,8) VELL. 2,1,3 MART. 14,18,1 *v. p. 1827,13* PAVL. sent. 2,4,3. AMBR. epist. 37,30 excursus latrocinantium et quaedam furta belli. CAPITOL. Max. Balb. 2,10. *cf.* LIV. 1,15,1 in fines Romanos excucurrerunt populabundi magis quam iusti more belli.

bellum — motus: PORPH. Hor. carm. 2,1,1 motum pro bello posuit. CIC. div. 1,18 vers. 27 bellum motusque. LIV. 6,32,5. MANIL. 1,904 civiles motus cognataque bella. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1,30 in asperioribus bellis aut in civili motu difficiliore. LVCAN. 1,184. 2,808 trucis Lepidi motus Alpinaque bella armaque Sertori revocato consule victa. PLIN. nat. 2,92 civili motu Octavio consule iterumque Pompei et Caesaris bello. FLOR. epit. 2,17,13. 3,12,14 omnis domesticos motus separatos ab externis iustisque bellis. 4,4 tit. *coll.* 4,4,1 AMPEL. 46,2 VOPISC. Aurelian. 38,3 SVLP. SEV. chron. 1,29,1 OROS. hist. 2,14,16 sub specie socialis belli domesticos motus exsequuntur.

bellum — seditio: CIC. Mur. 90 acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi (*sc. Catilinae*). p. red. ad Quir. 20 in bello ac seditione ... in pace atque otio. fin. 1,44. off. 1,86 non solum seditiones, sed etiam pestifera bella civilia. 2,12 VARRO Prob. Verg. ecl. 6,31 p. 337 SALL. Iug. 6,3. hist. frg. 1,12 *apud Romanos post bella Punica* plurimae turbae, seditiones et ad postremum bella civilia (*antea* simultates). HOR. carm. 3,3,30. LIV. 2,42,3 infestior ... plebes seditione domestica bellum externum excivit (2,64,2. 45,19,12). 2,58,3. 3,16,5 (*de Herdonii seditione*) non bellum, sed vanam imaginem belli ... Capitolium insedisse. 3,66,1 consules nec seditionem domi nec foris bellum acceperunt (*cf.* TAC. ann. 12,58). 4,35,1. 5,12,7 hoc statu militarium rerum seditio intestina maiore mole coorta quam bella tractabantur. 6,1,1. 6,42,9. 7,1,7. 7,12,4. 7,42,8. 29,19,4 POMP. TROG. prol. 35 SIL. 14,293. QVINT. inst. 2,16,2 *eloquentia* nec seditiones modo turbaeque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur. 4,2,2 decl. 321 p. 262,24. TAC. hist. 1,46 ad seditiones et discordias et ad extremum civilia bella ruebant. ann. 3,56 compressis seditionibus, compositis bellis. IVST. 2,13,2. CAPITOL. Maximin. 20,6 bellis intestinis et domesticis seditionibus. *sim.* Max. Balb. 9,2 VOPISC. Aurelian. 38,3 VVLG. II Macc. 14,6 HIER. epist. 72,4. 75,1. AVG. civ. 3,17 *rem publicam* bellis forinsecus inquietare non desistentibus et intus discordiis seditionibusque civilibus. 3,23 discordiae civiles vel potius inciviles nec iam seditiones, sed etiam ipsa bella urbana ... bella socialia, bella servilia, bella civilia. 18,45. 19,5. 19,24 *populus* ad cruentissimas seditiones atque inde ad socialia atque civilia bella perveniens. *cf.* MANIL. 5,124 seditio ... pacis bella.

bellum — tumultus: CIC. Phil. 8,2 potest ... esse bellum, ut tumultus non sit; tumultus esse sine bello non potest. *cf.* 8,1.4. 12,17. ISID. diff. 1,563 bellum est contra hostes exortum, tumultus vero domestica appellatione concitatus. hic et seditio nuncupatur *eqs.* CIC. Verr. 5,52 in bello ac tumultu. 6,20 in Sicilia bellum aut tumultum commoveri. Catil. 3,4 belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa. Pis. 73 pacis ... insigne et otii toga, contra autem arma tumultus atque belli. SALL. or. Phil. 7 *eis* quies in seditionibus, in pace turbae sunt; ei tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt. VERG. georg. 1,465 caecos instare tumultus ... fraudemque et operta tumescere bella et clandestinis surgentia fraudibus arma (*sim.* MANIL. 1,896 bella ... subitosque tumultus). LIV. 2,26,1 tumultus ... fuit verius quam bellum. 4,14,2. 8,17,6 tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit. 8,20,2. 9,29,2. 10,10,12 FLOR. epit. 3,19,2. 3,21,3 AMM. 30,7,7 DARES 24 *v. p. 1826,78.* *cf.* VERG. Aen. 8,1 *et* 4 (SERV. Aen. 8,1) VELL. 2,68,2 SEN. Thy. 560/562. ASCON. Corn. p. 73 bello Italico. *ibid.* tumultus Italicus. OCTAVIA 806. *passim.*

de deorum bellis cf. p. 1827,17.

b *de litteris* (*cf.* κομψός; *Norden, Kunstprosa I 69 adn.*): CIC. de orat. 2, 239 est . . . deformitatis . . . satis bella materies ad iocandum. 2, 246 quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia. 2, 277. 281 familiaris reprehensio. 2, 283. Brut. 293 ironia (Att. 16, 11, 2). Att. 4, 6, 4 valde bella est *epistula*. 5, 21, 3 bellum ἀκροτελεύτιον habet . . . epistula. 15, 1ᵃ, 4 patri . . . certe gratissimae et bellae tuae litterae fuerunt. 16, 14, 4 satis bellum ὑπόμνημα. epist. 7, 32, 2 παράγραμμα bellum. SEN. contr. 1, 4, 10 omnes aliquid belli dixerunt (*cf.* PETRON. 78 dicite [*i. canite*] aliquid belli). 2, 3, 21 bello idiotismo (dotissimo *codd.*) usus est. 2, 4, 9 bella figura egit. 7, 1 (16), 9 bellam rem hoc loco Geminus dixit (7, 5 [20], 8 bellas res. suas. 1, 7). 9, 5 (28), 16 nihil non ex eis bellum est. 10 praef. 8 monstrabo bellum (*del. Kiessling*) vobis libellum. suas. 7, 12 cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset. PERS. 1, 87 doctas posuisse figuras laudatur. 'bellum hoc'. 'hoc bellum'? MART. 2, 7, 2 historias bellas, carmina bella facis. APVL. met. 6, 25 tam bellam fabellam praenotarem. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 49 ⟨b⟩ellam obscuritatem adfectavit. carm. 2, 2, 15 bella (*sic P*; vella *al.*) conceptione . . . dicitur. 3, 16, 21 bella relatio sensus est. **c** *de rebus incorporeis*: CIC. de orat. 1, 255 subsidium . . . bellissimum existimo esse senectuti otium. rep. 2, 67 ex eis ipsis, qui adsunt, bella copia. Verr. 3, 145 bella haec pietatis et quaestuosa simulatio. Att. 13, 20, 2 theatrum (*i. q. lusum, spectaculum*) . . . sane bellum habuissem (-sti *M*). 14, 5, 1 signa bella, quod Calvena moleste fert . . . illa signa non bona, si cum [in] signis legiones veniunt. 15, 11, 4 bella est . . . huius iuris quinquennii licentia. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 3 crebri et non belli de eo (*Caesare*) rumores (*cf.* HOR. sat. 1, 4, 114 non bella . . . fama). LVCR. 4, 1190 si bello animost et non odiosa. SEN. dial. 1, 4, 4 quam bella . . . aetas perit! epist. 102, 2 tam bellum somnium. PETRON. 25 bellissima occasio. 70 nomen (*Daedalus*). CORP. IV suppl. 4024 bellis moribus (4025. 4592. 5127 *al.*). APVL. met. 4, 5 bellum consilium. HIER. epist. 78, 33 bellum, quod nequaquam bellum sit. DIG. de conc. dig. 2, 4 per bellissimam machinationem. COD. Iust. 7, 2, 15, 4 bellissimam repletionem praefatae constitutioni donantes. **d** *neutrum sine subiecto*: NON. p. 248 bellum: elegans, melius, prudens. PLAVT. Curc. 8 istuc quidem nec bellum est nec memorabile. TER. Ad. 590 unum quicquid, quod quidem erit bellissimum (*i. q. optimi saporis*), carpam. LVCIL. 741 hoc invenisse unum ad morbum illum homini vel bellissimum. VARRO Men. 64 bellum ita geris, ut . . . bella omnia domum auferas. CATVLL. 3, 14 malae tenebrae Orci, quae omnia bella devoratis. CIC. de orat. 1, 248 quam sit bellum cavere malum (nat. deor. 1, 84 Att. 2, 17, 2. 13, 49, 1 epist. 9, 2, 3). Flacc. 39 bellissimum putaverunt dicere. COD. Iust. 6, 35, 11 bellissimum nobis videtur . . . producere. AVG. doctr. christ. 2, 20, 31 bellum est, quod aliquando pueri vindicantur a canibus. *nota*: CORP. IV suppl. 4884 bellissimu(m) ⟨fu⟩tuerunt.

synonyma: amabilis, bonus, elegans, facetus, festivus, formosus, gratiosus, humanus, pudicus, scitus, tenellus, urbanus.

adv. **bellē**, *sine comp.; superl.* bellissime (*cf.* bellissimum *l. 9*). PAVL. FEST. p. 36, 4 quod (*bene*) facit belle et bellule PRISC. gramm. III 88, 22 inveniuntur . . . apud nos adverbia diminutiva, quae apud Graecos non sunt ut . . . bene belle bellissime (*cf.* 80, 1. 51, 21). II 552, 9 adverbium loco nominis ut . . . 'euge tuum' et 'belle'. *in codd. praecipue* PORPH. *scribitur saepius perperam* velle. *invenitur apud* PLAVT. 7[ies], CIC. in rhet. *ter*, orat. *bis*, phil. *bis*, epist. 28[ies], Q. CIC. CATVLL. PVBLIL. LVCR. BELL. Hisp. HOR. VITR. *singulis locis*, SEN. contr. *et* suas. 21[ies], SEN. phil. *bis*, SCRIB. LARG. *quater*, PERS. *semel*, PETRON. *quater*, MART. 20[ies], QVINT. inst. *ter*, APVL. *semel; rarum etiam apud posteriores, deest in* VVLG.

1 *cum verbis*: **a** *i. q. pulchre*: PLAVT. Truc. 290 quia . . . istas buccas (bucculas *A*) tam belle purpurissatas habes. CIC. Att. 16, 3, 4 in praediolis nostris et belle aedificatis et satis amoenis. ad Q. fr. 3, 1, 1 aquam . . . belle sane fluentem vidi, praesertim maxima siccitate. SEN. contr. 7, 4 (19), 10 multis compositio belle sonantis sententiae imposuit. 7, 4 (19), 10 verborum belle cadentium. SEN. benef. 1, 3, 10 poetae . . . id quemque vocari iubent, quod belle facit ad versum. QVINT. inst. 6, 3, 48 raro belle respondeant *verba*. **b** *i. q. decore, lepide, festive, eleganter*: PLAVT. Asin. 676 i sane bella belle (*cf.* Cas. 857 sequere istum. Curc. 521. Rud. 425 sic placide bellam belle *tangere*). Cas. 851 belle hanc tracto. CIC. de orat. 2, 238 eaque belle agitata ridentur (*sic Iv*, agitari videntur *M*). Mur. 26 cum hoc fieri bellissime posset. epist. 16, 4, 3 puto te bellissime . . . cum quaestore Messinio decursurum. Att. 1, 1, 4 Hermathena . . . posita ita belle est, ut totum gymnasium eius ἀνάθημα (diu onachma *sim. codd.*) esse videatur. 4, 18, 2 'tu ergo haec quo modo fers?' belle (velle *M*) mehercule. 5, 17, 6 illum (*Brutum*) fecisse non belle, qui adventu meo . . . discesserit (CORP. IV 1951 Sarra non belle facit, solum me relinquis. 4185 Sabina felas: no(n) belle faces. MART. 3, 37, 2. 10, 90, 5). 12, 37, 2 numquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. 16, 15, 3 belle iste puer retundit Antonium. ad Q. fr. 2, 11, 4 oblecta te . . . quam bellissime. 3, 5 (6), 1 oratorum sermonem . . . belle a me removisse. Q. CIC. pet. 45 belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstres quam moleste feras . . . (*cf.* PVBLIL. P 20 pars benefici[i] est, quod petitur, si belle negas). CATVLL. 12, 2 manu sinistra non belle uteris in ioco atque vino. LVCR. 1, 643 stolidi . . . vera . . . constituunt, quae belle tangere possunt. VITR. 8, 6, 6 his rationibus bellissime poterunt efficere. SEN. suas. 6, 12 idiotam gerit (perit *cod.*); ego belle mores hominis novi. PETRON. 24 belle cras in promulside . . . militabit *cibus*. 51 phialam otio belle correxit. MART. 2, 7, 5 et belle cantas, et saltas, Attice, belle. 2, 7, 7 nil bene cum facias, facias tamen omnia belle. 5, 52, 5 non belle quaedam faciunt duo. 11, 34, 4 cenabit belle, non habitabit (11, 52, 1). APVL. apol. 44 belle (velle *F*) hercle adesset.

c *de actionibus oratorum, scriptorum, sim.*: CIC. de orat. 2, 253 ambigua . . . magis ut belle, ut (et *Iv*) litterate dicta laudantur. 3, 101 quare 'bene et praeclare' quamvis nobis saepe dicatur; 'belle' et 'festive' nimium saepe nolo (PERS. 1, 49 sed recti finemque extremumque esse recuso 'euge' tuum et 'belle'. nam 'belle' hoc excute totum. MART. 5, 16, 13). Quinct. 93 fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. div. 2, 66 non tam mirabilia sunt, quam coniecta (*i. q. excogitata*) belle. epist. 7, 18, 2 cetera belle *scripta sunt*. 9, 22, 3 belle (-la *codd.*) 'tectoriola' (*sic saepius*: PORPH. Hor. carm. 1, 2, 37 'ludo' belle [velle *codd.*] pro bello. *sic* 27[ies]. DON. Ter. Hec. 507. Phorm. 914). CIC. Att. 6, 1, 18 ἠπόρησας. 6, 1, 22 scripta belle est *epistula*. FEST. p. 278, 22 differentias bellissime refert. SEN. contr. 1 praef. 22 paucissima belle . . . dicentem. 2, 1, 21. 33 (39. 3 praef. 12. 7, 5 (20), 8. 10 praef. 8. 10, 2, 10. 10, 3, 9 suas. 1, 16. PETRON. 64 belle diverbia dicere. MART. 4, 31, 10. 5, 77, 1. 6, 44, 5 at si ego non belle, sed vere dixero quoddam. 10, 46, 1 omnia vis belle . . . dicere. dic aliquando et bene. VLP. dig. 43, 21, 3, 8 belle dictum est. 41, 2, 10, 1 bellissime. COMMENT. Lucan. 7, 309). SEN. contr. 2, 1, 33 belle . . . vocabat. 2, 1, 35 respondit. 2, 3, 19 deridebat. 7, 1 (16), 26 accessit (SEN. apocol. 9). suas. 4, 5 putavit aeque belle poni eundem versum. MART. 2, 7, 1 declamas belle, causas agis, Attice, belle. 2, 7, 3 componis belle mimos, epigrammata belle. 2, 7, 5. 7, 85, 2 disticha . . . belle . . . facis. 7, 85, 3 epigrammata belle scribere. QVINT. inst. 6, 3, 74 belle . . . subicitur. 6, 3, 100 contumeliis . . . uti belle. VLP. dig. 7, 8, 4, 5 notat non belle. 20, 6, 4, 2 quaeritur (38, 16, 2, 7. 36, 3, 1, 13 bellissime. 43, 24, 7, 3). 38, 17, 2, 44 tractari belle potest. 39, 1, 59 belle . . . definivit. 43, 3, 1, 4 bellissime Arrianus scribit. *nota*: CIC. Att. 13, 38, 1 quidquid non belle in te dici potest. *ibid.* posse volt in me multa

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dici non belle. MART. 7, 31, 1 nescio quid de te non belle, Dento, fateris. CLEM. dig. 31, 53, 2 legis Falcidiae ratione belle dubitatur, utrum (MARCIAN. dig. 48,16,1,10). MARCIAN. dig. 20, 2, 5, 2 bellissime intelleguntur. POMPON. dig. 40, 5, 20 putabant. CARM. epigr. 661, 4 (*a. 359*) belle quidem tua ex ordine gesta na(r)remus. AVG. serm. 241, 4 age belle, belle illis (*animis*) invenisti locum. *de cogitando sim.*: PLAVT. Curc. 375 cum belle (velle *codd.*) recogito. CIC. fin. 5, 6 mihi ... Antiochum ... satis belle videris attendere. SEN. contr. 3 praef. 12 ut videar belle optasse, cum dixi. **d** *i. q. amoene*: CIC. epist. 14, 14, 1 bellissime vel mecum vel in nostris praediis esse poteritis (*antecedit*: ut honeste vos esse possitis; *cf.* PETRON. 46 inveniemus, quod manducemus ... belle erit). **e** *i. q. fauste, prospere*: CIC. epist. 16, 9, 1 bellissime navigavimus. Att. 13, 33, 4 cecidi⟨t⟩ belle. SEN. contr. 9, 2 (25), 25 belle cessit illi sententia sordidioris notae (suas. 1, 6). AVR. Fronto p. 75, 18 N. negotium belle se dedit. **f** *de valetudine*: CIC. epist. 16, 15, 1 te plane febri carere et belle habere. DOLAB. Cic. epist. 9, 9, 1 Tullia nostra recte ... Terentia minus belle habuit. BELL. Hisp. 32, 7 eum minus belle habere. CIC. Att. 5, 11, 7 cum ego me non belle haberem. 12, 37, 1 Piliam et Atticam plane belle se habere. ad Q. fr. 3, 8, 2. *nota*: CIC. Att. 14, 16, 4 de Attica ... curasti ⟨ut⟩ ante scirem recte esse, quam non belle fuisse. SCRIB. LARG. 135 *medicina* belle alvum mollit. 136 purgat. 150 ad calculosos ... belle facit. 212 iungit. . vulnera. **g** *elliptice in approbatione*: CIC. Att. 5, 10, 2 belle adhuc. 14, 19, 2 illud tamen non belle (velle *M*[1]) ..., quod ... improbat. HOR. sat. 1, 4, 136 hoc quidam non belle (*antecedit*: 1, 4, 134 rectius hoc est).

2 *cum adiectivis*: CIC. Att. 6, 1, 25 sumus ... ambo belle curiosi. CHIRON 25 battes de tabella aliqua belle (velle *codd.*) ponderosa. HIER. epist. 50, 4 belle corpulentus est. *Sinko.*

Bellus, -a *nom. propr. et cogn.; cf.* Bellius, Bellicus *al.* LIV. 44, 31, 9 oratores ... ad praetorem mitteret Gentius *rex Illyrii* Teuticum et Bellum, principes gentis (AMPEL. 32, 2 Bellus rex Armeniae, *Wölfflin correxit in* Brennus). GREG. TVR. Iul. 19 quaedam de Turonico territurio femina Bella nomine. VEN. FORT. vita Radeg. 27, 64 matrona ... nomine Bella. CORP. III 14115, 41 Bellus. 14610 (*in Dalmatia*) Bella. CONST. veteran. 104 p. 1975 int. 23, extr. 27 (*Carnunti*) Vertomaro Irducissae f. Boio ... et Bellae fil(iae) eius. CORP. VI 13543 Bellae. 13544 ⟨...⟩ae Bellae. 19306 Aebutia Sex. l. Bella. *cf.* X 6537 (*Corae*) Aebutiae Bellae. VI 21011 Belli Senilis. 26919 M. Suei Repentini Fortunati Belli. XII 2184 ⟨Se⟩x. Atil⟨io⟩ A. f. Vol. Bello. 4955 Annidiae Bellae (*eadem* 4956). XIII 1760 (*periit*) Mastonia Bella. 2855 Iunia Belli filia. 5471. 5995 Bella ⟨D⟩agomari fil(ia). 6712 (*a. 198*). 10010, 286 (*in vasculis*). MARTYROL. Hier. 10 Kal. Febr. (Wiss.) in Mauritania ... Belli. *v. etiam* Bellum.

Bellutus *v.* Vellutus.

Belma *locus Palaestinae* (Βελϑέμ, βελβαιμ LXX). VVLG. Iudith 7, 3 a loco qui dicitur Belma.

Belnar *statio Mesopotamiae* TAB. Peut. 11, 5. *cf. Weissbach, PW. III 258.*

bēlo *v.* balo.

Belo *v.* Baelo.

Bēlochus (Βήλοχος) *rex Assyriorum; cf. Baumstark, PW. III 258.* HIER. chron. a. Abr. 229. AVG. civ. 18, 3 Belocus rex nonus Assyriae. CHRON. Alex. chron. I p. 114, 224 Hilochus. CASSIOD. chron. II p. 121, 30 IORD. Rom. 20. *alius* IORD. Rom. 30.

bēloculus *v.* 5. Belus.

Beloium, -ī *statio Carniae in via quae Aquileiam et Lauriacum iungit, sita.* ITIN. Anton. Aug. p. 276, 2 Viam Beloio (bellono *var.*). *cf. Hülsen, PW. III 257.* *Jacobsohn.*

Belolai *et* **Belōna** *v.* Bellona *p. 1820, 6.*

belonē, ἡ βελόνη. *piscis*: PLIN. nat. 9, 166 acus sive belone. 32, 145 bacchus, batrachus, belonae (-ne *al.*), quos aculeatos vocamus. *Ihm.*

Belonē *nom. mul.* HYG. fab. 274 p. 149 Belone prima acum reperit, quae graece βελόνη appellatur.

Belonistria *titulus mimi Decimi Laberi.* LABER. mim. p. 341.

Belorophontēs *v.* Bellerophontes. [*Jacobsohn.*

aliis **belotocos** *appellatur herba dictamnus* Ps. APVL. herb. 63. *cf. Diosc. gr. 3, 34* οἱ δὲ βελονάκος ..., οἱ δὲ βελοτόκος.

belsa, -ae *f. cf.* 1. Belsa. VIRG. gramm. epit. 4 p. 20, 21 *bellum* nonnisi in belsa hoc est in campo agitur. belsa enim ob hoc dicitur, quia belsa plurima quae sunt gramina profert (*cf.* GLOSS. V 347, 8. 402, 23). *Ihm.*

1. Belsa *villa.* VEN. FORT. vita Germ. 49, 136 per Belsam sancto iterante.

2. Belsa *nom. figuli in vasculis*: CORP. XIII 10010, 28 Belsa Arv(ernus) (*v. Hirschfeld, Corp. XIII p. 120*). VII 1336, 143. XIII 10010, 288 Belsa.

Belsalino *v.* Vetus Salina.

Belsan, בִּלְשָׁן, *unus ex iis, qui cum Zorobabel a Babylone in Ierusalem reversi sunt.* VVLG. I Esdr. 2, 2 (βαλσαν LXX). II Esdr. 7, 7 (belsar *A*, βαλασαν LXX). *Jacobsohn.*

belsavia hoc est perversa, cum casus nominum modusque verborum transmutat, cuius exempla sunt hec ut lex hoc est legibus et legibus hoc est lex et rogo hoc est rogate et rogant hoc est rogo. VIRG. gramm. epit. 15 p. 90, 12. *Ihm.*

Belsefōn *v.* Beelsephon.

1. Belsinum *statio in via, quae Lugudunum et Aginnum coniungit.* ITIN. Anton. Aug. p. 463, 1. *cf. Ihm, PW. III 264.*

2. Belsinum *opp. Celtiberorum.* PTOL. 2, 6, 57 Βέλσινον. ITIN. Anton. Aug. p. 443, 4 Balsione. p. 451, 1 Bellisone. RAVENN. p. 310, 18 Belsionem. p. 313, 7 Belisarium. *cf. Hübner, PW. III 264.*

Belsonancum, -ī *locus Galliae, hodie* Beslingen (*cf. adnot. ad* GREG. TVR.). GREG. TVR. Franc. 8, 21 aput Belsonancum villa, quae in medio Ardoennensis silvae sita est. 325, 5 Belsonanco. *cf. Ihm, PW. III 264.*

Belsuarius *v.* Belisarius.

Belsus *nomen figuli celtici in vasibus.* CORP. III 6010, 40 (*cf.* 12014, 17'). VII 1336, 144. XIII 10010, 289. 10011, 44. 161.

Belthar *locus Ammonitarum.* LIB. geneal. chron. I p. 189, 515 usque ad Belthar. *cf.* VVLG. iud. 11, 33.

Beltra *statio inter Ecbatanam et Rhagas sita.* TAB. Peut. 12, 2. *cf. Weissbach, PW. III 264.* *Jacobsohn.*

bēlua, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. PAVL. FEST. p. 33 bellum a beluis dicitur, quia beluarum sit perniciosa dissensio. CASSIOD. (*ex Caesellio*) gramm. VII 205, 17 itaque tenuis si trisyllabum est, n consonans ad u accedit, si dissyllabum, ad e: aeque belua malva. *scriptura* bellua, *quam nonnulli genuinam putant, saepe traditur in codicibus iisque bonae notae, ex. gr. in codd.* LIVI (*at non in Put. et Vind.*), CELS. 2, 18 (*cod. Vat.*), SVET. Aug. 72 *et* Tib. 24 (*cod. Memmianus, at* Nero 12 beluis), NOT. Tir. 113, 15 bellua. velua: FRONTO p. 45, 18 N. GLOSS. II 349, 24. III 318, 27. 526, 57. velbam: PLAVT. Truc. 689 (*codd.*); velbe: CIC. leg. 3, 22 (*cod. B*). belba (*cf.* beluus): VIRG. gramm. epit. p. 85, 19 belba marina erit, bel enim mare a fisicis vocatur. *et sic saepius in* GLOSS. (V 402, 48 baelbae). bilua: GLOSS. IV 211, 46. 488, 33 (*cf.* V 592, 31 billa). *nota*: CHIRON 324 vestitura belluae, *confundens* βδέλλα (*i.* βδέλλιον) *cum* βδέλλα (*i. hirudine*). [*val.* balà, *ital.* belva, *portug. vet.* belfa. *M.-L.*]

I *proprie*: *generatim de quovis animante bruto, tum speciatim de bestiis immanibus vastisque*: NON. p. 455 beluam indifferenter posuit auctoritas veterum (*affert* PLAVT. Aul. 562). GLOSS. II 521, 49 ϑηρίον. IV 25, 4 belba bestia aut fera. III 258, 42 τὸ ϑηρίον, ὁ ϑήρ belua, fera. IV 211, 23 beluae bestiae (313, 27). V 270, 54 beluae bestiae maris terraeque (IV 407, 1. 591, 23. *alia vide infra de bestiis marinis*). PLAVT. Rud. 886 credo alium in aliam beluam hominem vortier: illic in columbum credo leno vortitur. Aul. 562 quo quidem agno sat scio magis curionem nusquam esse ullam beluam. Truc. 689 rabonem habeto, ut mecum hanc noctem sies. :: perii, rabonem? quam esse dicam hanc beluam? quin tu arrabonem dicis? *opponitur vel iuxta ponitur* homo (*rarius* deus): NAEV. com. 56 homines pecua beluasque. ENN. frg. var. 58 Vahl. mortalis atque urbes beluasque omnis. CIC. top. 83 in hominemne solum cadat an etiam in beluas aegritudo. off. 1, 11 inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest, ... se accommodat paulum admodum sentiens praeteritum aut futurum. 1, 34. 1, 105 quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat; illae nihil sentiunt nisi voluptatem (*cf.* Lael. 20 GELL. 19, 2, 3 MACR. sat. 2, 8, 12). 3, 32. 82. nat. deor. 2, 29 in homine mentem, in belua quiddam simile mentis. leg. 1, 30 qua (*ratione*) una praestamus beluis (*cf.* nat. deor. 1, 78). div. 1, 60 cum quovis alio vel homine vel deo, saepe belua. *et saepius in comparatione.* SALL. Catil. 1, 2 animi imperio, corporis servitio magis utimur: alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est (*cf.* AVG. civ. 9, 9 p. 381. 22, 24 p. 613). LIV. 6, 18, 5 quo usque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? (*cf.* PLIN. nat. 2, 145). SEN. dial. 7, 9, 4. CVRT. 5, 9, 3 quid ruimus beluarum ritu in perniciem non necessariam? (ARNOB. nat. 1, 64 agrestium. LACT. inst. 3, 8, 20 beluarum ... more vivendum est. epit. 22, 8. 33, 8 CASSIOD. var. 1, 46, 3. 5, 39, 1 *cf.* AMM. 31, 8, 8. 14, 5, 3). PLIN. nat. 2, 26. 11, 271. TAC. ann. 2, 24 ambiguas hominum et beluarum formas. APVL. flor. 3 p. 12 Marsyas ... fertur ... cum Apolline certavisse: taeter cum decoro, agrestis cum erudito, belua cum deo. COMM. apol. 34 LACT. ira 8, 7. 12, 2. 22, 2 inst. 5, 11, 3 *al.* IVST. 38, 8, 9 sagina ventris non homini, sed beluae similis (*cf.* CVRT. 9, 7, 16). HIL. trin. 1, 1 HIER. tract. in psalm. 143 p. 280, 7 (*syn.* bestia). adv. Pelag. 1, 7 p. 701 (*cf.* epist. 107, 2) AVG. gen. c. Manich. 2, 21, 32 gen. ad litt. imperf. p. 500, 29 SIDON. epist. 4, 17, 2 *et saepius.* CLAVD. MAM. anim. 1, 9 p. 49, 8 (*sim. saepius*). POMER. 3, 22 (*syn.* fera). belua *et* pecus: NAEV. com. 56 homines pecua beluasque. CIC. off. 1, 105 pecudibus reliquisque beluis. har. resp. 5 SEN. dial. 7, 9, 4. MIN. FEL. 34, 7 in pecudes, aves, beluas. ARNOB. nat. 2, 16 pecudes atque alias beluas. LACT. inst. 3, 8, 10 epit. 31, 6. ira 22, 2 sine qua (*religione*) aut immanitate beluis aut stultitia pecudibus adaequamur. VVLG. Sirach 43, 27 varia bestiarum genera et omnium pecorum et creatura beluarum. beluae *et* ferae: PACVV. trag. 303. SEN. Thy. 1033 an beluis servantur, an pascunt feras? (*opp.* alites; *cf.* LVCAN. 8, 764 AVSON. 76, 6). Herc. O. 1992 PETRON.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

119 v. 15 PLIN. nat. 5, 53. 11, 271 SVET. Aug. 72 APVL. met. 11, 25. Ps. APVL. Ascl. 7 in naturam ferae moresque beluarum. ARNOB. nat. 1, 17. 26. 7, 5 HIL. trin. 9, 59 AVIEN. ora 129. HEGES. 1, 39, 35 (*syn.* pecudes, bestiae, ferae). AVG. serm. ed. Mai 74, 3 (*ibid.* feris et bestiis). CIC. nat. deor. 1, 77 an putas ullam esse terra marique beluam, quae non sui generis belua maxime delectetur? (*enumerantur* taurus, equus, vacca, aquila, leo, delphinus. *opp.* homo). 1, 97 si ea genera beluarum, quae in rubro mari Indiave gignantur, nulla esse dicamus (*cf.* ITIN. Alex. 49). 1, 101 Aegyptii nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt (*ibid. iterum; cf.* rep. 3, 14 off. 2, 14 *sqq.*). 2, 122 dedit ... natura beluis et sensum et appetitum. 3, 47 pisces, canes, lupos, faelis, multas praeterea beluas in deorum numerum reponemus. rep. 3, 19 ecquid ergo primum mutis tribuemus beluis? off. 2, 17 quae in rebus inanimis quaeque in usu et tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam. LVCR. 4, 140. HOR. sat. 2, 7, 70 quae belua ruptis cum semel effugit, reddit se prava catenis? epod. 5, 10 petita ferro belua. LIV. 9, 5, 7 beluarum modo caecos in foveam lapsos. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962ᴬ beluis ... carnisumis acutos dentes apposuit *deus.*

praesertim de elephantis: TER. Eun. 415. CIC. epist. 7, 1, 3 esse quandam illi beluae cum genere humano societatem. rep. 2, 67 immani et vastae (*cf.* nat. deor. 2, 161 immanes et feras). nat. deor. 1, 97 elephanto beluarum nulla prudentior; at figura quae vastior? OV. trist. 4, 5, 8 Inda. LIV. 21, 28, 7. 27, 14, 8. 10. 11. 27, 49, 1 ubi saevire beluae ... coeperant. 27, 49, 2 in tantae molis belua (AMM. 19, 7, 7 beluarum molibus). 30, 33, 3. 37, 42, 5. 37, 43, 9. 38, 17, 15. 44, 5, 3 beluae latitudo. SEN. benef. 2, 29, 1 dial. 10, 13, 7. CVRT. 8, 9, 29 elephanti vehunt currum et tantarum beluarum corpora tota contegunt auro. 8, 13, 3. 7. 8, 14 *passim* (8, 14, 16 beluas rectoresque earum). COLVM. 3, 8, 3 India perhibetur molibus ferarum mirabilis: pares tamen in hac terra vastitate beluas progenerari quis neget, cum intra moenia nostra natos animadvertamus elephantos [LVCAN. 6, 207]. PLIN. nat. 8, 8. 18. 20. 12, 5 SIL. 3, 459. 9, 240 turritas moles ac propugnacula dorso belua nigranti gestans. 9, 576. 11, 540. 587 *et saepius.* MART. 1, 104, 10. 6, 77, 8 nigra. FRONTIN. strat. 2, 5, 4. IVV. 10, 158 Gaetula. 11, 126. 12, 104 FLOR. epit. 1, 18, 8. 9. 1, 18, 28 cum turribus suis beluas. PANEG. 12, 22 p. 291, 24 triumphalibus. LACT. opif. 5, 12 immanissima. AVSON. 350, 7 AMM. 25, 1, 15. 25, 3, 5. 25, 6, 2 VEG. mil. 3, 24 *quater.* OROS. hist. 4, 1, 6. 10. 4, 2, 5. 4, 9, 15. 4, 18, 12. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962ᴮ maximus beluarum. p. 963ᴬ tam ingentem. ALC. AVIT. carm. 1, 209. *camelus*: LIV. 37, 43, 9 HIL. in Matth. 19, 11. SEDVL. op. pasch. 4, 2 p. 256, 5 belua camelus immensa. *rhinoceros*: CVRT. 9, 1, 5. *hippopotamus*: MELA 1, 52 PLIN. nat. 8, 95 AMM. 22, 15, 22 *et* 24. RVFIN. hist. mon. 4 (*syn.* bestia). *crocodilus*: MELA 1, 52 PLIN. nat. 8, 92 (*bis*). 32, 53 APVL. apol. 8 MIN. FEL. 28, 8. RVFIN. hist. mon. 11 (*saepius, syn.* bestia). *lupus*: CIC. div. 2, 45 Romulus ... et Remus cum altrice belua (CLAVD. 1, 97 belua nutrix *Romuli*). rep. 2, 4 silvestris beluae sustentatus uberibus *Romulus.* OV. met. 11, 366 belua vasta lupus. ARNOB. nat. 1, 11 CLAVD. 26, 255. *aper*: CIC. carm. frg. 33, 39 Erymanthiam ... vastificam ... beluam (NEPOTIAN. 8, 9; *apud* VAL. MAX. fera). *leo*: IVV. 7, 77 *cf.* RHET. Her. 4, 39, 51. *asinus*: APVL. met. 11, 6 *cf.* GLOSS. V 592, 31 *et Götz, Thes. gloss. sub* belua. *serpens, draco, monstra varia*: GLOSS. II 29, 2 κνώδαλον. III 437, 31 ἱπποκένταυροι. CIC. div. 1, 49 visam beluam vastam et immanem circumplicatam serpentibus, quacumque incederet, omnia ... pervertere. VERG. Aen. 6, 287 belua Lernae (MART. 5, 65, 13 *cf.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 MIN. FEL. 28, 8 MACR. sat. 1, 17, 52. ARNOB. nat. 2, 59 beluarum et anguium ... genera). HOR. carm. 2, 13, 34 belua centiceps (SEN. apocol. 13). OV. epist. 10, 106. LIV. 29, 17, 12 (*de Scylla*) pestis ac belua immanis. *nota*: *de hyaena* (*cf.* beluus *et* beluinus *in fine*): GLOSS. II 461, 28 ὕαινα τὸ ζῷον belua. III 18, 46 ὕαινα belba, *sic saepius.* HIER. in Is. 65, 4/5 p. 775 hyaenae, quam nostri belluam vocant. RVFIN. Clement. 8, 25 hyaenae, quas belluas vocant (GLOSS. V 422, 50 hygae quas beluas vocant, id est bestiae. *cf.* IV 244, 45 hyaena ... genus beluae). ARNOB. nat. 7, 16 cur non et canes, ursos et vulpes, camelos et beluas (belbas *Salm.*) et leones *mactatis*? BARNAB. 10, 7 nec beluam ... manducabis (τὴν ὕαιναν). THEOD. PRISC. eup. faen. 38 beluae fel mixtum melli. 41 fel beluae (*v. adn. Rosii p. 499*). CASS. Fel. 29 p. 57 (*v. ind. p. 225*). *huc referunt etiam* CAEL. AVR. acut. 3, 16, 137 alii poculo lineo panno superimposito vel beluae pelle potandum putant, scilicet superstitione traducti, quod naturalis auctoritas beluarum, quae canibus est contraria, timorem aegrotantium solvat. *alii de lupo intellegunt. cf.* GLOSS. belbes i. lupa cervaria (*Thes. gloss. sub* lupa cervaria).

saepe de aquatilibus (*orca, ballaena, delphino al.*): GLOSS. II 496, 35 κῆτος (29, 9). 349, 24 κῆτος pistrix hae⟨c⟩ velua. III 355, 78 *belua marina* κῆτος (*sic saepius*). DIFF. ed. Beck p. 57, 15 ferae sunt silvestres, bestiae etiam serpentes, beluae vero marinae. GLOSS. V 442, 58 belbae bestiae, sed proprie marinae. IV 211, 46 biluae bestiae marinae (*cf.* 211, 16). 25, 18 belbae bestiae maris (488, 33 biluae. V 402, 48 baelbae). *al. v. supra.* CIC. nat. deor. 2, 100 quot genera ... partim submersarum partim fluitantium et innantium beluarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium! 1, 78 Triton ... natantibus invehens beluis adiunctis humano corpori. HOR. carm. 3, 27, 27 scatentem beluis pontum (CVRT. 10, 1, 12 plenum ... beluarum mare). OV. met. 5, 18 belua ponti *a Perseo interfecta* (*cf.* 4, 689. 728 MANIL. 5, 545. 608 MELA 1, 64 PLIN. nat. 5, 128. 9, 11. *eadem clausula* SIL. 15, 784 SEN. Phaedr. 351 *cf.* LVCAN. 8, 764 GERM. 362). SEN. suas. 1, 13 beluarum in oceano nascentium magnitudinem. SEN. nat. 4, 2, 22 (*cf.* 4, 2, 12). apocol. 5 (*opp.* animal terrestre). CVRT. 4, 4, 3 belua inusitatae magnitudinis. 8, 9, 9 delphinos ignotasque aliis gentibus beluas. 9, 10, 9 beluarum, quas fluctus eiecit carne vescuntur. MELA 1, 64 marinae beluae ossa immania. PETRON. 115 piscibus beluisque (PLIN. nat. 7, 5 FRONTO p. 208, 11 N. AVG. civ. 11, 29). PLIN. nat. 1, 9, 2 Indici maris. 9, 5. 7. 10. 11. 33. 106. 22, 3. 32, 144 (*enumerantur* arbores, physeteres, ballaenae, pistrices, Tritones, Nereides *al.*). VAL. FL. 2, 479 ecce repens consurgere ponto belua, monstrum ingens (*cf.* SEN. Phaedr. 1047). FRONTIN. strat. 3, 13, 6 marinae specie beluae. TAC. Germ. 17 beluarum, quas exterior oceanus atque ignotum mare gignit. SVET. Nero 12 exhibuit ... naumachiam marina aqua innantibus beluis. FRONTO p. 45, 18 N. GELL. 2, 6, 2 (MACR. sat. 6, 7, 5). APVL. flor. 17 p. 81 *Orpheus* immanium bestiarum delenitor, *Arion* misericordium beluarum oblectator (MART. CAP. 9, 908). met. 11, 25 aves ..., ferae montibus errantes, serpentes ..., beluae ponto natantes. SOL. 56, 9 *et passim.* AVIEN. ora 129 obire ... ponti feras, navigia lenta et languide repentia internatare beluas. 410. AMM. 22, 8, 47 voracium. VEG. mil. 4, 16 vocantur ... a marinis beluis musculi. AVG. civ. 11, 29 animalium, volucrum scilicet atque piscium beluarumque natantium. VICTRIC. 26 gelatas lacrimas beluarum. PHYSIOGN. 48 MART. CAP. 6, 702. EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 beluarum pars maxima et delphini et phocae catulos pariunt. 8, 1. PAVL. FEST. p. 30 ballaenam beluam marinam ipsam esse dicunt pistricem, ipsam esse et cetum. p. 180 orca genus marinae beluae maximum. CELS. 2, 18 omnes beluas marinas, ex quibus cetus est. PLIN. nat. 9, 12. 15 CLAVD. 20, 426. AVG. civ. 1, 14 prophetam ... in visceribus beluae. CHROMAT. in Matth. 13, 1 utero beluae clausus *Ionas.* EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 940ᶜ beluae, quae sunt instar montium. 7, 6 p. 944ᴬ.
PLIN. nat. 2, 146 beluarum, quas vitulos appellant. IVV. 4, 121. 127 (*rhombus*). *de sideribus*: ENN. scaen. frg. 243 Vahl. astrologorum signa in caelo quid fit (sit *cod.*) observationis, cum Capra aut Nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum. CIC. nat. deor. 3, 40 singulas ... stellas numeras deos eosque ... beluarum nomine appellas, ut Capram, ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem. GERM. 362 Belua ... ponti. 383 qua caudam Belua flectit. *cf.* AVIEN. Arat. 745 *Canis.* 772 *Pistrix.* 828 *Piscis.*

II *in comparatione* (*cf.* bestia, pecus, bipes): *incertum num huc pertineat* LABER. mim. 92 bipedem bliteam beluam. PLAVT. Trin. 952 ne tu me edepol arbitrare beluam, qui quidem non novisse possim quicum aetatem exegerim (*cf.* 954 stultus). Most. 569 abi sis, belua. 607 neque ego taetriorem beluam vidisse me umquam quemquam quam te censeo. 619 iube obi⟨ci⟩ argentum ob os impurae beluae. Rud. 543 postulabas te, impurata belua, totam Siciliam devoraturum insulam? (*cf.* CIC. leg. 3, 22 inpurae beluae. LAMPR. Alex. 56, 6 CAPITOL. Maximin. 5, 4). TER. Eun. 704 age nunc, belua, credis huic quod dicat? (SCHOL. Ter. p. 107 antiqui beluas id est lupas vocabant meretrices). Phorm. 601 sed quid pertimui autem belua? CIC. Pis. 1 iamne vides, belua, iamne sentis quae sit hominum querela frontis tuae? 8 cum hac importuna belua (Phil. 6, 7. 13, 22 importunissima. *cf.* ARNOB. nat. 1, 11). Pis. frg. 5 quae te beluam ex utero, non hominem fudit (*cf.* HIER. adv. Pelag. 1, 7). Verr. 6, 109 cum homine ... crudeli nobis res est an cum fera atque immani belua? (*cf.* Phil. 4, 12). *ibid.* quid ego hospitii iura in hac immani belua commemoro? Sull. 76 beluae quaedam illae ex portentis immanes ac ferae, forma hominum indutae extiterunt. har. resp. 5 quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? Mil. 32 nefaria. 40 cum M. Antonius ... illam beluam, iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret. 85. Phil. 8, 13 de illo homine queri solebas: quid te facturum de belua putas? 12, 26 fratre Lucio, taeterrima belua. *et saepius in orationibus.* CIC. orat. 26 quaerit ab ipso, cum quidem eum beluam appellet, utrum illa verba an portenta sint, ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere (*cf.* HIER. epist. 53, 2). LIV. 4, 49, 14 haec belua dignior vobis tanto honore videbitur. 7, 10, 3. 7, 24, 4 in beluas (bell- *HL*) strinximus ferrum. 29, 17, 12 pestis ac belua inmanis. 38, 45, 11 beluas non hostes nobis obiecerunt. SEN. dial. 5, 19, 3 *de Caligula* (*cf.* AVR. VICT. Caes. 3, 9 tamquam beluae hausto sanguine). PLIN. paneg. 48 illa immanissima belua (*de Domitiano*). DECL. in Catil. 41 quasi quasdam rapidissimas beluas in urbis penates immittere. FLOR. epit. 3, 20, 4 prima sedes velut rabidis beluis (bellus *B*) mons Vesuvius placuit. APVL. apol. 59. COMM. instr. 2, 36, 1 ebrioso modum non pono: sed belua maior bibendo superius interior a mente recedis. PANEG. 12, 24 p. 293, 18 impetum beluae furentis. LAMPR. Alex. 56, 6 *de Heliogabalo* (*item* CAPITOL. Maximin. 5, 4. *cf.* 15, 6 tristissima. 15, 8. 17, 1 homo natura ferus ..., ut non hominem sed beluam putares. LAMPR. Heliog. 5, 2). LACT. inst. 5, 11, 6 tantae beluae immanitatem *de imp. Galerio persecutore Christianorum* (*saepius sic usurpat* bestia; *cf.* EVCHER. pass. Acaun. 3 Maximianus omni belua cruentior). HIER. epist. 60, 16 quot matronae, quot virgines dei ... his beluis (*sc. bar-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

barorum gentibus) fuere ludibrio? 125,3 gentes vagae, immo beluae . . . ferocissimae. HOR. epist. 1, 1, 76 belua es multorum capitum (PORPH. *ad h. l.* a fabella . . . Aesopia arguit inter se repugnantiam hominum dicens beluam multorum capitum esse. *cf. Gnomol. Vat. ed. Sternb. 121* πολυκέφαλον θηρίον εἶπε πάντα δῆμον *Ariston*). MACR. sat. 7, 3, 10 sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatae beluae morsus. CIC. ac. 2, 139 tu . . . honestatem cum voluptate tamquam hominem cum belua copulabis? 2, 108 quod, ut feram et immanem beluam, sic ex animis nostris adsensionem . . . extraxisset (*cf.* Tusc. 4, 45). SVET. Tib. 24 quanta belua esset imperium. PS. SALL. rep. 2, 8, 4 avaritia belua fera inmanis intoleranda est.

III *epitheta frequentiora* (*ad I et II spectantia*): taetra (*coniunctum cum* immanis CIC. *saepius*): PLAVT. Most. 569. RHET. Her. 4, 39, 51 taeterrima (CIC. Phil. 3, 28. 12, 26). CIC. Sest. 16 prov. 15 Tusc. 4, 45. Phil. 7, 27 taetram et pestiferam (*cf.* LIV. 29, 17, 12). 4, 12. 10, 22 CLAVD. 18, 183. *cf.* PACVV. trag. 303 beluarum ac ferarum adventus ne taetret loca. SEN. suas. 1, 2 foeda beluarum magnitudo. fera: CIC. Verr. 6, 109 fera atque immani (Sull. 76 nat. deor. 2, 161 ac. 2, 108 *cf.* off. 3, 32. PS. SALL. rep. 2, 8, 4 belua fera immanis). Mil. 30 OV. met. 13, 917. PLIN. nat. 8, 186 beluae feritatem. SIL. 10, 249 MIN. FEL. 17, 2 LACT. inst. 6, 19, 3 AVSON. 157, 6 VVLG. II Macc. 4, 25. *cf.* HOR. carm. 1, 12, 23 saevis (GRATT. 88?). FLOR. epit. 3, 20, 4 rabidis. DECL. in Catil. 41 rapidissimas (SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 22 rapidas). AVIEN. Arat. 772 dira. AMM. 22, 8, 47 voracium. HIER. epist. 125, 3 ferocissimae. immanis (*cf.* taetra, fera): CIC. Verr. 6, 109 *bis* Sull. 76 p. red. in sen. 14 Phil. 13, 5. rep. 2, 67 immani et vastae (div. 1, 49 *syn.* monstrum). 3, 45 ac. 2, 108 nat. deor. 2, 161 Tusc. 4, 45 off. 3, 32 (*cf.* 3, 82 nat. deor. 2, 99 LIV. 29, 17, 12. 34, 24, 4 (*cf.* 27, 49, 2) SEN. suas. 1, 4 CVRT. 9, 4, 18. PLIN. paneg. 48 immanissima (GELL. 2, 6, 2 LACT. opif. 5, 12). SVET. Aug. 72 Capreis immanium beluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur Gigantum ossa et arma Heroum. APVL. apol. 8 LACT. inst. 6, 10, 8 VEG. mil. 3, 24 p. 118, 16 CLAVD. 21, 267 RVFIN. hist. mon. 4. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 315 ingens (SEN. Phaedr. 1047 *syn.* monstrum. TAC. ann. 4, 72. HIL. in Matth. 19, 11 beluae ingentis informitas. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 963ᴬ). SEN. dial. 6, 10, 6 immensae (SEDVL. op. pasch. 4, 2). vastus (*cf.* immanis): CIC. rep. 2, 48 qui (*tyrannus*) quamquam figura est hominis, morum tamen immanitate vastissimas vincit beluas. nat. deor. 1, 97. carm. frg. 33, 39 vastificam. OV. met. 11, 366 MELA 1, 52 *cf.* COLVM. 3, 8, 3. importuna: *v. p. 1862, 54.* impura: *v. p. 1862, 47 sqq.*

synonyma et iuxta posita: bestia, fera, pecus. monstrum, portentum. *oppositum*: homo.

beluacos *v.* belotocos.

bēluālis, -e *a* belua. *cf.* beluilis. MACR. sat. 5, 11, 15 educationem . . . tamquam belualem et asperam criminatur.

bēluātus, -a, -um *a* belua. GLOSS. II 569, 43 beluatus bestiis similis. PLAVT. Pseud. 147 Alexandrina beluata tonsilia tappetia. ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 24 quod vobis inaniter contradicunt beluati sic minantes *i. haeretici* (*sic L*, beluae sic minaces *Sirmondi editio, fort.* beluati isti minantes *Peiper*). *cf.* belutus. *Ihm.*

? **Belve** *nom. propr. celt.* CORP. XIII 1231, 9 (*nisi est* Bene). *Jacobsohn.*

? **belues** egestas, quia solet contingere per vastationem GLOSS. V 591, 58 (*Scalig. ex Osberno*). LIB. gloss. belues mendacitas (lues *Scaliger*, bulimus *Götz*). *cf. Löwe, prodr. p. 70.*

bēluīlis, -e *a* belua. GLOSS. II 29, 6 beluile θηρι[σ]ῶδες. IVL. VAL. 1, 7 p. 14, 5 est ei (*equo*) vitium beluile, namque homines edit. 3, 55 p. 163, 3 quod . . . est . . . beluile (*sc. in corpore monstri*). p. 163, 9 vides . . . dispares formas neque inter se amicas ac prorsus beluile saevientes.

bēluīnus, -a, -um *a* belua. [GLOSS. *v.* belutus.] *scriptura* vel- *p. 1864, 12.* GELL. 19, 2, 2 qui duabus istis beluinis voluptatibus se dediderunt (*cf.* 19, 2, 3 voluptates . . . hominibus communes cum beluis). IVL. VAL. 3, 54 p. 162, 3 prioris corporis pars pube tenus ad hominem congruebat, enimvero quae insecuta corporis, erant omnia beluina. HIL. trin. 1, 1 non multum videntur a consuetudine esse beluinae oblectationis aliena *otium et opulentia*. 1, 2 ineptae ac beluinae vitae consuetudinem respuisse (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 23, 6 mus. 6, 5, 15 CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 79, 7). 1, 3 ultra beluinae immanitatis esse rabiem. *ibid.* quae (*praecepta ad beate vivendum*) non intellegere beluinum esset. FILASTR. 124, 4 sceleratis moribus et beluinis sensibus (*cf.* PS. AVG. serm. 129, 2). 154, 2 crudelitas beluina hominum. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 1 turpi vel scelesto reatu beluinae obscaenitatis inluviem vel bestialis immanitatis horrorem commisisse detecti sunt. epist. 62, 23 ut beluinos usus humano infundamus pectori. hex. 6, 9, 54 ipsa habitudo corporis *humani* suavis et *grata est*, ut neque beluina vastitas honori sit nec gracilitas tenuis infirmitati. Abr. 1, 9, 93 populus nationum beluina quadam horridus maritorum deformitate. RVFIN. hist. 1, 2, 19 ferino magis ac beluino ritu (θηριώδη τινὰ τρόπον. *cf.* AVG. serm. ed. Mai 46, 2 IORD. Get. 3, 22). PRVD. cath. 7, 114 faucibus. PAVL. NOL. carm. 24, 223 corporis. epist. 23, 12 corde (MAX. TAVR. serm. app. 30). AVG. civ. 10, 30 ut . . . in solos homines humanas animas praecipitari posse sentiret, beluinos autem carceres evertere minime dubitaret *Porphyrius* (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 14 p. 183, 15). 18, 30 exceptus est *Ionas propheta* ventre beluino (*cf.* serm. ed. Mai 97, 11). trin. 4, 1, 3 nec humanarum tantum carnium sed etiam beluinarum. in euang. Ioh. 23, 6 non habere mentem rationalem corpus Christi, sed quasi animam beluinam (*cf.* mus. 6, 5, 15). MAR. MERC. app. 1 *naturae.* EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937ᴬ gregales, beluini, immanes minutique pisces. SALV. gub. 5, 51 imprudentia. SIDON. epist. 7, 14, 6 motui (CASSIOD. var. 9, 14, 6 motibus). CASSIOD. var. 9, 18 p. 282, 27 saevitia (IORD. Get. 3, 24. 24, 128). ISID. sent. 2, 43, 5 consuetudine beluina detenti. *nota*: DIOSC. 2, 59 magna . . . virtus est maritimi scorpii . . . et veluino *felli* (τοῦ θαλασσίου σκορπίου . . . καὶ ὑαίνης). *cf.* belua *p. 1861, 60 sqq.*

synonyma: bestialis, ferinus. sceleratus. *opposita*: humanus. rationalis.

[**beluius**] *v.* belutus.

bēluōsus, -a, -um *a* belua. HOR. carm. 4, 14, 47 beluosus qui remotis obstrepit oceanus Britannis (AVIEN. ora 102 *et* 204 oceani). VIRG. gramm. epit. 4 p. 24, 21 mare . . . undosum biluosumque (bel- *cod. N*). *Ihm.*

1. Bēlus (Βῆλος) *deus semiticus, non diversus a* Baal; *cf. Cumont, PW. II 2647; Tümpel, PW. III 259.* *forma Graecae linguae non adaequata* **Bēl** (Βήλ) *indecl.*, בֵּל (*sed cf.* TERT. idol. 18 Danielem . . . nec Belem nec draconem colere. *v.* Belis *infra l. 31*). VVLG. Is. 46, 1 confractus est Bel, contritus est Nabo. Ier. 50, 2. 51, 44 Bar. 6, 40. Dan. 14, 2 erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel. *et saepe.* CYPR. epist. 58, 5. HIER. nom. hebr. p. 49, 2 Bel vetustas sive absque (EVCHER. instr. 2 p. 155, 12). p. 53, 21. 56, 5. sit. et nom. p. 107, 29 Bel idolum babylonium. in Is. 46, 1 p. 544 Bel, quem Graeci Belum, Latini Saturnum vocant. in Ezech. 23, 11 p. 264 idolum autem Baal sive Bel et ut apertius dicam Belis, Assyriorum religio est, consecrata a Nino Belis filio in honorem patris (*cf.* GLOSS. IV 488, 10 Belis simulacrum daemonis. 591, 22. 585, 40). in Os. 2, 16 p. 24 ut *Ninus* patrem suum Belum referret in Deum, qui hebraice dicitur Bel. . . . hunc Sidonii et Phoenices appellant Baal: eadem enim inter Beth et Lamed litteras consonantes, Ain vocalis littera ponitur, quae iuxta linguae illius proprietatem nunc Beel, nunc Baal legitur. unde et Dido Sidonia regii generis, cum Aeneam suscepisset hospitio, hac patera Iovi vina delibat, qua Belus et omnes a Belo soliti. PAVL. NOL. carm. 19, 251. SERV. Aen. 1, 729 Belus primus rex Assyriorum . . . quos constat Saturnum, . . . Iunonemque coluisse, quae numina etiam apud Afros postea culta sunt unde et lingua Punica Bal deus dicitur. apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione et Saturnus et Sol. *addit* SERV. auct. alii hunc Belum Saturni temporibus regnasse eiusdemque dei hospitem fuisse tradunt. ISID. orig. 8, 11, 23. GLOSS. V 347, 7 Bel pater Nini. 402, 21 Beel pater Saturni. *idem* **Bēlus,** -ī, *qui et primus rex Assyriorum et pater Nini fuisse dicitur*: OV. met. 4, 212 rexit Achaemenias urbes pater Orchamus, isque septimus a prisco numeratur origine Belo. CVRT. 3, 3, 16 quorum (*simulacrorum*) alterum Nini, alterum erat Beli (belli *codd.*). 5, 1, 24. SEN. nat. 3, 29, 1 Berosos, qui Belum interpretatus est (*cf. Schwartz, PW. III 316*). PLIN. nat. 6, 121 Iovis Beli templum (*cf.* SOL. 56, 3 MART. CAP. 6, 701). STAT. Theb. 6, 61 ab antiquo durantia cinnama Belo (*cf.* SERV. Aen. 1, 642). MIN. FEL. 6, 1 TERT. pall. 2 LACT. epit. 19, 5 inst. 1, 22, 2. FILASTR. 24, 2 (*in capite de Bahalitis*) a Belo rege. 24, 4 Belus autem sive a proprio nomine, sive a fortitudine belli . . . hoc nomen aut cognomen habere sortitus est. AVIEN. orb. terr. 1199 AMM. 23, 6, 23 SERV. Aen. 1, 729. AMBROSIAST. in Rom. 1, 23 Babylonii Deum vocaverunt figmentum Beli cuiusdam. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 16, 23 in Is. 46, 1 p. 544 in Ezech. 23, 11 p. 264 in Os. 2, 16 p. 24 chron. a. Abr. 1 CLAVD. 21, 62 AVG. civ. 12, 11. 16, 3. 16, 17. 18, 2. 18, 21 SVLP. SEV. chron. 2, 8, 3. OROS. hist. 1, 1, 1 Nino Beli filio rege Assyriorum. 7, 2, 13. CHRON. Alex. chron. I p. 113, 214 Bilus. POL. SILV. chron. I p. 547, 2 ISID. chron. II p. 431, 30 IORD. Rom. 12 ISID. orig. 8, 11, 23. *nota*: GLOSS. V 9, 3 Beli multi fuerunt, praecipue rex Assyriorum et Graecorum; alter praecipue Babylone. AMPEL. 11, 1 Belus rex, Iovis filius, cuius posteri per Ninum Asiae regnaverunt, per Aegyptum Libyae, per Danaum Europae. Belus, *rex Punicus*: SERV. Aen. 1, 642 Belo, primo rege Assyriorum, ut ab antiquo durantia cinnama Belo usque ad Belum, patrem Didonis, qui et ipse Assyrius fuit, quamvis alio nomine pater Didonis fuisse dicatur. hinc est quam Belus et omnes a Belo soliti, cum inter patrem et filiam medius nullus existat et hoc regis nomen ratione non caret: nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua El dicitur, unde et Ἥλιος. ergo addita digammo et in fine facta derivatione a Sole regi nomen imposuit. VERG. Aen. 1, 621 Teucrum memini Sidona venire finibus expulsum patriis, nova regna petentem auxilio Beli: genitor tum Belus opimam vastabat Cyprum. 1, 729. SERV. Aen. 1, 343 Belus, Didonis pater, Mettes, *dictus est.* 1, 621. *praeterea cf.* SIL. 1, 71 *Hannibal* ortus Sarrana prisci Barcae de gente, vetustos a Belo numerabat avos. 2, 49. 15, 745 mihi (*Hasdrubali*) Belus avorum principium. 8, 30 sanguine cognato iuvenis tibi, diva (*sc. Anna*), laborat Hannibal, a vestro nomen memorabile Belo. 8, 221 vestri generata e sanguine Beli *et* 1, 87 Belusque parens om-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nisque nepotum a Belo series. *deus Palmyrenus*: Corp. VI 50. Carm. epigr. 872 (*saec. III in.*) Belus fortunae rector mentisque magister. *cf.* Malachbelus *et Wissowa, Religion und Kultus p. 303.* *pater Danai*: Schol. Stat. Theb. 1,324. 2,222. 3,286 Iovis filius Elus, Eli filius Belus, Beli et Libyae Agenor, Danaus et Aegyptus. 6, 266. 269 Hyg. fab. 168 p. 31, 124. p. 106 Schol. Germ. Strozz. p. 172. *unus e maioribus Palamedis*: Serv. Aen. 2, 81 Palamedes, ut Apollonius dicit, septimo gradu a Belo originem ducens (Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 82). Mythogr. 1, 45 Belus Palamedis pater. *cf.* Hyg. fab. 275 p. 151 Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum (*cf.* Cass. var. 1, 30, 5). *inde patronym.* **a Bēlias** *f.* Sen. Herc. O. 960 stricto cruento Belias ferro stetit. **b Bēlīdēs,** -ae (*aut* -is). *cf.* Char. gramm. I 124, 5. *de ī longa cf.* Prisc. gramm. II 67, 10. Cinna carm. frg. 3 iam inde a Belidis natalique urbis ab anno. Verg. Aen. 2, 82 Belidae nomen Palamedis (Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 82 Belidae nomen Palamedis. Nauplii quidem filius Palamedes, sed longius repetita origine Belidis epitheton). Stat. Theb. 6, 291 Belidae fratres. Ov. epist. 14, 73 surge, age, Belide, de tot modo fratribus unus. Sil. 1, 75 Belides iuvenis. 3, 650 maxime Belide (*sc. Hannibal*). *cf.* Gloss. IV 211, 17. **c Bēlides,** -um, *filiae Danai* Ov. met. 4, 463 adsiduae repetunt, quas perdant, Belides undas. 10, 44 trist. 3, 1, 62 Ib. 177. 356 ars 1, 74. *item* Ivv. 6, 655.

2. Bēlus. Cic. nat. deor. 3, 42 quintus *Hercules* in India, qui Belus dicitur.

3. Bēlus *magus quidam.* Arnob. nat. 1, 52 Belus, Iulianus et Baebulus.

4. Bēlus *nom. propr.* Corp. VI 1057, 4, 30 P. Belus Felix. XII 4193. *cf.* XIII 10010, 290 (*in vasculo*).

5. Bēlus *lapis pretiosus.* Plin. nat. 1, 37, 55. 37, 149 Belum . . . quam (*gemmam*) sic vocant, in Arbelis nasci Democritus tradit. *iisdem locis* **Bēlī oculus**: Plin. nat. 37, 149 Beli oculus albicans pupillam cingit nigram e medio aureo colore fulgentem et propter speciem sacratissimo Assyriorum deo dicatam. *cf.* Isid. orig. 16, 10, 9 Beloculus.

6. Bēlus *fluvius Phoenicae; cf. Benzinger, PW. III 259.* Plin. nat. 5, 75 rivus Pacida sive Belus vitri fertilis harenas parvo litori miscens — ipse e palude Cendebia a radicibus Carmeli profluit. 36, 190 Belus amnis. Tac. hist. 5, 7 Belus amnis Iudaico mari inlabitur. Isid. orig. 16, 16, 1.

7. Bēlus *mons* (?) *Syriae; cf. Benzinger, PW. III 259.* Plin. nat. 5, 81 Chalcidem cognominatam ad Belum, unde regio Chalcidena fertilissima Syriae. *cf.* 5, 82. *Jacobsohn.*

? **bēlutus** bestiae similis Pavl. Fest. p. 34. *cf.* Gloss. II 29, 7 beluius (belluinus *acde*) θηρίον ὅμοιος. *v. Götz, Thes. gloss. sub* beluius. *an* beluatus?

bēluus (-a, -um) [*cf. c.* belua. *Th.*]. Avg. gramm. V 520, 28 ubi geminata u littera in nominativo est, nomen est, non participium, ut fatuus . . . exiguus beluus, ut Cicero dicit. Gloss. II 328, 33 θηριώδης beluus efferus. *adde* Gloss. V 271, 15 beluus morbus bestiarum (592, 37 biluus). 593, 18 belluus moribus bestiarum (*cf.* IV 211, 16 *codd. ab*). 592, 34 bibuscus morsus bestiarum. *cf. de his Löwe, prodr. p. 70, qui glossam sic forte redintegrandam censet*: beluus: moribus bestiarum ⟨similis⟩. *v. etiam* bruchus. *subst.*: Capitol. Gord. 33, 1 fuerunt sub Gordiano Romae . . . belbi, id est yaenae, decem. *cf.* belua *et* beluinus (*in fine*).

Belzebūb (Belzebul) *v.* Beelzebub.

bēma, -atis *n.*, βῆμα. *dies festus Manichaeorum*: Avg. c. epist. fund. 8 p. 202, 11 cum bema vestrum, id est diem, quo Manichaeus occisus est, quinque gradibus instructo tribunali . . . prosequamini. p. 203, 2 in illa bematis celebritate. c. Faust. 18, 5 p. 494, 19 illo enim mense (*sc. Martio*) bema vestrum cum magna festivitate celebratis.

? **Bemax** *nom. incertum.* Corp. III 10028 (*cf. add.* p. 2328[171]).

regio Nemea . . . et **Bembinadia** vocitata Plin. nat. 4, 20. *cf. Oberhummer, PW. III 267 s. v.* Bembina.

deo **Bemilucivi** Corp. XIII 2885 (*in agro Mandubiorum, videtur perisse*). -lugovi *coni. Mowat.* *cf. PW. III 267.*

Bemmaris *statio Mesopotamiae.* Itin. Anton. Aug. p. 185, 2 Bemmaris. p. 190, 3 Bemmari Canna. *Ihm.*

Ben *nomen proprium esse errore putavit Hieronymus* Vvlg. I par. 15, 18. *est* בֵּן *filius.* *Otto.*

1. Bena *nom. celt.* Corp. V 4547 (*prope Brixiam, periit*) Boduisso Coipilloni et Bena Criponi.

2. Bena *v.* Baana.

Benaber *nom. vir.* Corp. VI 5187 (*c columb.*) Benaber atri(e)nsis Serapio oll(am) dedit. *Ihm.*

Benabinadab *Hieronymo nomen est, cum revera sit* בֶּן־אֲבִינָדָב *filius Abinadab* (LXX υἱοῦ Ἀμιναδάβ): Vvlg. III reg. 4, 11.

Benacan. Hier. nom. hebr. p. 17, 1 (*ex num.* 33, 31) Benacan (Bneachan, Banaean, Banacan *codd*): filius necessitatis. *v.* Baneiacan. *Otto.*

Bēnācēnsēs *v.* Benacus.

Bēnācus, -ī *m.* 1 *lacus in Veronensi, hodie* Lago di Garda; *cf. Hülsen, PW. III 268; Nissen, It. Landesk. I 179. 190.* Polyb. *apud* Strab. 4, 209 λίμνας . . . εἶναί φησιν ἐν τοῖς ὄρεσιν πλείους μέν, τρεῖς δὲ μεγάλας, ὧν ἡ μὲν Βήνακος ἔχει μῆκος πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ ⟨ἑκατὸν⟩ τριάκοντα, ἐκρεῖ δὲ ποταμὸς Μίγκιος. Verg. georg. 2, 160 anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino? (Serv. *ad h. l.* Benacus in eadem regione mille et ducentorum *stadiorum circuitu patet. ibid.* Benacus lacus est Italiae, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas. *inde* Isid. orig. 13, 19, 7). Plin. nat. 2, 224 in Benaco Mincius (3, 131). 9, 75 lacus est Italiae Benacus in Veronensi agro Mincium amnem transmittens *eqs.* Ptol. 3, 1, 20 ἐπὶ τὴν Βαίνακον λίμνην (Βέννακον X). Vopisc. Prob. 24, 1 circa Veronam ac Benacum et Larium. Ambr. hex. 3, 3, 16 sunt etiam non confusi (*sc. mari*) lacus et stagna, quae non miscentur fluctibus, ut Larius et Benacus. Hier. in Dan. 6, 19 lacus . . . latine aquarum dulcium congregatio nuncupatur, ut lacus Benacus et Larius et ceteri, quem Graeci λίμνην id est stagnum vocant (*cf.* in Ezech. 32, 17 *sqq.* p. 390). Ps. Avr. Vict. epit. 34, 2 haud procul a lacu Benaco. Serv. Aen. 10, 205 Benacus lacus est Venetiae, de quo fluvius nascitur Mincius (Isid. orig. 13, 19, 7). Clavd. carm. min. 20, 18 Benacumque . . . lacum *vicinum Veronae.* 25, 107 quas (*volucres*) Benacus alit, quas excipit amne quieto Mincius. Vib. Seq. geogr. p. 147, 10 Benacus Galliae. p. 149, 27 Mincius . . . agitur ex Benaco. Isid. orig. 14, 4, 19. Ravenn. p. 253, 10 apud eas (*civitates* 'Sirmio Garda') lacus maximus, qui dicitur Benacus. *personatus*: Verg. Aen. 10, 205 quos patre Benaco velatus harundine glauca Mincius infesta ducebat in aequora pinu (Serv. *ad h. l.* iure . . . dux Venetus fluvium provinciae suae depinxit in navi: quem Benaci filium, quia ex ipso habet originem, dicit). *pro deo cultus*: Corp. V 3998 (*rep. ad lacum*) ⟨. . .⟩clo et lac(ui) Benaco Successus Q. Samici Myrini v. s. l. m. 2 *cogn. vir.* Corp. V 4892 (*Val Sabbia*) ⟨. . .⟩sena Benaci. **Bēnācēnsēs** *incolae pagi cuiusdam ad lacum siti; cf. Mommsen, Corp. V p. 507.* Corp. V 4313 (*Brixiae*) Trumplin⟨i⟩ et Benacen⟨ses⟩. 4866 (*Toscolano, a. 165*) Benacenses. *item in titulis ibid. repertis* 4867 (*a. 189*). 4868 (*a. 191*). 4869 (*a. 268—270*). *per compendium*: 4874 (*Gargnano*) Neptuno sacrum p(agani) B(enacenses). *Ihm.*

Benadad *indecl.*, בֶּן־הֲדַד, *reges Syriae*; LXX υἱὸς Ἄδερ. Vvlg. III reg. 15, 18. 20. 20, 1 *sqq.* IV reg. 6, 24 *al.* II par. 16, 2. 4 Ier. 49, 27 Am. 1, 4. Hier. in Am. 1, 4 p. 227 ei (*Azael*) in regnum successerat filius suus Benadad, a quo omnes postea reges Aram, id est Syriae et Damasci, Benadad vocabulum possederunt. Salv. gub. 7, 31 Benedad regem Syriae.

Benagenī *gens.* Lib. gener. chron. I p. 97, 83 Armeni, Amazones, . . . Benageni, Cappadoces, Paflagones. Chron. Alex. chron. I p. 97, 58 Dennageni. *Otto.*

Benagius *nom. vir.* Cod. Theod. 6, 26, 17 (*a. 416*) Benagium *melloproximum.* Corp. VI 32169 (*saec. V*) Clodi Ablabi Benagi. VIII 22658, 6 (*in gemma*) Benagi (*cf.* 21517, *lectio inc.*). XIII 1854 (*Lugud., saec. III*) χαῖρε Βενάγι, ὑγίαινε Βενάγι. Conc. Valent. a. 524 Mansi 8, 623[A] Benagius . . . episcopus.

Benahel *v.* Iebnael.

Benaia *nom. mul.* Greg. Tvr. vit. patr. 15, 3 p. 723, 6 Benaia (*var.* Ban-), hoc . . . erat nomen mulieris. *cf.* Banaia.

? **benalia** benigna Gloss. V 170, 40 (beneficialia? benivola? *adn. Götz*).

? **benarius** σκηνάρχης Gloss. II 29, 10 (scenarius *Götz*, tabernarius *Heraeus*; benna *confert Scaliger*).

Benarn- *v.* Benearn-.

Bencennēnsis *civitas Africae; cf. Dessau, PW. III 268.* Corp. VIII 15447 (*a. 230*) ordo civ⟨ita⟩tis Bencennensis. Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 103[A] Adeodatus episcopus plebis Bencennensis. *Ihm.*

Bendecar *nom. vir. hebr. in* Vvlg. III reg. 4, 9. *sed in hebraeo est* בֶּן־דֶּקֶר *i. filius Decer, sicut* LXX υἱὸς Δακάρ. *Otto.*

? **Bendi** (*dat.?*) *nom. mul.* Corp. III 6137 (*Moes. inf.*) d. m. Sises Mucasenis et Bendi marit⟨a⟩. *cf.* Bendis.

? **bendideon** id est abscenciu Gloss. III 619, 18. *cf.* apsinthium.

Bendidios (*i.* Βενδίδειος) Bithyniensium lingua Aprilis mensis dicitur Gloss. V 170, 41. *cf. Knaack, PW. III 269.*

cui (*loco in Aegypto*) **Bendidium** vetus nomen est Ivl. Val. 1, 24 p. 34, 5 (*trad.* indidium). *cf.* Bendis.

Bendīs (Βενδῖς) *dea Thracum, de qua cf. Knaack, PW. III 269 sqq.* Corp. III 14406[c] (*Philippis Maced.*) Bendidei sacr(um). *adi.* **Bendidius,** -a, -um. Liv. 38, 41, 1 circa templum Bendidium (mendidium *codd.*) castra . . . posuit (*in Thracia*). *v. Oberhummer, PW. III 269.* *cf.* Bendidios, Bendidium.

bene *v.* bonus.

Beneaccipio, -ōnis *signum.* Corp. XI 2720 (*Volsiniis*) d. m. Haeuelpisti Beneaccipioni collegius Dianes de domu publica.

Benearnum (Beneharnum) *opp. Aquitaniae, de quo cf. PW. III 273 et Corp. XIII 1 p. 51 sq.* Itin. Anton. Aug. p. 452, 6 Benearno. p. 453, 3 *et* 457, 5 Benearnum (*omnibus locis* Beneharn- *codd. plurimi*). Conc. Agath. a. 506 Mansi 8, 337[B] episcopus de Benarno. Not. Gall. 14, 8 Benarnus. Greg. Tvr. Franc. 9, 7 Benarnae. 9, 20 p. 376, 16 Benarno (*nomin.*). *incolae* **Benarnēnsēs,** -ium. Not. Gall. 14, 8 civitas Benarnensium. Conc. Matisc. a. 585 p. 172, 38 ecclesiae Be[r]narnensium. *adi.* **Benarnēnsis,** -e. Conc. Burdig. a. 663 — 675

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 216, 22 Benarnensis urbis. *cf.* Venami PLIN. nat. 4, 108 (Venarni *i. Benarni Desjardins*).

Aeliae **Beneaucxidi** uxori CORP. VIII 16555. *Ihm.*

Benebentum, -ānus *v.* Benev-. **Benech** *v.* Bethanath.

Benedad *v.* Benadad. **benedicē** *v.* benedicus.

benedīcibilis, -e. *cf. c.* bene dicere. *i. q.* benedicens (*cf.* benedico *2*): PS. AVG. serm. 120, 6 post illius benedicibilis salutationis et praesagium et triumphum.

benedīco, -xī, -ctum, -ere. NOT. Tir. 25, 97. 98. 99. *cf.* bene *A I 3.* *diiunctum* bene dico *in sermone vetustiore* (*v. 1 a, 2 b*) *Christianorum in sermone coaluit secundum gr.* εὐλογεῖν, *quod* LXX *saepissime pro* בֵּרַךְ *usurpaverunt. cf.* Barachias. bendicens: ITIN. Silv. 19, 16. 20, 3. benedicier: SEDVL. carm. pasch. 2, 247. benedic: ITALA II reg. 7, 29 (Aug. civ. 17, 12) HIER. vita Hilar. 25 VVLG. gen. 27, 34 *et passim.* GLOSS. Plac. V 9, 10 benedicentum melius quam benedicentium (= 50, 9). [*ital.* benedire, *francog.* bénir, *hisp.* bendezir. *M.-L.*] *grammatici docent*: PRISC. gramm. III 268, 21 pauca sunt, quae activa transitive soli dativo adiunguntur, ut ... 'maledico benedico' (*cf.* 273, 21 GRAMM. suppl. 208, 24). 271, 18 non habent passiva: ... 'noceo' quoque et 'maledico, benedico'. *sed Christiani adiungunt cum dat. tum acc. nec non passive adhibent, sc. in* ITALA *plerumque* (*sed cf. infra l. 42. p. 1869, 78. 1870, 43*) εὐλογεῖν τινα *per* benedicere *c. acc. videtur redditum fuisse, pro quo* HIER. *in* VVLG. *haud raro restituit dat.* (*sed acc. omnibus locis* VVLG. Tob. Iudith I. II Macc. *legimus*). GLOSS. II 318, 12 εὖ λέγω. 318, 15 εὐλογῶ. 29, 16 benedictus κατηυλογημένος. 534, 29 benedictus eulogimos (εὐλόγιμος *an* εὐλογημένος?). 555, 63 εὐλογημένος. 556, 13 εὐλογητός benedictus. III 440, 26 benedictus εὐλογημένος, εὐλογητός.

1 *bona verba dicere, laudibus celebrare,* *laudare*: **a** *c. dativo*: *cf.* PLAVT. Mil. 1341 bene quaeso inter vos dicatis mi med (et me *codd.*) absenti tamen. Poen. 631 si bene dicetis ..., si male dicetis (*cf.* 629 male loquendi ... viam). TER. Ad. 865 sibi vixit, sibi sumptum fecit: omnes bene dicunt, amant. MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 indignissimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur. CIC. Sest. 110 cui bene dixit umquam bono? bene dixit? immo quem ... non ... est insectatus? CATVLL. 76, 7 quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt aut facere, haec a te dictaque factaque sunt. PVBLIL. C 27 cui omnes bene dicunt, possidet populi bona. SALL. Catil. 3, 1 pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est. OV. trist. 5, 9, 9 nec tibi cessaret doctus bene dicere lector. APVL. flor. 20 p. 98 quae ... maior laus ..., quam Karthagini benedicere, ubi. ITALA psalm. 33, 2 (Gaudent. serm. praef. p. 839[A]) benedicam domino in omni tempore (VVLG. dominum; εὐλογήσω τὸν κύριον). VVLG. gen. 24, 48 benedicens domino deo domini mei Abraham. deut. 8, 10 iud. 5, 9 I reg. 25, 14 I par. 29, 10 *et* 20 (*bis*). II par. 20, 26. 31, 8 II Esdr. 8, 6. 9, 5 psalm. 36, 22 (*opp.* maledicentes, οἱ καταρώμενοι αὐτόν). 67, 27. 102, 2 benedic anima mea domino. 102, 20. 21 benedicite domino omnes virtutes eius. 102, 22 omnia opera eius. *sim. passim.* Dan. 3, 24 laudantes deum et benedicentes domino (ὑμνοῦντες ... καὶ εὐλογοῦντες). *sim. passim in cap.* 3. 4, 31. PAVL. NOL. epist. 13, 14 qua (*conprecatione*) ... benedicebatur deo. AVG. epist. 40, 1. LEO M. serm. 88, 4 p. 442[C] totius pietatis auctori in multa gratiarum actione benedicitur. VVLG. I par. 23, 13 benediceret *Aaron* nomini eius (*domini*) in perpetuum (II Esdr. 9, 5 psalm. 144, 21 Sirach 51, 17). Luc. 6, 26 vae, cum benedixerint vobis homines (ὅταν καλῶς εἴπωσιν ὑμᾶς). I Cor. 10, 16 calix benedictionis, cui benedicimus. **b** *c. accus.*: *cf.* PS. APVL. Ascl. 40 ut benedicentes deum orantesque ad curam corporis redeamus. 41 nomen unum, quo solus deus est benedicendus. ITALA (*in* VVLG. *saepe dat.*) gen. 9, 26 (Aug. civ. 16, 1) benedictus dominus deus Sem (εὐλογητός; *opp.* maledictus, ἐπικατάρατος). 14, 20 (Hier. epist. 73, 5). iud. 5, 2 (Lugd.) dominum. psalm. 17, 47 (Hier. epist. 106, 9). 25, 12 (Aug. in psalm. 25 serm. 2, 14). 33, 2 (Aug. epist. 131). 67, 20 (Hier. epist. 106, 41 = VVLG.). 71, 18 (Hier. epist. 106, 44 Aug. epist. 93, 20). 102, 1 (Hier. epist. 22, 18). 103, 35 (Prosp. in psalm. *ad l.*). 133, 1 (Hier. epist. 21, 15 = VVLG.). Ier. 38, 16 (Filastr. 99, 3) benedictus (VVLG. vivit, ζῇ) dominus. Dan. 3, 57 (Aug. civ. 11, 9) omnia opera domini dominum. Iac. 3, 9 (Hier. epist. 51, 6). TERT. orat. 3 benedici deum omni loco ac tempore condecet. adv. Marc. 5, 9 p. 302 Oehl. 5, 11 p. 306 VITA Cypr. 3. HIL. in psalm. 62, 8 (*syn.* laudat). HIER. tract. in psalm. I p. 40, 10 *sqq.* 41, 23. 80, 27 *et passim.* VVLG. gen. 24, 27 *et passim.* Tob. 8, 7 benedicant te caeli et terrae. Ier. 4, 2 (*syn.* laudabunt). I Macc. 13, 47 cum hymnis. II Macc. 1, 17. 10, 38 confessionibus. Marc. 14, 61. III Esdr. 5, 60 (*syn.* collaudantes). RVFIN. hist. 4, 15, 33 *bis.* 4, 15, 35 in omnibus laudo te et benedico te et glorifico te. PS. RVFIN. in psalm. 15, 7 cum deus bona sua largitur hominibus, solent benedicere boni et mali. cum flagella irrogat, murmurant quidem mali, sed benedicunt boni. 17, 47 a nobis benedicendus est, exaltandus, amandus. PAVL. NOL. epist. app. 1, 5 AVG. serm. 24, 1 epist. 186, 25 in psalm. 25 serm. 2, 14 *al.* CASSIAN. conl. 1, 14, 3 spiritu (*syn.* conlaudant). AVELL. p. 330, 19. 541, 16 *al.* 660, 10. SACR. Leon. p. 308 misericordias tuas. 364. PROSP. in psalm. 102, 1. 2 *al.* PS. PROSP. vocat. gent. 1, 9, 1 (*syn.* laudent). SIDON. epist. 6, 1, 1 benedicitur spiritus sanctus. SEDVL. carm. pasch. 2, 247. ENNOD. epist. 9, 7, 1 dei nostri triplicem ... unitatem. 9, 12, 4. 9, 34, 2 ANON. Vales. 12, 62 CORIPP. Ioh. 1, 99 *al.* GREG. M. epist. 3, 47 p. 203, 12 BENED. reg. 40, 17 PASS. Crispin. 2 Fructuos. 7 Tarach. 11 BAVDON. 14. *nota*: PAVL. NOL. epist. 14, 4 qua (*benedictione*) benedixerunt dominum in te. ITALA Iob 1, 21 (Hier. epist. 108, 18b *al.* Gaudent. serm. praef. p. 838[B] Aug. civ. 1, 10 epist. 140, 34) sit nomen domini benedictum (*cf.* INSCR. christ. Rossi I 1241). psalm. 71, 19 (Hier. epist. 104, 44 Aug. epist. 93, 20 = VVLG.). 95, 2 (Aug. civ. 8, 24 [nomini *KF et* VVLG.]). 144, 1 (Hil. in psalm. *ad l.*) nomen tuum. VVLG. Tob. 3, 13 *et* 23. 8, 9 psalm. 71, 19. 112, 2 Sirach 39, 41 Dan. 2, 20 *al.* PAVL. NOL. epist. 13, 16 LEO M. serm. 1 p. 141[A] PROSP. in psalm. 102, 2. ITALA psalm. 9[a], 3 (Aug. civ. 3, 14) qui iniqua gerit, benedicetur. Matth. 21, 9 (Itin. Silv. 25, 6. 31, 2 *bis* Hier. epist. 20, 2) benedictus qui venit in nomine domini (*cf.* psalm. 117, 26 *infra l. 59.* VVLG. Luc. 13, 35. 19, 38 Ioh. 12, 13). 23, 39 (Filastr. 107, 13) Marc. 11, 10 (Hier. epist. 20, 2 = VVLG.) Rom. 1, 25 (Aug. civ. 4, 29. 14, 28 = VVLG.). 9, 5 (Hier. epist. 96, 6. 121, 9 Aug. civ. 15, 20). POTAM. epist. ad Athan. p. 1418[D] sit benedicta *Maria* (HIL. trin. 2, 26 VVLG. Luc. 1, 28 *et* 42 EXC. barb. chron. I p. 277, 68). HIL. in Matth. 24, 11. CARM. epigr. 858, 7 (*a. 400*) semper ... benedici pro munere tali. GAVDENT. serm. 3 p. 866[B] victorialem ... circulum operibus bonitatis Christi benedicendum. FILASTR. 120, 7 ius coniugii ... laudatur cottidie ac benedicitur consuete. HIER. epist. 51, 2 o vere benedicta episcoporum ... mansuetudo et bonitas. VVLG. I reg. 25, 32 *sq.* benedictum eloquium tuum, benedicta tu. Iudith 15, 10. 11. psalm. 48, 19 anima eius in vita ipsius benedicetur. 71, 17. Sirach 31, 28 splendidum in panibus benedicent labia multorum. Ezech. 3, 12 II Macc. 12, 41 iustum iudicium domini. AVG. serm. 37, 29. *nota*: *i. fere q. praedicere*: TERT. bapt. 9 si ... petra Christus, sine dubio aquā in Christo baptismum videmus benedici (praedici *Reiff.*). AVG. civ. 16, 37 p. 184, 18 per os Iudaeorum Christus ab illa (*prophetia*) benedicitur. p. 184, 32 Christus ... etiam ex ore Iudaeorum quamvis errantium, sed tamen legem prophetasque cantantium benedicitur, id est veraciter dicitur; et alius benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur.

2 *bona, fausta precari, sanctificare ('segnen'), de deo atque hominibus*: **a** *c. accus.*: *homines* (*animantia*): ITALA (*in* VVLG. *saepe c. dat.*) gen. 1, 22 (Tert. adv. Hermog. 12 p. 350 Oehl.) et benedixit ea (*animalia*) deus. 1, 28 (Priscill. tract. 1, 34 Aug. civ. 14, 22). 5, 2 (Aug. civ. 15, 17. 15, 21). 12, 2—3 (Aug. civ. 16, 16. 17, 2 Clem. ad Cor. 10 Hier. epist. 65, 21) benedicam te et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus, et benedicam benedicentes te et maledicentes te maledicam et benedicentur in te omnes tribus terrae (*cf.* HIER. epist. 65, 22 VVLG. act. 3, 25 Gal. 3, 8). 14, 19 (Hier. epist. 73, 5) benedictus Abram deo. 17, 16 (Lugd. Aug. civ. 16, 26) benedicam eam et dabo tibi ex ea filium et benedicam illum (VVLG. cui benedicturus sum. *cf.* AVG. civ. 16, 28). 17, 20 (Aug. civ. 16, 26) bendixi eum (VVLG. ei, *item* HIL. trin. 4, 24 *et* 26). 22, 17 (Aug. civ. 16, 32) benedicens benedicam te. 22, 18 (Aug. civ. 16, 32. 19, 22 *al.*). 26, 3 (Aug. civ. 16, 36 Tycon. 3 p. 23, 8). 26, 4 (Aug. civ. 16, 36 epist. 93, 19 *al.*). 26, 12 (Aug. quaest. hept. 1, 76). 26, 24 (Aug. civ. 16, 36). 27, 4 (Lugd.). 27, 7 (Lugd.). 27, 29 (Hil. myst. p. 13, 13 Aug. civ. 16, 37) qui benedixerit te, benedictus erit (VVLG. tibi, benedictionibus repleatur). 27, 33 (Aug. civ. 16, 37). 28, 3 *et* 14 (Aug. civ. 16, 38). 48, 9 (Barnab. 13, 4) exod. 12, 32 (Monac.) num. 24, 9 (Priscill. tract. 1, 31). deut. 15, 4 (Lugd.) benedicens benedicet te dominus. 23, 20 (Lugd.) in omni opere. 26, 15 (Lugd.) benedic plebem tuam. II reg. 7, 29 (Aug. civ. 17, 12) domum. psalm. 5, 13 (Aug. conf. 10, 2, 2). 44, 3 (Hier. epist. 65, 9 Aug. civ. 17, 16) in aeternum. 66, 2 (Aug. civ. 10, 32). 71, 17 (Aug. epist. 93, 20). 117, 26 (Hier. epist. 20, 3 *al.*) benedictus, qui venit in nomine domini (*cf.* Matth. 21, 9 *supra l. 13*). 127, 4 (Hier. epist. 96, 18 = VVLG.). 127, 5 (Hier. epist. 96, 18). 147, 13 (Aug. civ. 19, 11). filios. Matth. 25, 34 (Gaudent. serm. 4 p. 868[A] Hier. epist. 96, 6 Paul. Nol. epist. app. 2, 31 Aug. civ. 20, 5 *al.*) venite, benedicti patris mei. Luc. 24, 51 (Alc. Avit. c. Eutych. 2 p. 29, 3) suos. Gal. 3, 9 (Aug. epist. 196, 10). I Petr. 3, 9 (Paul. Nol. epist. app. 2, 18) non reddentes ... maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes. TERT. spect. 16 maledicentes benedici *deus* praecipit (AMBR. off. 1, 11, 37. 1, 48, 234). idol. 21 per deum. 22 ⟨per⟩ deos nationum (*bis*). test. anim. 2. bapt. 8 nepotes suos ... Iacob capitibus impositis et intermutatis manibus. 20 adv. Marc. 2, 18. 3, 9 te deus in aevum. 5, 9 p. 301 Oehl. *Melchisedec* Abraham circumcisum (AMBR. hex. 1, 3, 9 HIER. in Gal. 5, 2 p. 479 VVLG. Hebr. 7, 6 *et* 7). 5, 9 p. 302. ITIN. Silv. 10, 6 benedixit ... Moyses ... dei filios (de filio *trad.*) Israhel. 16, 7 nos episcopus (19, 16 *al.*). 24, 2 *episcopus* cathecuminos (24, 7). *ibid.* fideles (24, 3 *al.*). 25, 7 (32, 2 *et passim*). 29, 4 HIL. myst. p. 13, 3. 13, 7. 14, 1 benedicitur ... Iacob, ut ... abundet vino et tritico. 14, 28. 15, 4 *Isahac Esau* in gentem (RVFIN. Adamant. 1, 20). 15, 9. 15, 27. 27, 24 LVCIF. non conv. 2 p. 5, 21 Athan. 1, 6 p. 74, 25 *et* 27. 1, 8 p. 79, 4 HEGES. 5, 53 l. 60. HIER. vita Hilar. 25 voce Syra 'barech', id est 'benedic' inclamantes. epist. 22, 16 extenta manu. 22, 21 *al.* VVLG. gen. 24, 31 ingredere, benedicte domini (Is. 65, 23). 28, 1. 47, 10 benedicto rege. num. 22, 6 benedictus sit, cui benedixeris. 22, 12 neque maledicas populo, quia benedictus est. deut. 7, 14. 28, 3 in civitate ... in agro. 33, 20 in latitudine Gad. 33, 24 in filiis Aser. iud. 17, 2 benedictus filius meus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

domino (I reg. 15, 13). psalm. 111, 2 generatio rectorum benedicetur. Sirach 24, 4 inter benedictos benedicetur *sapientia*. 33, 12 *nonnullos* benedixit et exaltavit et ... sanctificavit et ad se applicavit. Marc. 10, 16 *et passim*. PAVL. NOL. epist. 24, 15. 28, 1 p. 241, 9 sit benedictus domino puer Victor. 45, 1 p. 379, 13. 46, 3 carm. 16, 177. 21, 840. 24, 889. 25, 177. 27, 182 benedicti nominis (*sc. Nicetis*) instar. 27, 248 AVG. civ. 15, 20. 16, 9. 16, 37 *al.* serm. 5, 4 *ter*. 5, 5 *al.* epist. 121, 17. 149, 16 in psalm. 66, 1 *al.* serm. 5, 8 SVLP. SEV. chron. 1, 4, 1. 1, 18, 3 *et passim*. Mart. 16, 4. 18, 3 dial. 1, 20, 3 BARNAB. 13, 5 LEO M. serm. 33, 5 p. 243^{C}. 63, 6 p. 356^{C} VICTORIN. leg. dom. 54. HERM. Pal. sim. 1, 34 ecclesiam. SACR. Leon. p. 318 *al.* SERM. (Corp. Vind. 21) 18 p. 296, 8 SEDVL. carm. pasch. 2, 248 (*v. p. 1867, 84*) PAVL. PETRIC. Mart. 6, 138. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 29, 3 a phantasmate aut benedici ... aut redimi. ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 p. 186, 8 benedicti vos a domino et benedictus adventus vester. CORIPP. Iust. 2, 160. 4, 318 PS. MATTH. euang. 2, 1 BENED. reg. 4, 19 SERM. Caspari anecd. p. 339, 6 CONC. Aurel. a. 538 p. 77, 8. *nota*: ITALA num. 23, 11 (Aug. loc. hept. 4, 76) in maledictionem inimicorum meorum vocavi te, et ecce benedixisti benedictionem (εὐλόγησεν εὐλογίαν, VVLG. et tu e contrario benedicis eis. *add.* AVG. non dixit 'benedictione', sed tamquam diceret: ecce dixisti benedictionem). deut. 33, 1 (Lugd.) benedictio quam benedixit Moyses ... filios Istrahel. HIL. trin. 5, 19 non ... adoptivis benedictionibus benedici ..., sed veris. VVLG. II reg. 7, 29 benedictione tua benedicetur domus servi tui. RVFIN. patr. 10, 3 p. 332^{B} adiuvit ... hunc et benedixit benedictione caeli a summo et benedictione terrae habentis omnia. AVG. serm. 4, 16 alterā. *cf.* VVLG. Eph. 1, 3 *deus* benedixit nos in omni benedictione (ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ) spirituali. *inde technice de ordinatione, consecratione* (*cf.* benedictio *p. 1872, 73*): *episcopi*: AVELL. p. 2, 24 Vrsinum Paulus Tiburtinus episcopus benedicit. *monachae*: CONC. Tur. a. 567 p. 130, 25 vidua, quae benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere? *res verbis consecrare*: *de deo* (*Christo*): ITALA gen. 2, 3 (Aug. civ. 22, 30 *cf.* TYCON. 5 p. 61, 32) benedixit deus diem septimum (*cf.* LACT. inst. 7, 14, 11 VVLG. Ier. 20, 14. AVG. c. Faust. 16, 6 p. 444, 18 benedixerit, id est sanctificaverit). 27, 27 (Hil. myst. p. 14, 13 Aug. civ. 16, 37) tamquam odor agri, quem (cui VVLG. *cf.* SERM. Corp. Vind. 21 p. 296, 9) benedixit deus (*cf.* PAVL. NOL. carm. 27, 166 *in imag.* hoc de corde venit benedicti spiritus agri). exod. 23, 25 (Ottob.) benedicam panem tuum et aquam tuam. deut. 28, 12 (Lucif. non conv. 2) benedicet opus manuum tuarum omne. I reg. 2, 9 (Aug. civ. 17, 4) *dominus* benedixit annos iusti (VVLG. *plane aliter*). psalm. 64, 12 (Gaudent. serm. 3 p. 866^{B}) benedices coronam anni benignitatis tuae. 84, 2 (Hier. epist. 106, 55) terram (ALC. AVIT. hom. 19 p. 133, 8). TERT. anim. 27 p. 345, 19 excessus *concubitus*, non status est impudicus, siquidem benedictus status apud deum. adv. Marc. 5, 11 p. 306 Oehl. *deus* universa. HIL. in Matth. 14, 4 oblata. HIER. epist. 22, 9 *nuptiae* (*cf.* AVG. civ. 14, 22 tit. de copula coniugali a deo ... benedicta). VVLG. deut. 28, 5 benedicta horrea tua et benedictae reliquiae tuae. prov. 3, 33 habitacula ... iustorum. 5, 18 sit vena tua (ἡ πηγή σου, *in imag.*) benedicta. sap. 14, 7 lignum. Marc. 8, 7 *pisciculos*. CASSIAN. conl. 21, 2 plenitudinem ... fructuum. ALC. AVIT. hom. 19 p. 133, 13 *basilicam*. ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 p. 173, 6 calix ... quem benedixit in cena (BREV. de Hier. p. 154, 16). *nota*: AVG. bapt. 5, 20, 27 quomodo benedicunt oleum tenebrae? (*cf.* VVLG. I Ioh. 2, 9). *technice fere de sacerdotibus, episcopis, sanctis, verbis sanctificare* ('*weihen*'): ITALA I reg. 2, 29 (Aug. civ. 17, 5) glorificasti filios tuos super me, benedicere (ἐνευλογεῖσθαι, VVLG. ut comederetis) primitias omnis sacrificii in Israel (Lucif. Athan. 1, 10 ut benediceres eos a primordio in omnibus sacrificiis Israel). TERT. bapt. 7 perungimur benedicta unctione. HEGES. 4, 17 ex illa ... benedicti salis infusione (*cf.* VVLG. IV reg. 2, 21 *sq.*). HIER. vita Hilar. 30 benedictum ... panem vel oleum (PAVL. NOL. epist. 4, 5). SVLP. SEV. chron. 1, 40, 3 oratione, qua populum templumque benedixit. Mart. 16, 7 *oleum* (*cf.* dial. 3, 2, 6. 3, 3, 2. 3, 3, 5 CASSIAN. inst. 5, 30, 1. 2 ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 p. 172, 20). dial. 2, 2, 1 altarium (CONC. Paris. a. 573 p. 148, 9). VICT. VIT. 2, 47 fontem (ITIN. Theod. 20 ITIN. Anton. Plac. rec. A 11 p. 167, 9). 2, 50 alveum fontis. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 86 benedicendo promi praecepit olivum. ALC. AVIT. epist. 7 p. 37, 12 fabrica (*i. basilica haereticorum*) ... si sana est, quid benedicitur? ITIN. Anton. Plac. rec. A 11 p. 167, 5 *et* 11 aquam. *nota*: *usu sanctum reddere*: PAVLA Hier. epist. 46, 8 benedicta loca ..., in quibus Petrus et Paulus ... sanguinem fudere pro Christo? VEN. FORT. Mart. 4, 660 Fortunati benedictam martyris urnam. ITIN. Theod. 28 *Maria* sedit super petram et benedixit eam.

b *c. dativo*: *hominibus*: *cf.* PLAVT. Rud. 640 bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant precor. Trin. 924 istum di perdant.... :: te potius bene dicere aequomst homini amico quam male. ITALA deut. 1, 11 (Hier. epist. 96, 18) deus ... addat vobis sicut estis millies et benedicat (VVLG. *add.* vobis, εὐλογήσαι ὑμᾶς), ut locutus est. psalm. 66, 2 (Aug. epist. 93, 35). 117, 26 (Hier. epist. 20, 4) benediximus vobis de domo domini. Mal. 2, 17 (Lucif. Athan. 1, 38) et ipsis benedicet *deus* (καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς εὐδόκησε; VVLG. et tales ei placent). EPIST. pontif. 253 Hier. epist. 35, 5 (HIER. epist. 68, 1). HIER. epist. 24, 2 in matris utero benedicitur ei. 73, 1 tanto patriarchae (73, 4. 6 *cf.* Hebr. 7, 1). 100, 5. 120, 1 maledicentibus (PAVL. NOL. epist. app. 2, 18). VVLG. gen. 9, 1 benedixit ... deus Noe et filiis eius. 27, 19. 30, 30 ad introitum meum. deut. 7, 13 fructui ventris tui. 15, 4 in terra (28, 3 *al.*). 16, 15 in cunctis frugibus. 33, 11 benedic, domine, fortitudini eius. II reg. 6, 18 populo in nomine domini (I par. 16, 2). I par. 4, 10 si benedicens benedixeris mihi. Iob 31, 20 si non benedixerunt mihi latera eius (*pauperis*). psalm. 27, 9 hereditati tuae. 71, 15 Luc. 6, 28. 24, 50 elevatis manibus. *et passim*. PAVL. NOL. carm. 25, 199 LEO M. serm. 1 p. 141^{A} AVELL. p. 760, 6. 761, 24. 762, 6. 764, 19 *al.* PROSP. in psalm. 128, 8 SALV. gub. 1, 35. *nota*: VVLG. gen. 27, 41 pro benedictione, qua benedixerat ei pater. 49, 25 *et* 28 *v.* benedictio *p. 1873, 43*). VVLG. deut. 29, 19 ut ... benedicat sibi in corde suo dicens (ἐπιφημίσηται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ λέγων). *rebus*: VVLG. exod. 20, 11 benedixit dominus diei sabbati. 39, 43 quae postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis. I reg. 9, 13 hostiae. II reg. 21, 3. Iob 1, 10 operibus manuum eius. Luc. 9, 16 *panibus*. *nota*: AVG. epist. 175, 5 benedicendo super populum dicere. LICENT. carm. ad Aug. 46 cum ... sanctum ... super benedixeris ignem.

c *sine obiecto, haud raro i. fere q. orare*: VVLG. deut. 10, 8 ut ... benediceret *tribus Levi* in nomine illius usque in praesentem diem. 21, 5 ut ... benedicant *sacerdotes* in nomine eius. psalm. 61, 5 ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. 108, 28. prov. 11, 25 anima quae benedicit impinguabitur. Agg. 2, 20. Matth. 14, 19 acceptis ... panibus ... aspiciens in caelum benedixit et fregit (Marc. 6, 41 *cf.* HIL. in Matth. 14, 11). 26, 26 (Marc. 14, 22 Luc. 24, 30). Rom. 12, 14 benedicite et nolite maledicere. I Cor. 4, 12. 14, 16 spiritu. PAVL. NOL. epist. 23, 45. AVG. epist. 149, 16 orationes *accipiamus dictas*, cum benedicitur et sanctificatur. PS. AVG. serm. 33, 2. VICT. VIT. 2, 30 benedicite, benedicite et orate pro me. ALC. AVIT. c. Arr. 19 p. 8, 29 quod perperam crediderant, benedicendo sanamus. BENED. reg. 9, 9 dicto versu benedicat abbas. 11, 15. 44, 19.

d *usus liberior*: *pro salutare*: ITALA IV reg. 4, 29 (Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 222 Oehl.) quemcumque conveneris in via, ne benedixeris eum (εὐλογήσεις; VVLG. salutes) — id est ne salutaveris —, et qui te benedixerit (εὐλογήσῃ; VVLG. salutaverit), ne responderis ei — id est ne resalutaveris. VVLG. II reg. 6, 20 reversusque est David, ut benediceret (εὐλογῆσαι) domui suae (I par. 16, 43). III reg. 1, 47 ingressi servi regis benedixerunt domino nostro. IV reg. 10, 15. Is. 66, 3 qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo (ὁ διδοὺς λίβανον εἰς μνημόσυνον ὡς βλάσφημος). ENNOD. epist. 9, 5, 2 ut vicaria mihi stili promulgatione benedicas. BENED. reg. 25, 10 nec a quoquam benedicatur transeunte. 66, 7 'deo gratias' respondeat aut benedicat (*var.* benedic). *pro valedicere*: ITALA Iob 2, 5 (Hier. epist. 66, 12 *al.*) tange ossa eius et carnes, nisi in faciem benedixerit tibi (VVLG. Iob 1, 11). VVLG. II reg. 13, 25 cum ... noluisset ire, benedixit ei. 19, 39. III reg. 8, 66 regi. Iob 2, 9 benedic deo (εἰπόν τι ῥῆμα εἰς κύριον) et morere. *κατ' εὐφημισμὸν pro exsecrari, maledicere*: *cf.* AVG. quaest. hept. 7, 21 *locutio* solet *e contrario* intellegi; sicut dicitur ... benedixit regi pro maledixit, sicut scriptum est in Regnorum libro de Nabuthe. VVLG. III reg. 21, 10 falsum testimonium dicant: benedixit (εὐλόγησε) deum et regem. 21, 13 benedixit (εὐλόγηκας) Naboth deum et regem (*cf.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 19 quasi qui benedixisset, id est blasphemasset deum). Iob 1, 5 ne forte peccaverint filii mei et benedixerint deo in cordibus suis (μή ποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς θεόν).

synonyma: *ad 1*: collaudare, exaltare, glorificare, laudare. *ad 2*: sanctificare, (consecrare). *opposita*: blasphemare, maledicere. *ad 1*: murmurare.

part. pro adi. **benedictus**, -a, -um. *i. q. laudandus, beatus (beatissimus), fortunatus, gratiam dei expertus* (*cf. p. 1868, 63 et 80*): *de lectoribus*: TERT. orat. 1 consideremus itaque, benedicti, ... sophiam. cult. fem. 2, 5 benedictae. 2, 9 (*cf.* bapt. 20 *p. 1868, 69*). *de clericis*: TERT. pudic. 13 bonus pastor et benedictus papa contionaris. praescr. 30 sub episcopatu Eleutheri benedicti. RVFIN. hist. mon. 15 p. 434^{D} aegris benedictum panem misit. 16, 439^{A} veni, benedicte. PAVL. NOL. epist. 3, 6 benedictos sanctitatis tuae comites. 4, 1 benedicti et venerabilis nobis episcopi. 5, 2 frater vere sanctissime et merito benedicte. 50, 2 benedicte doctor Israel (*i. Augustinus*). VICTRIC. 4 benedicte Ambrosi. AVELL. p. 71, 27 viro. SIDON. epist. 7, 9, 16 Simplicius. *de martyribus*: TERT. mart. 1 martyres (LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2). CORIPP. Iust. 2, 62 quos tibi ... solvemus honores pro tantis, benedicta (*sc. Maria*), bonis? *in titulis sepulcralibus*: CORP. VI 20513 (= CARM. epigr. 550) hic super ossua cineresq. tuos bene dicta quiescis. 25408 animulae bonae et benedictae. 28661 (= CARM. epigr. 1792) benedicta hic sum, in patrono meo semper pia. 29642 (= CARM. epigr. 1292) dulcis aput Manes Zoe benedicta moraris. X 7563 memoriae Atiliae L. f. Pomptillae benedictae. XII 2111 (= CARM. epigr. 846) hic pausat Eufrasius benedictus in pace. *de sanctorum corporibus*: TERT. bapt. 8 ille sanctissimus spiritus super emundata et benedicta corpora ... a patre descendit. VEN. FORT. Mart. 1, 496 ut tetigit benedictas ore salivas (*sc. Martini*). 4, 393 benedicta viri ... ora. *nota*: VINCENT. LER. 16, 22 p. 25 beata ... ac veneranda, benedicta et sacrosancta confessio, quae.

substantive **benedictum**, -ī *n.* GLOSS. II 502, 56 εὐλογία (534, 28). *i. q. benedictio*: LACT. inst. 2, 3, 5 ut ob benedicta potius quam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ob maledicta morerere. 6, 18, 10 maledicenti benedicto respondeat. ira 5, 7 qui haec fecerit, diligitur praefertur ornatur benedictis votisque celebratur. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 3 non ... pro maledictis, sed pro benedictis et laudibus convicia et maledicta restituit. **benedicta,** -ae *f. nomen herbae.* GLOSS. III 546, 29 fu benedicta. 582, 52 fu i. herba benedicta (632, 19). 612, 8 fu id est valeriana vel (h)erba benedicta. 586, 13 alosintus (*i.* ἀλὸς ἄνθος) benedicta maior. 607, 33 alos antus id est benedicta maior (616, 14). PS. APVL. herb. 62 pr. Graeci lagopum, Romani vocant eam herbam benedictam, leporinum pedem.

benedicta *v. l. 4.* **Benedicta** *v.* Benedictus.

benedictio, -ōnis *f. a* benedicere *secundum gr.* εὐλογία, *quod* LXX *pro* בְּרָכָה *usurpaverunt. cf.* Barachel. GLOSS. II 318, 13 εὐλογία (555, 65 *cf.* p. XIV l. 3. III 440, 25). *forma vulg.* benedixio: INSCR. christ. Brit. 122. GRAMM. suppl. 298, 3 per t litteram, non per c scribi debet.

I *i. q. laudatio, laus (imprimis dei), cf.* benedico *1*: *num. singul.*: ITALA psalm. 88, 53 (Aug. civ. 17, 12) benedictio domini (VVLG. benedictus dominus, εὐλογητὸς κύριος) in aeternum. TERT. orat. 3 p. 182, 20 hoc benedictionis vice fungitur. HIL. in psalm. 134, 2 praestare autem laudi benedictionem non ambiguum est. primus enim honor in benedictione positus est, sed consummatur in laude. HIER. epist. 21, 15 ad benedictionem domini ... propheta ... cohortatur. 69, 4 illum naturae et benedictioni servientem. VVLG. II reg. 14, 17 sicut ... angelus dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione nec maledictione moveatur (ὁ βασιλεὺς τοῦ ἀκούειν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρόν). II par. 20, 26 in valle benedictionis; etenim, quoniam ibi benedixerant domino, vocaverunt locum illum: vallis benedictionis (*cf.* HIER. epist. 108, 11). II Esdr. 9, 5 benedicant nomini gloriae tuae excelso in omni benedictione et laude. sap. 16, 28 praevenire solem ad benedictionem tuam (ἐπ' εὐχαριστίαν σου). apoc. 4, 9 cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem (εὐχαριστίαν) sedenti super thronum. 5, 12 accipere. 5, 13. 7, 12. PAVL. NOL. epist. 15, 3 dignamini eis gratulationem debitam et meritam benedictionem operis sui mittere. carm. app. 2, 70 haec ... benedictio (*sc. trinitatis*) me consecrat. 2, 75. AVG. in psalm. 102, 29 benedictio a capite (*sc. psalmi*), benedictio in fine; a benedictione profecti sumus, ad benedictionem redeamus, in benedictione regnemus. LEO M. serm. 29, 1 p. 227^A angelorum ... in honorem dei una benedictione dicentium. SACR. Leon. p. 323 quo *Elisabeth* beatae Mariae fructum sedula voce (benedictione *gloss. add.*) susciperet. CAES. AREL. reg. mon. 21 dicite benedictionem 'laudate dominum' (psalm. 148—150). benedictione benedicere *v. sub* benedico *p. 1868, 4.* *num. plur.*: *nota*: PS. APVL. Ascl. 26 ut ... deus ab hominibus ... frequentibus praeconiis benedictionibusque celebretur. CYPR. laps. 1 ut ... benedictiones eius (*dei*) et laudes semper et ubique cum gloria praedicemus. VVLG. Sirach 47, 7 laudavit eum (*David*) in benedictionibus domini (ᾔνεσεν αὐτὸν ἐν εὐλογίαις κυρίου). Mal. 2, 2 maledicam benedictionibus vestris (καταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν). BENED. reg. 12, 7 *dicantur* benedictiones (*i. canticum trium puerorum; cf.* Dan. 3, 57). *nota*: *i. q. verba bene composita*: VVLG. Rom. 16, 18 per dulces sermones et benedictiones (διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας) seducunt corda innocentium.

II *bonorum faustorumque precatio vel largitio ('Segen'), cf.* benedico *2*:

1 *a deo vel hominibus dicta vel porrecta*: **a** *super homines*: *num. singul.*: ITALA gen. 27, 38 (Ambr. parad. 14, 72) numquid una benedictio tibi est, pater? 28, 4 (Aug. civ. 16, 38 p. 185, 27. 186, 9) det *deus* tibi benedictionem Abraham (*cf.* PS. HIL. dedic. eccl. p. 883^A VVLG. exod. 32, 29 *al.* AVG. civ. 14, 21 tit. BENED. reg. 11, 22). deut. 11, 29 (Lugd.). psalm. 3, 9 (Hier. epist. 28, 2 Aug. epist. 140, 71 = VVLG.) super (ἐπὶ) populum tuum benedictio tua. 20, 4 (Aug. c. Pelag. 2, 9, 21) praevenisti eum in benedictione dulcedinis (ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, VVLG. -nibus). *add.* AVG. *ibid. paulo infra*: benedictio dulcedinis est gratia dei (*cf.* PAVL. NOL. epist. 15, 1). ITALA psalm. 128, 8 (Hier. epist. 78 mansio 31 *cf.* PRISCILL. tract. 11 tit.). TERT. idol. 14 p. 45, 25 benedictio est nominis (*sc. Christianorum*) maledictio (*subi.*) custoditae disciplinae. 22 p. 55, 21 ut non semper reiciat *Christo initiatus* immundam benedictionem (*sc. per deos nationum*). p. 55, 27 benedictionis gratiam (FIRM. err. 18, 3 optulit. HIER. epist. 51, 6 SIDON. epist. 7, 9, 15. VVLG. deut. 23, 5 vertit). test. anim. 2 p. 136, 18. 136, 21 in maledictum convertis ⟨bene⟩dictionem dei (VVLG. II Esdr. 13, 2 GREG. M. epist. 9, 218 p. 206, 30). bapt. 6 habemus ⟨per⟩ benedictionem eosdem arbitros fidei, quos et sponsores salutis (*sc. trinitatem*). uxor. 2, 6 divina. adv. Marc. 3, 18 p. 146 Oehl. Iacob in Simeonem et Levi ⟨exporrigens benedictionem *add. cd*⟩. CYPR. epist. 63, 4 p. 703, 15 circa Abraham benedictio illa (*sc. Melchisedech*) praecedens ad nostrum populum pertinebat (AVG. civ. 16, 38 p. 186, 6). p. 704, 6. COMM. apol. 297 patriarchae Iacob (*genet.*) benedictio vera paruit (*i. apparuit*) in gentes. LACT. epit. 59 (64), 1 non maledicet umquam, qui sperabit a deo benedictionem (HIL. myst. p. 15, 22). 67 (72), 4 descendet a deo pluvia benedictionis matutina et vespertina (*cf.* VVLG. Ezech. 34, 26 *p. 1873, 68*). ITIN. Silv. 24, 6 dicet episcopus stans benedictionem super cathecuminos (VVLG. Tob. 9, 10). HIL. c. Const. 10 caput benedictioni submittis, ut fidem calces. myst. p. 3, 13. 10, 31 (*opp.* maledictio). 12, 10. 13, 6 benedictionem, quae Esau erat parata, praeripuit (VVLG. gen. 27, 36 surripuit. *cf.* HIER. epist. 36, 15 ENNOD. opusc. 2, 29 p. 296, 17 eripuit). 13, 29. 13, 31 benedictionis ratio. 14, 13 exordium. 14, 23. 15, 5 confirmatione. 15, 16 demutationem. 15, 18 (*syn.* sanctificatio). 15, 30. 15, 33 (HIER. epist. 100, 12) PRISCILL. tract. 11 tit. can. 9 p. 116, 1 AMBR. parad. 14, 72. 15, 74 caelesti. inst. virg. 12, 77 congruere illum locum cum benedictione vel prophetia Iacob. myst. 9, 50 quod benedictio consecravit, maioremque vim esse benedictionis quam naturae. HIER. epist. 22, 21 liberorum. 36, 16 *bis* benedictionis ... repromissio. 36, 17 *dominum* benedictionem primam Iudaeorum populo detulisse (*ibid. iterum*). 51, 4. 65, 9 effusio gratiae et benedictionis in sempiternum. 96, 19 benedictionis vocibus (*opp.* maledictione). 100, 12 mariti uxorisque foedera non ob benedictionem, sed ob peccatum iuncta. *ibid.* fuisse eas (*animas*) ⟨in⟩ benedictione (VVLG. psalm. 36, 26 Sirach 45, 1. 46, 14 I Macc. 3, 7). *ibid.* non peccantes benedictionem merentur (ANON. Vales. 10, 46 promerendae). *ibid.* benedictione donantur (VINCENT. LER. 7, 11 AVELL. p. 540, 10 SIDON. epist. 9, 8, 1). tract. in psalm. I 66 p. 35, 3 maledictio nos eiecit de paradiso: reducat benedictio. VVLG. gen. 26, 29 cum pace dimisimus *te* auctum benedictione domini. 27, 12 timeo ... maledictionem pro benedictione. 27, 35 accepit benedictionem tuam (psalm. 23, 5 RVFIN. Adamant. 1, 16 p. 35, 26 AVG. civ. 16, 36. 22, 8 ab episcopo. CONC. Epaon. a. 517 p. 27, 10 BENED. reg. 35, 25 *al.*). gen. 27, 36. 40 in pinguetudine terrae et in rore caeli desuper erit benedictio tua (*cf.* AVG. civ. 16, 37 serm. 4, 7). 33, 11 suscipe (I reg. 25, 27). num. 23, 20 prohibere. deut. 12, 15. 28, 8. 33, 16 benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph (Iob 29, 13 *al.* PAVL. NOL. epist. 14, 4). Ios. 8, 34 verba benedictionis (SVLP. SEV. epist. 2, 4). Tob. 6, 21 benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes (6, 22). 7, 15 impleat *deus* ... suam. psalm. 20, 7 dabis eum in benedictionem in saeculum. 132, 3. 144, 16 imples omne animal benedictione. prov. 10, 22. 20, 21. sap. 15, 19 effugerunt ... dei laudem et benedictionem. Sirach 3, 10 ut superveniat tibi benedictio ab eo (*sc. patre tuo*) et benedictio illius in novissimo maneat (AVG. civ. 14, 21 benedictio nuptiarum ... et in delinquentibus). 3, 11. 7, 36 perficiatur. 36, 19 (AVG. civ. 14, 22). Is. 44, 3 effundam ... super stirpem tuam (Mal. 3, 10. SACR. Leon. p. 350 benedictionis sanctae clementiam). Ezech. 44, 30 Ioel 2, 14. Rom. 15, 29 in abundantia benedictionis [euangelii] Christi veniam. Hebr. 12, 17 hereditare benedictionem (I Petr. 3, 9). Iac. 3, 10 ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. RVFIN. Adamant. 1, 16 p. 33, 25. PAVL. NOL. epist. 26, 3 consolationem istius benedictionis. AVG. civ. 10, 8 (epist. 137, 15). 14, 22. 16, 1 p. 121, 8 Noe ... filios ... prophetica benedictione commendat. 16, 37 p. 184, 7 percipienda. p. 184, 16 benedictio ... Iacob praedicatio est Christi. p. 185, 1 promissam (16, 41 tit. *al.* LEO M. serm. 26, 2 p. 213^C AVG. civ. 18, 27). p. 185, 6 confirmat benedictionem (serm. 4, 20. 22). 16, 39 benedictionem ab ... angelo ... impetravit; ac sic huius nominis inpositio benedictio fuit. 22, 24 p. 609, 27. 611, 3. c. Iul. op. imperf 1, 70 frequentatā. 1, 132 quaesivit benedictionem, quam spreverat. serm. 4, 14 (4, 18). epist. 41, 2 in psalm. 66, 9. SVLP. SEV. chron. 1, 12, 7 cum ... benedictionis merito maiori minorem praeposuisset, filios omnes benedictione *Iacob* lustravit. epist. 2, 4. 2, 16. CASSIAN. inst. 4, 19, 2 benedictionis mercedem. AVELL. p. 72, 13 praestare (ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 28 ENNOD. opusc. 2, 90 p. 315, 9). p. 424, 27 ⟨non⟩ nihil divinae benedictionis hauserunt: in qua ... benedictione sanctitas continetur. 696, 12 praerogativam benedictionis vestrae. PROSP. in psalm. 108, 18 benedictionis auctorem (*ibid. iterum*). SALV. gub. 1, 35 SIDON. epist. 9, 2, 1. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 7 *Christus* stupenda benedictione conceptus est. epist. 12 p. 218, 25. ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 14, 27 (*opp.* creatione). c. Eutych. 2 p. 29, 2. epist. 14 p. 47, 25 ex quodam supernae benedictionis irriguo. 20 p. 53, 28 gemina (*sc. papae urbis Romae et Hierosolymitani*) nobis veniat benedictione firmamentum. ENNOD. opusc. 2, 30 p. 297, 1 congruentem moribus filii ... contulit. 3, 177 p. 377, 9 perceptā. 9, 10 p. 418, 15 supernae ... munus (epist. 6, 38, 2 p. 171, 20. 8, 10, 1 p. 207, 5). 10, 10 p. 421, 24 tribuendam. epist. 9, 31, 4 p. 255, 10 caelesti. CORIPP. Iust. 2, 270 GREG. M. epist. 11, 38 p. 310, 24 BENED. reg. 71, 14. SERM. Caspari anecd. p. 323, 15 spiritus sanctus visibilia et invisibilia potestate et benedictione supereminet. PAPYR. Marini 1 nostram ... condonamus. 2 apostolicam. *nota*: benedictionem *vel* -ne benedicere *v. sub* benedico *p. 1868, 4 et 1870, 10.*

technice benedictio sollemniter facta i. q. consecratio, ordinatio (*cf.* benedico *p. 1869, 28*): *clericorum*: *cf.* LEO M. serm. 4, 1 p. 149^A *p. 1873, 75.* AVELL. p. 64, 10 benedictionem *Bonifatii episcopi* competenti tempore ... celebratam. SIDON. epist. 7, 6, 9 si benedictione succidua *clericus defungens* non accipiat dignitatis heredem. CONC. Epaon. a. 517 p. 19, 17 (*syn.* l. 13 ordinatio). CONC. Aurel. a. 533 p. 63, 17 feminae, quae benedictionem diaconatus actenus contra interdicta canonum acceperunt (*cf.* CONC. Aspas. a. 551 p. 114, 9 CONC. Lugd. a. 583 p. 154, 9 CONC. Autiss. a. 573—603 p. 181, 16 *et* 18). p. 63, 21 diaconalis. CONC. Arvern. a. 535 p. 68, 13 divino munere benedictione percepta (CONC. Matisc. a. 583 p. 158, 4). CONC. Aurel. a. 538 p. 75, 17. a. 549 p. 102, 1 clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet loci

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel ordinis. p. 102, 16. *monachae*: ALC. AVIT. epist. 55 p. 84, 10 sponsam Christi devotam et in sancti altaris thalamo benedictione dotatam. *pro ipsis personis benedicentibus vel benedictis*: VVLG. Is. 19, 24 Israel benedictio in medio terrae, cui benedixit dominus (εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ἣν εὐλόγησε κύριος). Ezech. 34, 26 ponam eos in circuitu collis mei benedictionem. Zach. 8, 13 salvabo vos et eritis benedictio (*opp.* eratis maledictio). ORIENT. carm. app. 3, 156 tu sublime sedens agios, benedictio nostra. HIER. epist. 100, 12 iustis multitudo liberorum pro benedictione promittitur. *inde honorifica adlocutio episcoporum*: AVELL. p. 73, 5 ut desiderato benedictionis tuae frueremur aspectu. p. 73, 18. 74, 13. PAVL. PETRIC. Mart. praef. 2 si ita iussisset vestra benedictio. ALC. AVIT. epist. 74 p. 91, 16. *usus liberior*: *i. q. salutatio* (*cf.* benedico *p. 1870, 31*): TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 222 quae est ... inter vias benedictio nisi ex occursu mutua salutatio? SIDON. carm. 16, 82 hospite te nostros excepit protinus aestus pax, domus, umbra, latex, benedictio, mensa, cubile. BENED. reg. 53, 42 salutatis humiliter ... et petita benedictione. 63, 27 iunior a priore benedictionem petat. *i. q. pax* (?): VVLG. Is. 36, 16 facite mecum benedictionem (εἰ βούλεσθε εὐλογηθῆναι *cf.* IV reg. 18, 31). *i. fere q. auxiliatio*: SIDON. epist. 7, 2, 4 sancti Eustachii ... actutum dicto factoque gemina benedictio (*syn.* cura). *i. q. exsecratio, maledictum* (?, *cf.* benedico *p. 1870, 46*): ALC. AVIT. epist. 26 p. 57, 16 Donatistarum nomen ne diu in loco vivere possit alieno, benedictione protinus sepelite vitali. *i. q. permissio, approbatio* (*cf. infra l. 79 sqq.*): GREG. M. epist. 6, 28 qui (*clerici*) de hac urbe temerario ausu sine nostra praesumpserunt benedictione decedere. *i. fere q. oratio* (*cf.* benedico *p. 1870, 18 sqq.*): BENED. reg. 11, 22 data benedictione incipiant matutinos. 17, 21 benedictione ... missae fiant. INSCR. christ. Brit. 122 quicunque explicaverit hoc nomen (*sc. Christi*), det benedixionem pro anima Hiroidil filius Carotinn.

num. plur.: ITALA deut. 11, 26—27 (Lugd.) do vobis ... benedictiones et maledictiones (τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κατάραν. *item sing.* VVLG.; *cf.* deut. 30, 19 TERT. scorp. 2 p. 148, 3 LVCIF. Athan. 1, 6 p. 74, 22). ITIN. Silv. 10, 7 quas dixerat *Moyses* super filios Israhel. HIL. trin. 4, 30 sibi (*Iacob*) ... omnes benedictiones, quas Abrahae et Isaac dederat impertientem *dominum* (EVOD. epist. ad Val. 7). 5, 19 GAVDENT. serm. 5 p. 875[B]. PRISCILL. tract. 10, 135 benedictionum gratia (*opp.* maledictionum disciplina). AMBR. hex. 2, 4, 16 parad. 14, 72 HEGES. 4, 17. HIER. in Gal. 5, 22 p. 511 inter octo euangelii benedictiones scribitur. epist. 146, 2 in domesticis conviviis *diaconos* benedictiones ⟨pro⟩ (*add. Gratianus*) presbyteris dare. VVLG. gen. 27, 29 benedictionibus replebitur (SACR. Leon. p. 302. VVLG. Sirach 37, 27 implebitur). 28, 4 (*cf. p. 1871, 58*). 49, 25 benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvae. 49, 26 benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius. 49, 28 deut. 28, 2. 33, 23 psalm. 20, 4 *v. p. 1871, 62* Sirach 40, 17. II Cor. 9, 6 qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. RVFIN. Adamant. 1, 20 praeripiendis. Orig. in gen. 17 tit. de benedictionibus patriarcharum (*cf.* RVFIN. patr. tit. PAVL. NOL. epist. 47, 2 PAVL. MED. bened. tit.). 1 praef. 3. 2 praef. p. 313[B] PAVL. NOL. epist. 23, 3 AVG. civ. 16, 9 serm. 4, 18. epist. 175, 5 contradicitur ... benedictionibus nostris, ut. 179, 4 resistitur. AVELL. p. 762, 8. SACR. Leon. p. 339 tuas iugiter adsequantur, quas ... exspectant.

b *super res* (*plerumque corporeas, raro actiones*): ITALA Hebr. 6, 7 (Tert. pudic. 20) terra ... benedictionem dei consequitur (*cf.* HIER. epist. 147, 12 VVLG. deut. 33, 13). FILASTR. 72, 2 *escas* deus cum benedictione humano generi tribuit. GAVDENT. serm. 11 p. 925[A] sabbati diem benedictione sua sanctificatam. PAVL. NOL. epist. 13, 12 *Christi* munere et benedictione copiosos ... panes ... accepisti (AVG. serm. 234, 2). SVLP. SEV. dial. 3, 3, 3 oleum sub Martini benedictione crevisse (*cf.* 3, 3, 6). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 528. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 28, 29 quibus (*apostolis*) convesci commissa (*sc. super panem*) benedictione (*cf.* Luc. 24, 30) *Christus redivivus* dignatus est. epist. 7 p. 37, 23 benedictio, quae rebus fide carentibus ... inpenditur, nec purgat maculam nec explicat rugam. TERT. pudic. 14 p. 248, 27 ut sacramento benedictionis exauctoraretur *maledicta*. 16 p. 255 studet compescere *Paulus* benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. VVLG. Sirach 40, 28 timor domini sicut paradisus benedictionis. Ezech. 34, 26 pluviae benedictionis erunt. I Cor. 10, 16 calix benedictionis cui benedicimus. PAVL. NOL. epist. 31, 2 rem (*i. crucis particulam*) tantae benedictionis. CASSIAN. inst. 5, 30, 2 benedictionis oleum. *in usu ecclesiastico technice i. q. consecratio, dedicatio* (*cf.* benedico *p. 1869, 55 sqq.*): EPIST. pontif. 630 Löwenfeld n. 2 p. 1 (*a. 493*) benedictionem supra memoratae basilicae solemni veneratione depende. SACR. Leon. p. 483 tit. benedictio fontis. LEO M. serm. 4, 1 p. 149[A] effuso benedictionis unguento (*in consecratione pontificis*). ENNOD. opusc. 9 tit. benedictio cerei (10 tit.). GREG. M. epist. 2, 9 benedictio optata (*sc. basilicae*) proveniat (*syn.* dedicatio). *nota*: *i. fere q. approbatio* (*cf. supra l. 24*): ALC. AVIT. epist. 15 p. 48, 3 benedictionem (*episcopi*) ... flagito operi imperfecto (*sc. libro a se conscripto*).

2 *consecratio, sanctificatio per res* benedictas (imprimis 'sacramenta') *effecta*: *nota*: EXPOS. mundi 36 quem (*Nilum*) ... habitantes magna benedictione implentur. TERT. bapt. 8 p. 207, 7 manus imponitur per benedictionem advocans et invitans spiritum sanctum. PAVL. NOL. epist. 19, 4 quem de benedictione manus tuae ... esse renovatum (CONC. Aurel. a. 511 p. 5, 12). *nota*: TERT. bapt. 8 p. 207, 16 ut Christum (*i.* X) deformantes (-tis *cod.*) *manus Iacob* iam tunc portenderent benedictionem (*i. fere q. prophetiam; cf.* AMBR. *p. 1872, 7* AVG. *p. 1872, 43 al. v.* benedico *p. 1868, 28 sqq.*) in Christum futuram. PAVL. NOL. epist. 49, 14 p. 402, 22 de ipso crucis ligno aliquid ... habere, benedictio est. AVG. civ. 22, 30 *diei septimi* benedictione et sanctificatione pleni atque refecti. epist. 31, 9 panis quem misimus uberior benedictio fiet dilectione accipientis vestrae benignitatis. 61, 2 benedictionem ordinationis. LEO M. serm. 61, 5 p. 349[B] omnium charismatum benedictione ditamur. ITIN. Anton. Plac. rec. A 12 descendunt in fluvio pro benedictione (*cf.* 17. 22. 24). SACR. Leon. p. 300 ut doni tui (*sc. eucharistiae*) fiat nobis et benedictio copiosa et larga protectio (p. 327). FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 14 benedictione chrismatis induatur. CONC. Epaon. a. 517 p. 27, 10. GREG. M. epist. 14, 2 p. 421, 29 sacri mysterii benedictionem. 3, 3 p. 161, 4 benedictione tunicae (*sancti Iohannis*) perfruamur. 9, 1 benedictione viatici non priventur (*cf.* 13, 47). *nota plur.*: SVLP. SEV. epist. app. 2, 1 sacramentorum benedictionibus (*cf.* SACR. Leon. p. 369). LEO M. serm. 59, 7 p. 341[C] crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum. 75, 2 p. 401[B] imbres charismatum, flumina benedictionum. *rarius de rebus incorporeis*: HIL. in Matth. 11, 10 inobedientiae maledictum cum obedientiae benedictione decernitur. PAVL. NOL. epist. 13, 11 euangelicae benedictionis ubertas. AVG. serm. 351, 1 gratiae benedictio. CASSIAN. conl. 13, 15, 1 Zacchaeum ... non solum suscipit, verum etiam benedictione cohabitationis inlustrat. CONC. Epaon. a. 517 p. 24, 7 sola eis (*viduis*) paenitentiae benedictione ... inponenda (*cf.* CONC. Aurel. a. 538 p. 81, 14. 81, 16). *plur.*: FAVST. REI. spir. 1, 13 p. 126, 8 diversarum donantur benedictiones linguarum *apostolis*.

3 *inde translate pro ipsa re benedicta vel benedicenda*: *i. q. munus, xenium*: ITALA iud. 1, 15 (Lugd.) da mihi benedictione⟨m⟩ ... et dabis mihi benedictionem aquae (VVLG. da et irriguam *terram* aquis, δώσεις μοι λύτρωσιν ὕδατος). VVLG. I reg. 30, 26 accipite benedictionem de praeda hostium. IV reg. 5, 15. II Cor. 9, 5 praeparent repromissam benedictionem, hanc paratam esse sic quasi benedictionem, non tamquam avaritiam. PAVL. NOL. epist. 7, 3 panes quinque tibi pariter et filio ...; non enim potuimus a benedictione secernere, quem cupimus eadem nobis gratia penitus annectere. SVLP. SEV. dial. 2, 12, 6 (*syn.* xenium, munus). GREG. M. epist. 13, 28 benedictionem parvulam sanctitati vestrae L solidos transmisi. 5, 42 p. 337, 2 benedictionem ... vestram (*sc. Anastasii episcopi*) suscepimus bene redolentem, bene sapientem. 5, 46. 7, 9. 7, 29 p. 477, 1. 10, 21 p. 258, 31 benedictionem ... sancti Marci euangelistae et vestrae beatitudinis (*Eulogii patriarchae*) accepi (13, 45 p. 408, 17). *plur.*: HIER. epist. 72, 1 in benedictionibus et tuis et illius perferendis fidelis. GREG. M. epist. 8, 2 p. 4, 6 benedictiones ... locupletissimas (p. 4, 8). *res sanctorum verbis vel usu benedictae*: SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5 cunctis metu exterritis benedictionem dei (*i. oleum benedictum*) perisse, ampulla ... incolumis est reperta. GREG. TVR. Mart. 3, 60 ab hac benedictione (*i. liquore*) potati sanati sunt. *praecipue i. q. sanctuarium, reliquiae*: PAVL. NOL. epist. 31, 1 desiderare te ad basilicam ... de sacris sanctorum reliquiis benedictionem. 32, 8 hanc de cruce benedictionem ... in promptu habere, ne semel condita in altario non semper ad manum ... praesto sit. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 9 una earum (*virginum*) ... partem straminis, in quo iacuerat *Martinus*, quam sibi pro benedictione collegerat, energumeno ... de cervice suspendit. ITIN. Anton. Plac. rec. A 18 lucerna ..., ex qua benedictionem tulimus (*ibid. iterum*). 42 qui (*oleum*) pro grande benedictione tollitur (*ibid. iterum*). ENNOD. epist. 2, 14, 5 p. 55, 20 beatorum martyrum Nazari et Romani benedictionem (*i. reliquias*) poscentes. SACR. Leon. p. 329 ut ... magnificae benedictionis (*sc. viscerum Iohannis et Pauli*) non deesset auxilium. GREG. M. epist. 3, 33 transmisimus ... beati Petri apostoli benedictionem, crucem parvulam, cui de catenis eius beneficia sunt inserta. 3, 47 claves beati Petri ... tibimet pro benedictione transmisi. 4, 27. 4, 30 dum frequenter ex catenis eisdem (*sc. Pauli apostoli*) multi veniunt et benedictionem petunt, ut parvum quid ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima. 6, 58 Isidorum ... benedictionem nobis sancti Marci euangelistae deferentem (3, 37 suscepi. 10, 21 p. 258, 31 accepi). 7, 33. 10, 12. 11, 1 transmisimus vobis de benedictione sancti Petri apostoli cucullam et tunicam. 11, 3 caballum. 11, 43. 12, 1. 12, 2. 13, 23 offertur. 13, 45 crucem parvolam. EVGIPP. Sev. cap. 22 sibi sancti Iohannis baptistae benedictionem ... deferendam (22, 1). 23, 2.

synonyma: benedictum. *ad I*: laus. *ad II*: sanctificatio. *saepius coniungitur cum* gratia. *opposita*: maledictio (-um), (blasphemia). *Münscher.*

benedictum, -us *v.* benedico *in fine.*

Benedictus, -a *cogn. et nomen singulare* (*signum*). SYMM. epist. 4, 53 Benedicti amici mei (9, 1). *fortasse idem*: CORP. VIII 12 F⟨la⟩vius Benedictus v. p. praeses provincia⟨e⟩ Tripolitanae (*cf.* 10489). CASSIOD. var. 1, 36, 1 locum te iubemus quondam Benedicti in Pedonensi civitate ... suscipere (1, 36, 2). CORP. XIV 246 (*a. 140*) II 2 C. Sossius Benedictus quinquenn. VII 23 L. Naevius Benedictus. XV

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1376 (*in lateribus, saec. II med.*) ex pr(aedis) Pomponiae Bassil(ae) Benedictus fec(it). CORP. VI 10192. 14199 M. Calpurnio Telesphoro Benedicto *liberto.* 16932 pater et ... mater fecerunt f(ilio) s(uo) Benedicto: hoc nomen inposuerunt sodale⟨s⟩. 31893 d 13. 31960 locus Benedicti v(iri) c(larissimi) et Iulianetis c. f. XIV 2078 Aelius Benedictus. IX 3975 *Caesaris verna.* XI 6683 (*in tegulis*) Q. Volusi Benedicti conductoris. III 9108 (*Salonis*) d. m. T. Gavio Benedicto.

adi. **Beneventānus,** -a, -um *et incolae* **Beneventānī,** -ōrum. *cf.* STEPH. BYZ. *s.* Βενεβεντός: τὸ ἐθνικὸν Βενεβεντῖνος (*cf. infra l. 74 sqq.*). ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας διὰ τοῦ δ (*immo eadem est*), ἧς τὸ ἐθνικὸν Βενεβενδεύς. *apud* APPIAN. Hannib. 36 Βενεβενδέων (βενέβενδον *cod. Vatic.*, Βενεβεντόν *Schweighäuser*). *at* POLYB. 3, 90, 8 κατέδραμον δὲ (Καρχηδόνιοι) καὶ τὴν Οὐενεουεντανήν, Ῥωμαίων ἀποικίαν ὑπάρχουσαν. Beneb-: CORP. IX 1764 (*cogn.*) LIB. col. I grom. p. 210, 1. *compendia*: Ben.: CORP. IX 1590. 1659. 6083, 46 *et* 51 (*in signaculis*). B.: CORP. IX 1419 c(oloniae) B(eneventanae). *cf. etiam* 1588 (*periit*). CIC. Verr. 2, 38 in agro Beneventano (LIV. 22, 13, 1. 25, 17, 1. 25, 19, 1. LIB. col. I grom. p. 210, 1 ager Benebentanus). CORP. IX 2240 (*litt. antiq.*) Visellius L. f. Fal. Flaccus Beneventan(us). IVV. 5, 46 Beneventani sutoris nomen. SVET. gramm. 9 Orbilius Pupillus Beneventanus. LEO M. epist. 19 ad Dorum Beneventanum episcopum. CONC. Rom. a. 499 p. 400, 36. 408, 42 ecclesiae. CORP. IX 1556 (*aet. Aug.*) coloniae Beneventanae (1418. 1419. 1544. 1669. 1670 LIB. col. I grom. p. 232, 7). 1590 comiti fabricarum totius civitatis Ben(eventanae) urbis (1576. 1586. 1663. 1682. 1683 GREG. M. epist. app. IV p. 468, 11 RAVENN. p. 280, 6). 1591 splendidissimus ordo Beneventanus et honestissimus populus (1575. *cf.* 1576). 1596 populus (1568 plebs. 1589). 1654 decurioni (1638. 1639). TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 1 pertica Beneventana (*saepius ibid., item saepius* in Beneventano *et* in Benevent.). CORP. XV 4544 (*pict. in amphora*) Benev(entanum) *sc. vinum* (*cf.* ATHEN. 1, 57 p. 31[e]). *nota*: GLOSS. II 255, 12 Βαβυλωνιακοῦ δέρματος εἶδος Beneventanum (*sim.* 268, 27. 285, 18). LIV. 24, 16, 16 Beneventani omnes ... cum ... ad portas exissent. 25, 13, 8. 25, 17, 7. TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 44 finib(us) Beneventanor. (RAVENN. p. 38, 12. *cf.* PAVL. NOL. carm. 20, 378 *supra l. 22*). PAPIN. dig. 36, 1, 59 (57) pr. coloniae Beneventanorum (CORP. IX 1685. *cf.* 1670. 6083, 46. 51). PS. ASCON. Verr. p. 169. GRAMM. suppl. 176, 31. RAVENN. p. 248, 13. CORP. IX 1571 splendidissimus ordo Beneventanorum (1572). XIV 3593 cur(atori) r(ei) p(ublicae) Benevent(anorum). *cf.* IX 1561. 1588. 2318. **Beneventānus,** -ī *cogn. et nomen singulare*: *in titulis Beneventi rep.*: CORP. IX 1998 L. Trebonio Beneventano. 1764 Basseus Benebe⟨ntanus⟩. 1766 d. m. Beneventano cui et Aquitae (1922 *lectio inc.*). PELAGON. 6 Litori Beneventani v(iri) c(larissimi), *vix ethnicum*.

2. mutatio Beneventum ITIN. Burdig. 558, 10 *prope Veronam.* *Hülsen, PW. III 273.*

3. *ad oppidum Afric. pertinet* **Beneventīnus,** -a, -um (*cf.* STEPH. BYZ. *supra l. 35*): CONC. Arel. a. 314 Mansi II p. 477[B] Anastasius episcopus de civitate Beneventina. *item* **Beneventēnsis,** -e NOT. episc. proc. Afr. 9 Gulosus Beneventensis.

Benevertius *nom. gent.* CORP. X 4671 (*Calibus*) M. Benevertio Rufo. *Ihm.*

beneverto (-ēns) *a* bene *et* vertere. CORP. V 5634 (*in agro Mediolanensi*) votis omnibus caelestibus consentientibus benevertentibusq(ue) L. Parius Hermes. bene vertere *v. s.* bene. *Bannier.*

benevolē *v.* benevolus.

benevolēns, -tis [*a* bene velle. *Th.*] *cf.* bene *I C 3 e.* *iam*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inde a PLAVTO *adi. et subst.* *scriptura* benivolens: CORP. IV 1326 *et in codd.*: PLAVT. Cist. 23 (*B*) TER. Phorm. 97 (ς) SVET. Tit. 8 AVR. Fronto p. 41, 1 N. *saep.* *compar.* benevolentior, *superl.* benevolentissimus *inde a* CIC. DIFF. ed. Beck p. 42, 7 inter benivolam et benivolentem: benivolus semper bonae est voluntatis, benivolens aliquando ita; alterum naturae est, alterum temporis. *legitur apud* PLAVT. *20ies*, *apud* CIC. *ter comp., semel superl.; deest apud reliquos liberae rei publicae scriptores.*

PLAVT. Bacch. 475 amico et benevolenti suo sodali...rem mandatam exsequitur. 553 quis is est? :: benevolens vivit tibi. Capt. 390 salutem dicito matri et patri et cognatis et si quem alium benevolentem videris. 857 tu mi igitur erus es? :: immo benevolens. Cas. 435 mei (mihi *codd.*) benevolentes (-is *codd.*) atque amici (ame *trad.*) prodeunt (*cf.* Most. 195 quae illum tibi aeternum putas fore amicum et benevolentem. Pseud. 699 et amicum et benevolentem ducis). Cist. 23 decet...hunc esse ordinem (*sc. meretricum*) benevolentis (beniv- *B*) inter se beneque amicitia utier. 586 mulierem suam benevolentem. Epid. 78 te cupio perire mecum benevolens cum benevolente. Merc. 887 amicus . . . multum benevole⟨n⟩s. Mil. 1351 ite cum dis benevolentibus (Trin. 356 aliis, qui comitati simus benevolentibus. Persa 650 ipsus prorsus (prope *P*; *A non leg.*) perditust et benevolentis perdidit. Pseud. 698 ut aliquem hominem strenuom benevolentem adducerem ad se. 1005 (*interpol.*) *milites* manu salutem mittunt benevolentibus eadem malam rem mittunt malevolentibus. Trin. 46 *vox* tui benevolentis. 637 ut qui beneficium a benevolente repudies? 1148 Megaronides communis . . . meus et tuos benevolens. 1177 benevolens tuos atque amicus. Truc. 316 ero benevolens visust suo [TER. Phorm. 97]. CIC. epist. 3, 3, 1 nec me benivolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. 3, 12, 4 benevolentior tibi, quam fui . . . sum factus (13, 60, 1). 5, 16, 6 officio ...esse functu[ru]m ⟨viri⟩ benevolentissimi atque amicissimi. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 26 animo . . . erga me benevolentissimo (beniv. *L*). SVET. Tit. 8 natura...benivolentissimus *Titus*. AVR. Fronto p. 41, 1 N. me . . . adversario tuo benivolentiorem esse. CORP. IV 1326 benivolentibus felice (*ter*). APVL. flor. 16 p. 74 benivolentissimi principes [SPART. Carac. 1, 4 non ille in litteris tardus, non in benivolentis (*leg.* -tia *cum Baehrensio*) segnis]. AVG. civ. 15, 7 sub potestate mentis regentis et benevolentis. CORP. XI 30 (*Ravennae*) uxori suae benevolenti eius.

adv. **benevolenter** *cum comp. et superl.* benevolentius *et* benevolentissime, *qui etiam ad* benevole *trahi possunt.* VITA Cypr. 5 *resistentibus quibusdam* quam benivolenter indulsit. AVG. civ. 8, 3 de illo quidam benevolentius suspicatur. 18, 45 *captivos* Ptolomaeus . . . benevolentissime . . . dimisit. BOETH. diff. top. 4 p. 1213 benevolentius faciemus, si. *Sinko.*

benevolentia (beniv-), -ae *f.* [*a* benevolens. *Th.*]. *forma* bonivolentia *trad.* GLOSS. IV 586, 24. V 443, 36. PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 118, 20 quod si manus veterum licentiae porrigemus, potest . . . et observanties et benevolenties dici. GLOSS. Plac. V 8, 28 (= 50, 10) benivolentia et malivolentia per i, non per e dicitur, quomodo benignus et malignus, non benegnus et malegnus. saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit; ideo benivolentiam dicimus; nam benevolentia crassum quiddam sonat. *cf.* ISID. orig. 10, 26 benevolentia absurdum sonat. GRAMM. suppl. 41, 13 benivolentia. *in titulis legimus* benev-: CARM. epigr. 68 (CORP. I 1019) 4. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 22 (*a. 138—161*). CORP. XI 5283 (*non ante Constantin.*). beniv-: CORP. I 589. EPIST. procur. de aq. Sald. (Corp. VIII 2728, *saec. II med.*) 69. CORP. XIV 2073 (*a. 213*). 170, 13. VI 1066 (*a 213*). XIII 6405 (*a. 225*). VI 32415 (*fere 250*). 32416 (*a. 257*). 32417. DECRET. centon. Sentin. *a. 261* (Corp. XI) 22. CORP. XI 6337, 15. EDICT. imp. inc. (Corp. III 13569) *ter.* CORP. VI 32051 (*a. 349*) 2. X 5349 (*a. 408*) 5. 451, 6. 519, 4. 1126, 8. 4665, 3. 4863. 6243, 6. 6441, 9. 7233, 5. XII 3637. benibolentiam: CORP. VI 32416 (*a. 257*). X 1126 (*saec. IV*). venivolentia GLOSS. II 318, 38. *codd. saepissime variant, at forma* beniv- *praevalere videtur, quippe quae, quod sciam, sola tradatur in* RHET. Her. FRONTONIS *cod. rescr. al. quaestionem profligare haud licuit; in exscribendis locis editores secutus sum, in* CIC. *editionem Mülleri, cuius praefationes hic illic quomodo scribenda sit vox explicant.* *legitur apud poetas non nisi singulis locis* TER. ACC. AFRAN. PHAEDR., *apud prosarios inde a* RHET. Her (*8ies*) *et* CIC. inv. (*10ies*), *qui voce saepe utitur (imprimis in epistulis, deest in* rep. parad. ac. Tusc. Catone div. fat.); *singulis locis*: Q. CIC. pet. VARRO rust. SALL. Iug. VELL. SCRIB. LARG. PLIN. nat.; *binis*: LIV. COLVM. TERT. Vind. I.; *ternis*: CAES. (comm.) RVT. LVP. SVET.; *quinis*: SEN. philos. APVL. AVG. civ.; *7ies* NEP. TAC., *8ies* QVINT. inst., *9ies* CVRT., *24ies* VAL. MAX. *plur. v. p. 1897, 21.*

GLOSS. benivolentia (*ita praeter* IV 591, 52 *semper*) II 29, 21 καλοκαγαθία (III 385, 29). II 215, 30 ἀγαθότης benivolentia bonitas. 318, 38 εὔνοια fabor venivolentia. 337, 41 καλοθέλεια. IV 211, 24 bona voluntas (313, 45. 585, 48 bonivoluntas. 591, 52). *cf.* AVG. bapt. 4, 7, 10 sicut in benevolentia bona voluntas, sic in malevolentia mala voluntas est. *passim adiunguntur praep.* erga (CIC. S. Rosc. 4), in (CIC. Cluent. 198), *raro* circa (TERT. pudic. 7 CORP. XI 6337). *singulariter* CIC. epist. 15, 4, 14 (*v. infra l. 71*) *et* VAL. MAX. 4, 1 ext. 8 (*v. infra l. 73*) *genet. obi. quem dicimus pendentem fecerunt.* *hominum* (*deorum*), *rarissime bestiarum* (PHAEDR. 3, 15, 17 *p. 1895, 38*) *et rerum* (*legum* PLIN. nat. 18, 11 *p. 1895, 69*. temporum nostrorum COD. Iust. 4, 35, 23, 3 *p. 1896, 62*). TER. Haut. 115 putavit me et aetate et benivolentia (*om. A*, putavit me aetate et sapientia *corr. rec.*) plus scire et providere quam se ipsum. ACC. trag. 96 (Non. p. 516) meam benivolentiam interisse. AFRAN. com. 101 (Non. p. 517) iurgio et benivolentia *mulieres* terrent desubito viros. CARM. epigr. 68, 4 ⟨sic i⟩mpetravi id ab eo, laudo benevolentiam (CIC. epist. 3, 11, 3 fidem benevolentiamque). RHET. Her. 1, 4, 6 si genus causae dubium habebimus, a benivolentia principium constituemus (VAL. MAX. 4, 7 pr. quidquid praestatur, totum a constanti benivolentia proficiscitur). *ibid.* adversarios criminando benivolentiam captare (capere l^1 *d.* 1, 5, 8 CIC. inv. 1, 21. 22). 1, 5, 8 ab nostra persona benivolentiam contrahemus, si. *ibid.* ab auditorum persona benivolentia colligitur, si (CIC. part. 121 Lael. 61 ad Q. fr. 1, 2, 7 CAES. civ. 2, 31, 3 GRILL. rhet. p. 605, 2). 3, 7, 14 qua fide, benivolentia, officio gesserit amicitias. 4, 39, 51 quos natura aut voluntas necessitudine et benivolentia coniunxit (CIC. Balb. 30 Lael. 82 epist. 5, 18, 2 necessitudine et benevolentia tecum coniunctissimos. 6, 22, 2 summā . . . plurimisque officiis *al.*). CIC. inv. 1, 20 causa et honestatis et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam pariat et offensionem. 1, 21 principio benivolentiam comparare (1, 22 *cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 16 *et* 17 CIC. off. 2, 54). *ibid.* ab iratis...pax et benivolentia petitur. (epist. 7, 5, 3 QVINT. inst. 4, 1, 25). 1, 26 cum *auditoris* benivolentiam causa desideret (Mil. 69 orat. 2 *opp.* prudentiam). S. Rosc. 4 quorum . . . nec benivolentiam erga me ignorare nec auctoritatem aspernari . . . debeam. 44 quod benivolentia fit, id odio factum criminaris (off. 1, 49 quo quisque animo, studio, benivolentia fecerit. NEP. Timol. 3, 6 APVL. met. 3, 23. *nota*: PLANC. Cic. epist. 10, 17, 3 sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti). Verr. 3, 2 *Sicilia* fuit ea fide benivolentiaque erga populum Romanum, ut (epist. 10, 29, 1 sunt singulari in te. TAC. ann. 4, 4 patriā . . . ⟨in⟩ fratris liberos). 6, 161 eorum benivolentiam erga se diligentiamque conlaudat (CVRT. 10, 9, 10). 6, 182 nostris officiis benivolentiam illorum adlicere (Mur. 74 cibo. VAL. MAX. 7, 4, 2). Cluent. 7 si qui mihi deus vestram ad me audiendum benivolentiam conciliarit (de orat. 2, 182. 200. 236. orat. 128 part. 15. 28 fin. 1, 52 off. 2, 77 epist. 4, 13, 2. 9, 16, 2 SERV. auct. Aen. 1, 522 AVG. util. cred. 16, 34). Cluent. 197 vicinorum quantum studium, quam incredibilis benivolentia, quanta cura est! 198 summam esse in hunc. Marcell. 34 omnibus semper nota (epist. 13, 70). Phil. 11, 33 *patris* in populum Romanum est ipsius aequalis aetati. Lael. 50 bonis inter bonos quasi necessariam. epist. 5, 19, 2 cum . . . ea tua sit voluntas, humanitas, benivolentia erga me (CAES. Cic. Att. 9, 16, 2 ea in me). 13, 70 non est opscura. MAT. Cic. epist. 11, 28, 1 propensa et perpetua. QVINT. inst. 11, 1, 42 iucundissima . . . in oratore humanitas, facilitas, moderatio, benevolentia. CIC. Catil. 3, 2 illum . . . ad deos immortalis benivolentia famaque sustulimus. Mur. 41. dom. 98 insignem in rem publicam declarat (Sest. 117 Att. 7, 5, 1 epist. 3, 12, 4 *al.* FRONTO p. 5, 7 N. CORP. X 6243, 6). p. red. in sen. 30 ostendit (Att. 7, 2, 5). p. red. ad Quir. 15 praestanti in me benivolentia et divino studio extiterunt. 24 memoriam vestri beneficii colam benivolentia sempiterna (VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 mutua. CORP. X 4863, 3). *ibid.* mihi nec . . . industriam nec in vestris commodis augendis gratam animi benivolentiam defuturam (Planc. 96 in me. epist. 5, 8, 3). Sest. 6. prov. 44 me . . . non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benivolentia commoveri. Balb. 43. Planc. 1 quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custodiaque texisset. 28. 101. Mil. 95 senatus erga se . . . esse perspectam (Att. 9, 1, 1 epist. 1, 7, 1. 9, 16, 2 fidelis periculo aliquo. 13, 60, 1 bonam . . . hominum. *al.*). Marcell. 10 qua benivolentia *te* complectemur (epist. 6, 14, 1 summa. LIV. 42, 13, 4 favore ac benivolentia [*opp.* vi]. BOETH. arithm. praef. p. 3, 6). 34 quod . . . summae benivolentiae est, . . . cum (epist. 5, 16, 1 SALL. Iug. 103, 7). Phil. 2, 107. 2, 112 caritate te et benivolentia civium saeptum . . . esse. or. frg. A III 6 (Quint. inst. 9, 2, 51) singularem. de orat. 2, 72 saepe benivolentia ad odium, odium autem ad benivolentiam deducendum est (2, 182 animos . . . conciliari. off. 2, 48 ut . . . alliciant. Att. 5, 18, 2 consentiente *exercitu*. epist. 15, 4, 14 animos . . . ad veteris imperii benivolentiam traducerem. Q. CIC. pet. 20 ducuntur. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6, 1 *nostra necessitudo* ad summam . . . pervenit. VAL. MAX. 4, 1 ext. 8 regnum . . . ad benivolentiam civium propius admovit. QVINT. inst. 6, 2, 9 motus praevalere [*opp.* ad perturbationem]. HIER. epist. 120, 1 p. 821 animos . . . flectimus. AVG. civ. 8, 25 ambiendum est ad . . . deorum. vera relig. 47, 91 utitur omnibus). 2, 216 ut odio benivolentia . . . tollatur (Lael. 19 *bis.* 102). Brut. 4 mortis oportunitatem benivolentia potius quam misericordia prosequamur (VAL. MAX. 7, 8, 7 auctorem . . . insecutus). 190 benivolentiā . . . ductus (off. 2, 22. epist. 6, 3, 1 adductus. AVG. c. Secundin. 17 p. 930, 13 ad peccatum perducere vel stulta benevolentia vel malitiosa invidentia). opt. gen. 19 benivolentiae . . ., quam is erga populum Atheniensium haberet (off. 1, 47). 20 quod de virtute eius et benivolentia falsa scripsisset (Att. 10,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 2. epist. 3, 1, 1 de mea ... ex ... Phania cognoscere. Att. 11, 7, 1 plurima exposuit. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 1 nisi persuasum esset. CVRT. 7, 8, 29 dubites. SOL. praef. 1 cum ... praeceperim). leg. 1, 34 quom hanc benivolentiam tam late longe⟨que⟩ diffusam vir sapiens in aliquem ... contulerit (epist. 10, 5, 1). 1, 35 omnes inter se naturali quadam indulgentia et benivolentia ... contineri (TAC. hist. 4, 76). fin. 2, 84 multorum te benivolentia praeclare tuebere et munies (Att. 2, 25, 2 firmissima. NEP. Dion 5, 4). nat. deor. 1, 122. Lael. 22 *vita* in amici mutua ... benivolentia conquiescit (epist. 10, 12, 5 Munati prudentiam perspexi in eius incredibili erga te benivolentia et diligentia). 26 amor ... princeps est ad benivolentiam coniungendam (*cf.* epist. 1, 9, 21 nisi cum praesidiis eis ... potentium benivolentiam coniunxissem). 29. 30 auxit benivolentiam consuetudo (epist. 13, 10, 2). 56 ut nostra in amicos benivolentia illorum erga nos benivolentiae ... respondeat (SCRIB. LARG. 20 tam perseveranti). 75 intemperata quaedam. 101 hac nos adulescentes benivolentia senes illos ... dileximus, haec etiam magis elucet inter aequales. off. 1, 47. 1, 54 sanguinis ... coniunctio et benivolentia devincit homines ⟨et⟩ caritate. 2, 23. 2, 31 benivolentiā civium ... egent (VAL. MAX. 4, 7, 1 caruit). 2, 32 capitur (*cf. p. 1894, 15*) beneficiis maxime, secundo autem loco voluntate benefica benivolentia movetur. 2, 38. 2, 53 quod largitione benivolentiam Macedonum *Alexander* consectetur. 3, 88 Att. 2, 20, 4. 2, 24, 5 summam in nos ... omni oratione significat (8, 2, 1. *cf.* GELL. 13, 17, 1 φιλανθρωπία ... significat dexteritatem quandam benivolentiamque erga omnis homines promiscam). 4, 15, 1 tuam erga me benivolentiam cognosse (epist. 4, 7, 1. 13, 55, 1 AVR. Fronto p. 27, 24 N.). 5, 10, 5. 6, 1, 7. 7, 1, 7 quo artificio tueamur benevolentiam Caesaris. 9, 9, 2 permagnum pondus adfert benevolentia erga illum, qua dempta perire melius esset. 9, 12, 4 quid tuam prudentiam aut benevolentiam implorem? 11, 1, 2 salutem ... meam benevolentiae tuae acceptam referre. 11, 3, 1 ut alia sic hoc ... tuae ⟨...⟩ benevolentiaeque permitto. 11, 9, 1 *exceptiones* sedulitate effectae et benivolentia Va⟨tini⟩ (*al.* tua. epist. 3, 9, 1). 12, 34, 2. epist. 1, 5^a, 1 ut et meam et ceterorum erga te fidem et benevolentiam ... experirere (13, 8, 1. 13, 69, 1 ad Brut. 1, 2, 3 VAL. MAX. 4, 7 ext. 2). 3, 10, 3 praestat tibi memoriam benevolentiamque, quam debet (12, 2, 3 MARCELL. Cic. epist. 4, 11, 1 BALB. Cic. Att. 9, 7^b, 3 PAPYR. Wessely p. 5 n. 1 *aet. August.* PHAEDR. 3, 15, 17 dulcem *ovis agno*). *ibid.* navare. 3, 10, 8 aspernari. 5, 2, 10 citius ... odisse desinam, quam ... quicquam de nostra benivolentia detraham (CAES. Gall. 7, 43, 4 deminuere). 5, 8, 4 in Marcum benevolentia (*sic Orelli*, -co -tiam *trad.*) ... deditus. 6, 1, 6. 6, 4, 5 tuam erga me imitabor (HIER. epist. 122, 1). 6, 10, 3 ad te defero. 6, 12, 2 omnes ... habeo implicatos consuetudine et benevolentia sic, ut. 10, 6, 2. 10, 6, 3 impulsus benevolentiā. 11, 29, 2 tuum iudicium ... meā summā ... comprobaro. 13, 20. 15, 4, 16. 15, 17, 3 mirabilis eum virorum bonorum ... prosecuta est. ad Q. fr. 1, 1, 10. 3, 8, 1 praesidium ... petebamus ex optimi ... viri benevolentia (FRONTO p. 177, 19 N. quantum ... ornamenti adsequetur). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13, 1. PLANC. Cic. epist. 10, 11, 3 benevolentiae ... cedam. BALB. Cic. Att. 9, 7^b, 3 me ab singulari amore ac benevolentia ... tibi scribere. VARRO rust. 1, 17, 7 consolando eorum restituat voluntatem ac benevolentiam in dominum. NEP. Alc. 6, 3 lacrimans talem benivolentiam civium suorum accipiebat (QVINT. inst. 4, 1, 6 a causis. HYG. astr. 2, 11 minorem animi ... pro beneficio). Dat. 5, 2 cum magnam ... consecutus esset. Timol. 3, 5 quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benivolentia tenuit. Att. 5, 1 ut ... ad summam senectutem retinuerit *Caecili* benivolentiam (20, 5 VAL. MAX. 7, 2, 6). RVT. LVP. 2, 15 VAL. MAX. 2, 6, 7. 4, 3, 14 mercari. 4, 8, 1 honesta. 5, 1, 1^e duplicatā. 5, 2, 1 dimittere. 5, 5 pr. 5, 7, 3 concitatioris et ardentioris erga filium benivolentiae. 6, 2 ext. 2 non debitam sibi admiratus (*cf. supra l. 37*). 6, 8, 7. 7, 2 ext. 10 largitione ad se adtrahere. 9, 13 ext. 2 tam arta benivolentia constrictam Romanam amicitiam. SEN. benef. 3, 22, 1. 7, 13, 1 in quae se denique (*sic Gertz*, sed qui *trad.*) benevolentia effundat. dial. 9, 7, 6 constet illi (*comiti*). PS. SEN. extr. voc. 199 *opp.* metus. CVRT. 3, 8, 7 benivolentiae illorum gratias agere (TAC. ann. 6, 2). 4, 10, 16. 9, 6, 18 meruisse (ARNOB. nat. 7, 48). COLVM. 11, 1, 7 domino fidem ac benevolentiam *vilicus* exhibeat. 12, 1, 6. *nota*: PLIN. nat. 18, 11 non omittenda priscarum legum benivolentia. QVINT. inst. 3, 8, 7. 12, 7, 12 mutuā ... utetur (*cf.* SVET. Aug. 66). TAC. ann. 4, 39. 6, 36 metu magis quam benevolentia subiecti. 13, 21. PLIN. epist. 8, 6, 5 facultatem ... testandi erga eum benivolentiam. SVET. Tib. 55. Cal. 3 singularem. FRONTO p. 172, 29 N. commendandi mos ... benivolentiā ortus. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 22 rem⟨u⟩nerandam esse (DECRET. centon. Sentin. Corp. XI 5749, 23. CORP. XII 3637 titulo quó benivolentia eius contineretur). APVL. Plat. 2, 7 cum ei, a quo (*F*, quod *cet.*) possidetur, *iustitia* est utilis, benivolentia est. met. 2, 14. apol. 96 tuae ... indulgebo. TERT. pudic. 7 ut exprimeret ... suam gratiam et benevolentiam etiam circa unum ethnicum. PORPH. vita Hor. p. 1, 20 ITIN. Alex. 7. HIL. in psalm. 2, 13 benivolentiam offensa ... perturbat. in Matth. 4, 19 adversario reconciliari benevolentia iubemur. 12, 17. OPTAT. 2, 1 p. 34, 18 omnipotentis dei ... narrat. LVCIF. Athan. 2, 16 p. 176, 15 malivolentia ... conversa in benivolentiam. FAVSTIN. trin. 7, 1 p. 76^D ad hoc (*sc. ad scribendum*) me tua mira benevolentia provocatum. AVSON. 419, 75 nolo benevolentiam tuam aliorum collatione percellere. SYMM. epist. 4, 72 largiorem. 7, 62. PAPYR. Archiv f. Papyrusforsch. III (1904) p. 168 (*saec. IV*) benivolentiae *tuae* eundem insinuendum (*sic*) putavi. SERV. auct. Aen. 1, 522. HIER. epist. 47, 1 quem (*sermonem*) mihi ... tua benivolentia tribuit. 105, 5. PS. RVFIN. in Os. 11, 8—9 cuius (*dei*) benevolentiam ... venis undantibus effluentem exhaurire non posset offensio. AVG. civ. 2, 15. 5, 12. 18, 51 exercent eius (*sc. dei*) benevolentiam aut beneficentiam. in psalm. 5, 7 *mendacium* retinet nonnullam benevolentiam. 36 serm. 2, 13 *iustus* si ... non invenit foris quod det, dat benevolentiam. serm. 22, 9 abundantissima et larga *dei.* util. cred. 6, 13 similem ... praeberemus.

a subst. pendens: RHET. Her. 4, 47, 60 in amico tantum benivolentiae *esse oportet*, ut (CIC. Lael. 74 plurimum. SEN. epist. 81, 25 aliquid). CIC. inv. 1, 21 benevolentiae partibus utendum est. Verr. 3, 13 causae benivolentiae (RVT. LVP. 2, 20). 4, 59 *crucem* iste civibus Romanis testem humanitatis in eos ac benivolentiae suae esse voluit. dom. 27 remuneratio benivolentiae (Lael. 49). Planc. 81 significatione. Phil. 11, 5 complexus ... summae benivolentiae falsi indices extiterunt in amore simulato. Brut. 255 testimonium. Lael. 23 coniunctionem. 29 admirabilis quaedam ... magnitudo. 32 caritatem. 52 stabilis benivolentiae ... fiducia. 63 impetum. off. 1, 83 de gloria et benivolentia civium in discrimen vocantur (LIV. 37, 53, 7 in certamine ... amicitiae vestrae, benevolentiae erga nos, honoris. VAL. MAX. 8, 5, 5 mutuae). 2, 29 benivolentiae vim ... magnam. 2, 32 praecepta. Att. 2, 18, 1 signa (epist. 15, 2, 8). epist. 3, 7, 6 conscientia officii mei benivolentiaeque. 5, 12, 1 indicio (7, 6, 1 AVG. conf. 4, 9, 14). 7, 14, 2 benivolentiae quam litium iura perdiscere. 10, 5, 1 commemoratio. 13, 29, 8 meam de tua erga me benivolentia spem (*cf.* RVT. LVP. 2, 3). ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 59 memoriam tantae b⟨enevolentiae deorum⟩. VELL. 2, 118, 4 spe⟨cie⟩m ... in se benevolentiae (TAC. ann. 11, 1). VAL. MAX. 4, 7, 7 pro ... salute amicorum perpetuam excubationem et stationem (*Madvig*, testationem *trad.*) benivolentiae (-tia *trad.*). 5, 5 pr. proximus fraternae benivolentiae gradus. 7, 3 ext. 10 simulatione. CVRT. 6, 7, 9 pignus (9, 6, 17). QVINT. inst. 4, 1, 42 benevolentiae et attentionis postulatio. TERT. pudic. 5 lex tota pietatis ... misericordiae benevolentiae pudicitiae. CORP. XI 5283 ob meritum benevolentiae eius erga se. VI 32051 (*a. 349*) 2 admirabilis ... eloquentiae benivolenti(a)e felicitate glorioso. HIL. in Matth. 4, 6 affectu (24, 7). 24, 7 officium. CORP. X 1126 (*saec. IV*) 8 totius auctori gravitatis benivolentiae. AMM. 17, 5, 14 fortissimo benevolentiae spiritu. PAVL. NOL. epist. app. 2, 17 hoc vitium ... humilitatis ac benevolentiae loco ducitur. AVG. in epist. Ioh. 8, 5 amicitia quaedam benevolentiae est, ut ... sola benevolentia sufficit amanti. CIC. prov. 1 virum ... cum ⟨in⟩ universam rem publicam tum etiam erga meam salutem fide ac benivolentia singulari. epist. 15, 4, 5. APVL. flor. 18 p. 92 viri ... doctrina et eloquentia et benivolentia paribus. CIC. epist. 2, 6, 4 te maioris ... constantiae benivolentiaeque erga te ... habiturum esse neminem.

ab adiect. pendens: CIC. Sest. 33 civis florentissimi benivolentiā bonorum. Phil. 2, 9 verbum ... plenum humanitatis, officii, benivolentiae (Att. 9, 5, 1 epistulam. COD. Iust. 4, 35, 23 pr. *a. 531/2* constitutio ... tam humanitatis quam benivolentiae plena). PS. QVINT. decl. 9, 13 nullum ... meliorem benivolentiā tribuit *natura* adfectum.

post praepositiones: CORP. I 589 (= VI 372 *et* 30920, *aet. Sullanae*) Iovei Capitolino et poplo Romano v⟨irtutis⟩ benivolentiae (εὐνοίας) beneficique causa erga Lucios ab comun⟨i⟩ (τῆς εἰς τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων; *cf.* 30927 ⟨benevolent⟩iaei). CIC. Lael. 46 praesidii adiumentique causa, non benivolentiae neque caritatis. CIC. inv. 1, 93 amico adesse propter benivolentiam. 2, 108 Cael. 45 nat. deor. 1, 58 epist. 4, 8, 2. CIC. part. 78 *pars in communione posita* amicitia in benivolentia nominatur (COD. Iust. 4, 35, 23, 3 *a. 531/2* ne videamur in tanta temporum nostrorum benivolentia aliquid acerbius admittere). opt. gen. 19 eum donari virtutis ergo benivolentiaeque. off. 2, 21 benivolentiae gratia. 2, 46 modestia cum pietate in parentes, in suos benivolentia. Lael. 20 omnium ... rerum cum benivolentia et caritate consensio. epist. 6, 2, 1 me tui memoriam cum summa benevolentia tenere. VVLG. Sirach praef. (μετ' εὐνοίας). *cf.* PLANC. *p. 1894, 31.* CIC. Att. 16, 16, 6 hoc pro coniunctione et benevolentia nostra mihi sumpsi. epist. 2, 7, 4 pro tua incredibili in me benivolentia meaque item in te singulari. 6, 22, 2. 13, 4, 4. 13, 7, 5 perpetua et maxima. *al.* ad Brut. 1, 12, 3 CAES. Cic. Att. 10, 8^b, 1 Gall. 5, 25, 2. FRONTO p. 111, 12 N. cetera. EPIST. procur. de aq. Sald. (Corp. VIII 2728) 69 CORP. XIII 6405 (*a. 225*). X 5349 (*a. 408*) 5 BOETH. arithm. praef. p. 5, 14. FERRAND. epist. 8 pro benivolentia domesticae caritatis. MARCELL. Cic. epist. 4, 11, 2 sine talium virorum et amicorum benevolentia ... vivere. CORP. VI 32415 (*fere a. 250*) ob eximiam eius erga se benivolentiam. 32417. 32416 (*a. 257*). XI 6337 circa se ac patriam suam. X 451, 6. 519, 4. 6441, 9 benivolentiam et religionem et integritatem. 7233, 5. XIV 170, 13.

speciatim: principum ('Gnade'): MOD. dig. 28, 5, 63 (62) pr. institui heredem posse benevolentiae est. MARCIAN. dig. 29, 2, 52 pr. interponere se suam benivolentiam divus Pius rescripsit. EDICT. imp. inc. de rebus priv. (Corp. III 13569) 20. 33 huius benivolentiae nostrae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

statuta. 45 ut . . . provinciales nostri per benivolentia(m) nostram consultum s⟨ibi⟩ esse laetentur. CORP. XIV 2073 (= VI 1066, *a. 213*) omnium principum v⟨irtute⟩ benivolentia indulgentia exuperantissimo. COD. Iust. 6, 27, 5, 1 d (*a. 531*) tanta in eos nostri numinis benivolentia effusa est, ut. 6, 51, 1, 3 a (*a. 534*) quod et nostra maiestas quasi antiquae benevolentiae consentaneum . . . intactum . . . praecipit custodiri. INST. Iust. 2, 20, 23 quod plerique prudentiam contra benivolentiam introducebant. VITA Nicet. 3 benivolentia principis nutu divino concessit. *cf.* PLIN. nat. 18, 11 *p. 1895, 69.* *honoris titulus imperatorum, paparum al.*: *cf.* CIC. Att. 11, 1, 2. 11, 3, 1 *p. 1895, 31* PAPYR. *p. 1896, 3* VITA Nicet. 3 *v. supra l. 8, quibus locis, unde hic usus natus sit, illustratur*: AVSON. 405, 2 adiuro benevolentiam tuam (*sc. praef. praet.*) verecundiae meae testem. AVELL. p. 19, 16 quaesumus miram benivolentiam vestram (*imperatorem*), ut . . . nobis . . . audiendi patientiam commodetis. p. 702, 18 nisi hanc quoque partem benivolentia statuerit vestra (*sc. papae*) mitius corrigendam. COD. Iust. 1, 51, 11 (*a. 444*) ipsis iudicibus nostrae benivolentiae liberalitas tribuenda est. 6, 51, 1, 16 (*a. 534*) ut nemini maneat incognitus nostrae benivolentiae labor. INST. Iust. 2, 19, 6 nostra benevolentia commune omnibus . . . hoc praestavit beneficium.

plur.: *i. fere q. beneficium*: SPART. Carac. 1, 4 non in benivolentis (*at cf. p. 1893, 37*) segnis. ARNOB. nat. 6, 2 individuas cunctis benivolentias exhibere.

synonyma: beneficentia, (benignitas), bona voluntas, bonitas, (clementia), favor, gratia. *saepius adiunguntur*: amor, auctoritas, caritas, diligentia, fides, humanitas, iudicium, misericordia, necessitudo, officium, prudentia, studium, voluntas, *al.* *opposita*: iurgium, malevolentia, metus, odium, offensa, offensio, perturbatio, superbia, vis. *Münscher.*

benevolentiēs *v.* benevolentia *p. 1893, 49.*

benevolus, -a, -um [*cf. c.* benevolens. *Th.*]. *de scriptura* benivolus *v.* ALBIN. orthogr. gramm. VII 298, 14 benivolus et benificus licet a bene adverbio sit compositum, tamen per i, non per e scribitur (*cf.* ISID. orig. 10, 26). INSCR. *variant*, benivolus *ex. gr. legitur* CORP. V 4870. IX 3590; benevolus: CORP. VI 12804. 33466 CARM. epigr. 334, 2. *similiter oscillant codd.*: *ex. gr.* PLAVT. benevolus, TER. RHET. Her. benivolus (*v. Brambach, Orthogr. p. 179 sq.*). *formam* bonivolus *exhibet* Ps. AVG. serm. 265, 3 qui fuit invidus, sit bonivolus. *comp. et superl. substituitur a* benevolens *q. v.* HIER. in Matth. 5, 25 εὐνοῶν, quod interpretatur benevolus aut benignus. GLOSS. ἀγαθοθελής, καλοθελής, εὔνους, benignus, clemens. *diff. inter* benivolum *et* benivolentem *v. s.* benivolens.

1 *de hominibus, diis*: PLAVT. Asin. 66 quippe qui mage amico utantur gnato et benevolo. Capt. 380 quod me esse scit erga se benevolum. Cist. 640 recipe me ad te, Mors, amicum et benevolum. *sic pro subst.* CIC. rep. 4, 8 benivolorum (benev- *al.*) concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. Q. CIC. pet. 39 quibus rebus benivolus et simulator diiudicari possit. 57 si nostros ad summum studium benivolos excitamus. PVBLIL. S 3 suadere primum, dein corrigere benivoli est. CARM. epigr. 334, 2 si malevolus es, geme, si benevolus es, gaude. CORP. VI 12804 benevolae suei. GELL. 2, 12, 5 qui in medio sunt utriusque partis benivoli. ITALA Luc. 22, 25 (cod. d) qui potestatem habent eorum (*hominum*) venivoli (εὐεργέται; VVLG. benefici) vocantur. AVG. civ. 10, 10 *deus* exaudiat benevolum. SIDON. epist. 9, 14, 3 admirabantur benivoli. TER. Phorm. 97 neque illi benivolus (-volens *dett.*) . . . quisquam aderat. *cf.* Hec. 761 facilem benivolumque lingua tua iam tibi me reddidit. ACC. trag. 651 multi iniqui atque infideles regno, pauci benivoli (benivoli sunt *vel* boni sunt *codd. Cic. off. 3, 84*). CIC. de orat. 2, 82 mihi benivolum iudicem . . . facere possum. Cluent. 176 servum et sibi benevolum esse et patri fuisse. Phil. 11, 34 Deiotarum . . . ex animo amicum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano iudicavit. *cf.* ARVS. gramm. VII 458, 26 benivolus illi. ITALA Matth. 5, 25 (cod. d) esto benivolus (εὐνοῶν) adversario tuo (VVLG. consentiens). RHET. Her. 1, 4, 6 ut benivolos auditores habere possimus (*cf.* 1, 4, 7. 8. 1, 5, 8. 1, 7, 11 *ter* CIC. inv. 1, 20 *bis*. 1, 26 de orat. 2, 80 top. 97 QVINT. inst. 3, 7, 24. 4, 1, 5. 10, 1, 48). CIC. inv. 2, 161 patriae . . . benivolum (-is *C*) officium et diligens tribuitur cultus. de orat. 2, 322 ex iis, apud quos agetur *causa*, ut benivolos beneque existimantis efficiamus (QVINT. inst. 4, 1, 41 iudicem. 4, 1, 51 APVL. met. 3, 1). Mil. 58 quod . . . praemium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis? nat. deor. 1, 5 et benivolos (benev- *al.*) obiurgatores placare et invidos vituperatores confutare. Att. 14, 14, 5 homines benevolos, qualescumque sunt, grave est insequi contumelia. epist. 1, 9, 2 tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benivolo certe, usus esses. SEN. benef. 4, 11, 1 eligam vivum . . . benevolum. NOVELL. Iust. 18 praef. legitimis et benivolis filiis. CORP. V 4870 ⟨be⟩nivolo. IX 3590 Obsturio . . . benivolo . . . mater. X 4292 ⟨be⟩nvolus coiux. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 2 'amicum' dicit gravitate ac dignitate benivolum. ITALA Ion. 4, 2 (Lucif. Athan. 2, 33) scivi quia tu miserator et benivolus (ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων; VVLG. clemens et misericors). Matth. 5, 25 (Hier. epist. 127, 3) esto benivolus sive bene sentiens de adversario tuo (εὐνοῶν; VVLG. consentiens). Tit. 1, 8 (Hier. epist. 19, 3) *episcopum oportet esse* hospitalem, benivolum (φιλάγαθον). AMM. 15, 7, 1 natura benivolus. 25, 10, 15. 30, 10, 6. SCHOL. Pers. 2, 74 generosi dicuntur qui propitio nascuntur genio, ideo honesti et benivoli. HIER. epist. 108, 18ᵇ novi susurronem quendam . . . quasi benivolum nuntiasse, quod. FERRAND. epist. 10 visita benivolus . . . desiderantes. APVL. met. 10, 13 tam benivolam Fortunam expertus. FIRM. math. 2, 14, 2 benivolarum stellarum (*opp.* malivolarum). AMM. 22, 15, 3 pauca super benivolo amnium numine (*sic Petschenig*, omnium flumine *V*) Nilo praestringi conveniet.

2 *de rebus incorporeis*: CIC. inv. 2, 161 patriae . . . benivolum (*Orelli*, -is *C*) officium et diligens. Verr. 1, 23 sane benevolo animo me . . . praemonebat (Q. CIC. pet. 40 te in eos ipsos competitores tuos benivolo esse animo. PVBLIL. B 16 benivoli coniunctio animi maxima est cognatio. O 2 obsequium benivoli animi finem non habet). Lael. 28 cum caritate aliqua benivola memoriam *usurpare*. VAL. MAX. 6, 8, 7 vestigia . . . errantia benivolo studio subsecutus. SEN. benef. 1, 6, 1 benevola actio tribuens gaudium. APVL. met. 6, 1 omnium benivolam misericordiam corrogare. 11, 22 et ceteris benivolis praeceptis summatis deae recreatus animi. TERT. anim. 58 ob cogitatus pios et benivolos. ARNOB. nat. 2, 14 vir lenis et benivolae voluntatis. AMM. 19, 1, 3 correctione titubantium benivola. APVL. met. 1, 1 aures . . . tuas benivolas lepido susurro permulceam. MART. CAP. 5, 437 benivolae maiestatis . . . assensio. *nota* OROS. hist. 5, 2, 2 *Africa* benivolum late gremium pandit.

adv. **benevolē** (*saepius* benivole) *inde a* CIC. *comp.* benevolentius, *superl.* benevolentissime *v. sub* benevolens. CIC. fin. 1, 34 quos (*Torquatos*) . . . erga nos amice et benivole (benov- *al.*) collegisti. Lael. 88 haec (*monita*) accipienda amice, cum benivole fiunt. Att. 12, 34, 3 epistolam . . . recentem et benevole scriptam. epist. 13, 21, 2 mihi . . . molestissimis temporibus ita fideliter benivoleque praesto fuit. VAL. MAX. 7, 2 ext. 11 ad Macedonicos mores invitum revocare benivole perseverat. SEN. benef. 2, 35, 1 si illud (*beneficium*) benevole excipimus. GELL. 1, 14, 1 memoratis multis . . . rebus, quae bene ac benivole . . . fecisset. APVL. met. 5, 24 haec benivole remonebam. AMM. 21, 5, 2 advertite . . . benivole, quae sermone brevi percurram. 21, 13, 16 quae benevole responderant (25, 4, 15). 27, 6, 16 Augustos germanum nuncupavit et filium benivole satis. 29, 1, 33 adiecit benivole. AVG. civ. 3, 15 propter merita virtutis eius benevole iactatum diffamatumque *est.* *Sinko.*

Benevolus (Beniv-), -a *cogn.* Benev- *l. 43* (*cf. 46*), *ceterum fere* Beniv-. Benibola *l. 44.* CORP. VI 13718 d. m. Q. Caecili Benivoli amici ⟨. . .⟩. XIV 246 (*Ostiae, saec. II med.*) v 26 L. Sulfius Benivolus. IX 3590 (*Paganicae*) T. Opturio T. l. Benivolo. X 4094 (*Capuae*) L. Cornelius L. l. Benevolus. XI 922 (*Mutinae*) C. Cornelio Benivolo. 2536 (*Clusii, christ.*) Caesia Benibola. V suppl. ital. 1080, 109 (*in vasculo*). XIII 1992 (*Lugud., saec. III in.*). *apud scriptores*: RVFIN. hist. 7, 16 Benevolo (*al.* Beniv-) tunc (*a. 385*) memoriae scriniis praesidenti (*cf. Seeck, PW. III 276*). GAVDENT. serm. praef. tit. servo Christi Benivolo Gaudentius. *Ihm.*

Bengaber *nom. vir. hebr. in* VVLG. III reg. 4, 13. *sed in hebraeo est* בֶּן־גֶּבֶר *i. filius Geber, sicut* LXX υἱὸς Ναβέρ (*Γαβὲρ Alex.*).

Benhail *nom. vir. hebr.*, בֶּן־חַיִל. VVLG. II par. 17, 7 (Benail *Amiatin.*). *sed* LXX τοὺς υἱοὺς τῶν δυνατῶν.

Benhesed *nom. vir. hebr. in* VVLG. III reg. 4, 10 (Benesed *Amiatin.*). *at in hebraeo est* בֶּן־חֶסֶד *i. filius Hesed, sicut* LXX υἱὸς Ἐσδί.

Benhur *nom. vir. hebr. in* VVLG. III reg. 4, 8. *sed in hebraeo est* בֶּן־חוּר *i. filius Hur*, LXX Βεὲν υἱὸς Ὤρ. HIER. nom. hebr. p. 41, 6 Benur filius aerius sive filius ignis. *Otto.*

Benī (-ōrum) *pop. Thraciae.* PLIN. nat. 4, 40 Benis. *cf. Oberhummer, PW. III 275.* *Ihm.*

Benī(. . .) *legitur in amphora* CORP. XIII 10001, 68 *cf.* 10001, 240.

Beniamin, בִּנְיָמִין, Βενιαμίν *filius Iacob et posteri eius, tribus Beniamin. non declinatur nisi a* CYPR. GALL. *qui* Beniamin- *anapaestum esse voluit*: gen. 1092. 1310. 1390. 1404. 1429. VVLG. gen. 35, 18 appellavit eum Beniamin, id est filius dextrae (*cf.* HIER. nom. hebr. p. 3, 24 Beniamin filius dextrae. p. 16, 17 tract. in psalm. I p. 19 *sq.* quaest. hebr. in gen. p. 55, 17 errant qui putant Beniamin filium dierum interpretari. cum enim dextera appelletur iamin et finiatur in n literam, dies quidem appellantur et ipsi iamim, sed in m literam terminantur. Beniamim *traditur* ITALA num. 1, 11 [Avell. p. 761, 3], *sed paulo post* Beniamin; -mim *etiam* PAVL. MED. bened. 11, 1). num. 1, 11 de Beniamin (*i. tribu*). 1, 36 filiis Beniamin. 2, 22 in tribu filiorum Beniamin. 10, 24 in tribu Beniamin. I reg. 9, 16 terra Beniamin. Ier. 20, 2 porta Beniamin (*cf.* ITIN. Theod. 1. 21 de porta Beniamin in Hierusalem). *et passim.* TERT. scorp. 13 *de Paulo apostolo* lupus rapax Beniamin (*cf.* VVLG. gen. 49, 27 *et* AMBR. patr. 12, 57 *sq.* in psalm. 118 serm. 6, 17 Beniamin lupus rapax apostolus Paulus factus est, non iam insidiator ovilium Christi, sed defensor et custos. RVFIN. patr. 11, 2 AVG. in psalm. 67, 36 PAVL. MED. bened. 11, 2 ISID. in gen. 28, 5. 31, 61). ISID. in gen. 28, 6 per Beniamin terrestris figurabatur Ierusalem. 31, 62. *eiusdem nominis alii*: VVLG. I par. 7, 10 I Esdr. 10, 32. Beniamin *ecclesiae Hierosolymitanae episcopus* HIER. chron. a. Abr. 2128 RVFIN. hist. 4, 5. *monachi, alii* CASSIAN. conl. 2, 24, 1 CASSIOD. hist. 8, 1. 10, 33 AVELL. p. 571, 24. **Beniamītae,** -ārum, Βενιαμῖται *filii Beniamin, tribus Beniamin.* PS. RVFIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in Os. 10, 9 SVLP. SEV. chron. 1, 29, 5. *adi.* **Beniamīticus,** -a, -um. HIER. epist. 108, 13 tribus Beniamitica. PS. RVFIN. in Os. 9, 9. *Otto.*

benibolentia *v.* benevolentia **benif-** *v.* benef-

Benigga. LIB. gener. chron. I p. 109, 212, 3 Girda (*i. Girba s. Meninx insula*) quae et Benigga (Benigna *GC*). *Ihm.*

Benigna *v.* Benignus. **benignē** *v.* benignus.

benignificus, -a, -um *cf. c.* benigne *et* facere. HIL. ad Const. 1, 1 benignifica (*sic cod. Vat.*, benigna *al.*) natura tua, domine beatissime ..., cum benigna voluntate concordat.

benignitās, -ātis *f. a* benignus. *vox praecipue orationis prosae, ex poetis habent* PLAVT. 12^{ies}, TER. *ter*, PVBLIL. HOR. epod. PHAEDR. *singulis locis, apud reliquos poetas deest, ut etiam apud* CATONEM RHET. Her. VARRONEM CAES. RVT. LVP. VELL. SEN. rhet. QVINT. *plur.*: benignitates: PLAVT. Stich. 633 ARNOB. nat. 3, 24. 7, 10. GLOSS. ἀγαθότης, ἀγαθοσύνη, χρηστότης, καλοκἀγαθία, innocentia, bonitas. HIER. in Gal. 5, 22 benignitas sive suavitas, quia apud Graecos χρηστότης utrumque sonat, virtus est lenis, blanda tranquilla ... hanc Stoici ita definiunt; benignitas est virtus sponte ad benefaciendum exposita (*cf.* ISID. diff. 1, 71). in Eph. 5, 1 dulcedinem id est suavitatem magis quam benignitatem vocavit.

1 *i. q. munificentia, liberalitas, benevolentia, clementia*: a *hominum, deorum*: CIC. Mur. 77 nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae liberalitatem magis significat quam largitionem. *cf.* de orat. 2, 105. rep. 2, 35 largiendi benignitas. off. 2, 63 haec benignitas etiam rei publicae est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores ... hanc ... consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono; haec est gravium hominum atque magnorum, illa quasi adsentatorum populi multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium. 1, 20 *beneficentiam* eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. PLAVT. Cist. 761 ne bene merenti sit malo benignitas. Men. 16 argumentum vobis demensum dabo, non modio neque trimodio, verum ipso horreo: tantum ad narrandum argumentum adest benignitas. Merc. 15 si ... advortendum (-am *codd.*) ad (ut *codd.*) animum adest benignitas. Mil. 80 si ad auscultandum vostra erit benignitas. *sic saepius de auditorum benevolentia*: CIC. Arch. 18 utar ... vestra benignitate, quoniam nec in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis. dom. 32 vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. Sest. 31 summa cum benignitate auditis. SOL. praef. 1 *lectoris* benignitas veniam spondebat faciliorem. PLAVT. Merc. 289 non sum occupatus umquam amico operam dare. :: benignitatem tuam mi experto praedicas. Mil. 634 benignitas quidem huius oppido adulescentula est (-les *codd.*). Poen. 643 ita vestra est benignitas. Stich. 50. 181 generi nostro haec redditast benignitas. 633 viden (-s *P*), benignitates hominum ut periere et prothymiae? Trin. 389 ecce autem in benignitate hoc repperi negotium. TER. Andr. 826 neque modum benignitatis neque quid me ores, cogitas. Eun. 164 num (non *A*) solus ille dona dat? num⟨c⟩ubi meam benignitatem sensisti in te[r] claudier? Hec. 263 et diligentiam vestram et benignitatem novi. TVRPIL. com. 210 nil quicquam a me est praemi neque erat tuae benignitatis atque obsequellae. CIC. Q. Rosc. 33 nunc deum immortalium benignitate omnium fortunae sunt certae. *sic saepissime.* Catil. 4, 19. epist. 13, 4, 1 Sullani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate supterfugerunt. PLANC. Cic. epist. 10, 8, 6. 10, 23, 3 CATO Cic. epist. 15, 5, 2 BELL. Alex. 75, 3 LIV. 5, 20, 3. 7, 13, 5. 8, 4, 7. 8, 5, 3. 8, 13, 11. 24, 38, 2. 26, 41, 6. 13. 28, 11, 8. 28, 25, 7. 29, 15, 1. 31, 31, 20. 37, 54, 10. 39, 9, 4. 41, 24, 8. 45, 23, 1. VAL. MAX. 5, 1, 1 a o munificentiam gentis Romanae deorum benignitati aequandam. 9, 12 ext. 7 TAC. hist. 4, 85 ann. 11, 15. 12, 43. 14, 6 PLIN. epist. 10, 100. AVR. Fronto p. 94, 9 N. eum commendo benignitati eorum (*sc. deorum*). APVL. met. 11, 22 deae (*Isidis*) potentis benignitas salutaris. PS. APVL. Ascl. 26 *voluntas* est dei benignitas. TERT. test. anim. 2 penes deum bonitatis et benignitatis. IREN. 4, 20, 5 benignitas eius (*dei*) inenarrabilis. ARNOB. nat. 1, 63. 7, 10 vacant omnia deorum auxilia, vacant odia, vacant benignitates (3, 24 spontaneas esse numinum benignitates). 7, 15 *deos* benignitatem et gratiam non habere venalem. AMM. 21, 1, 9 amat benignitas numinis ... prodere quae inpendent. HIER. epist. 82, 1 venisti ... in spiritu benignitatis. 147, 1 dei. *saep.* VVLG. psalm. 64, 12 benedices coronae anni benignitatis (χρηστότητος) tuae. 84, 13 dominus dabit benignitatem. Rom. 2, 4 benignitas dei (τὸ χρηστόν). Tit. 3, 4 benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri dei. BARNAB. 2. 9 consilium benignitatis (ἀγαθοσύνης) patris nostri. MART. CAP. 1, 7 Vranie ... clementi benignitate largita. 1, 91. 92. 9, 924. SERV. Aen. 4, 653 stellarum benignitas etiam tertium eius (*Saturni*) superet cursum. VITR. 8 praef. 4 gratias agunt divinae benignitati. CIC. Verr. 3, 98 benignitate ... adductus (*cf.* 4, 191). Caecin. 9 nimiae vestrae benignitati pareremus. Cluent. 196 summa est ... hominis ... in singulos municipes benignitas (*cf. l. 37*). LIV. 45, 44, 18 laetum ... benignitate[m] in se populi Romani regem fuisse. CVRT. 10, 1, 38 *viri* eximiae ... benignitatis in regem. 10, 5, 31. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 197 extr. creator ... primum in proximos docuit benignitatem, emissurus eam postea in extraneos. SVLP. SEV. Mart. 2, 7 in commilitones. CIC. leg. agr. 2, 61 beneficio isto legis, benignitate Xvirali nihil utitur (off. 2, 52 *benignitate* quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis). 2, 81 Gracchorum benignitas. Rab. perd. 16 an ... servos ... suppliciorum ... metu dominorum benignitas vindicta una liberat? Flacc. 18 egentis ... viatico publico, privata etiam benignitate prolectat (LIV. 24, 18, 15). prov. 10 *ordo* est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. Pis. 45 qui (*senatus*) in eam iam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rem publicam gesserint, novis honoribus adficiat. Rab. Post. 3 nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset. de orat. 2, 333 clementia, iustitia, benignitas ... iucundast auditu in laudationibus. leg. 1, 32 quae ... natio non comitatem, non benignitatem ... diligit? fin. 5, 65 cui (*iustitiae*) sunt adiunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas. off. 1, 42 videndum est ..., primum ne obsit benignitas et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris, deinde ne maior benignitas sit, quam facultates. 1, 50 si, ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. 2, 52 largitio ..., quae fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitate benignitas tollitur. 2, 54 non dubium est, quin illa benignitas, quae constet (-tat *al.*) ex opera et industria, et honestior sit et latius pateat et possit prodesse pluribus: non numquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est. 2, 55 nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit. Att. 4, 2, 7 amicorum benignitas exhausta est in ea re. 13, 41, 1 ex tua erga Lucceium benignitate (LIV. 1, 35, 5 benignitate erga alios cum rege ipso certasse. 23, 42, 4 unica comitas ac benignitas erga cives nostros. CORP. VI 30973 cumuláta omní erga se benignitate). Q. CIC. pet. 41 ea (*sc. pars petitionis, quae in populari ratione versatur*) desiderat ... blanditiam, adsiduitatem, benignitatem. PVBLIL. S 8 semper beatam se putat benignitas. SALL. Iug. 103, 6 dona omnia in benignitate habebantur. 104, 3 Bocchus ... benignitatem et studium Sullae lubens accepit. NEP. Timol. 2, 2 cuius benignitatis (*mox eadem* clementia *nominatur; cf.* LIV. 37, 6, 6 clementiae benignitatisque monumenta. SOL. 1, 107 *Caesar* benignitate adeo praeditus, ut quos armis subegerat clementia magis vicerit) memoriam volebat exstare. HOR. epod. 1, 31 satis superque me benignitas tua ditavit. LIV. 4, 59, 10 imperatorum. 5, 7, 11 victam esse ... comitatem benignitatemque senatus (*cf.* 35, 35, 10). 9, 42, 5 praedae erat largitor et benignitatem per se gratam comitate adiuvabat. 26, 50, 13 iuvenem vincentem omnia ... benignitate ac beneficiis (RVT. LVP. 1, 18 Alexandro ... neque in beneficio benignitas deerat. FRONTO p. 166, 9 N. tanta benignitas ... et tot beneficia. CORP. XI 6417, 15 cuius beneficio et benignitate inpar fui). LIV. 35, 38, 6 in victoria iustitiam benignitatemque *Romanorum* expertas *esse civitates.* 45, 25, 10 sibi ipsis fructus ex benignitate et fortuna eorum percipiendi. PHAEDR. 1, 23, 7 iusta subita me iubet benignitas vigilare, facias ne mea culpa lucrum. SEN. dial. 7, 23, 2 fortunae benignitatem a se non summovebit (*aliter* TAC. ann. 13, 41 pro benignitate fortunae dis grates agerentur). benef. 1, 4, 2 danda lex vitae, ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas placeat. 1, 15, 2 benignitatis fines introrsus referre. 2, 3, 3. 2, 5, 4 omnis benignitas properat et proprium est libenter facientis cito facere (*cf.* amic. p. 29 sic properabat benignitas eius, sic irascebatur). 1, 1, 9 ab hac tam effusa ne⟨c⟩ cess⟨ante benign⟩itate (*supplevit Lipsius*). epist. 115, 4 vultus benignitate productus. CVRT. 8, 12, 16 dono dedit. qua benignitate eius Alexander ... laetus (*cf.* 10, 1, 25. 35 FRONTIN. strat. 3, 16, 1 equo ... donavit ... qua benignitate illius ... fidem ... sibi obligavit). PLIN. nat. 27, 1 adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem. 34, 71 habet simulacrum et benignitas eius (*Praxitelis*). PS. QVINT. decl. 9, 16 contra varios mortalium casus quasi portum benignitatis aperire. TAC. hist. 2, 30 super benignitatem animi, qua promptior habebatur. PLIN. epist. 3, 11, 8. 3, 15, 1 M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia fovisse. 6, 21, 6 circa me tantum benignitate nimia. (*sc. in laudando*) modum excessit (FRONTO p. 213, 11 N. signum benignitatis expromet *in laudando*). 7, 28, 2 quid enim honestius culpa benignitatis? 8, 2, 7 benignitate remissionis aequare. *sic saepius cum genetivo abstracti*: Mod. dig. 1, 3, 25 nulla aequitatis benignitas patitur. TREB. trig. tyr. 31, 10 titulum meum prudentiae tuae benignitas implevit. AVG. civ. 9, 15 suae beatitudinis benignitate (dignitate *cod. Aug.*) destruxit *Christus.* ENNOD. opusc. 6 p. 403, 5 benignitas corrigendi. NOVELL. Valent. (*a. 468*) 1, 1 pr. prona benignitate clementiae nostrae relaxat humanitas. EPIST. imp. Aug. Suet. 71 benignitas ... mea me ad caelestem gloriam efferet (EVTR. 10, 18 benignitate principum ... inter divos relatus est. AMM. 30, 8, 14 in principis benignitate perfugium. AVG. civ. 1, 23 de Caesaris benignitate omnia sperare praecepit). PLIN. epist. 8, 6, 13 principis benignitatem promptissimam ad laudem praemiaque merentium inlustrari. 8, 12, 2 auditoria ... benignitate mira frequentat. paneg. 3 cum loquar ... de liberalitate *ne* avaritiam *exprobrari sibi credat*, cum de benignitate, livorem. 21. 25. 32. 39. 50. 58^{c} *bis.* 60. FRONTO p. 86, 9 N. benignitatem ingenitam tibi, quam omnibus ex more tuo tribuis, ut huic ... impertias (PRISCILL. tract. 2, 54 si insitae tibi benignitatis adfectu nulli vis iniuriam quam ille nobis inposuit inrogare). p. 175, 17 ex summis benignitatis opibus tribuas. p. 191, 11 pro tua perpetua consuetudine et benignitate. AVR. Fronto p. 27, 14 N. litterae ad me tuae ... tanta benignitate scatentes, tanta adfectione abundantes. p. 37, 7 ista tua benignitate

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *dives, locuples*: 1 *de hominibus*: PLAVT. Curc. 371 beatus videor: subduxi ratiunculam, quantum aeris mihi sit quantumque alieni siet: dives sum, si non reddo eis quibus debeo [Poen. 303] RHET. Her. 4, 52, 65 ubi est iste beatus ... aedium dominus? CIC. inv. 2, 1 Crotoniatae quondam cum florerent omnibus copiis et in Italia cum primis beati numerarentur ... templum Iunonis ... egregiis picturis locupletare volebant. S. Rosc. 135 ut hominem prae se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet. Tull. 19 iste pater familias beatus, novus arator et pecuarius. Verr. 5, 126 qui tam beati, quam iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Catil. 2, 20 hi dum aedificant tamquam beati ..., in tantum aes alienum inciderunt, ut. Cael. 67 lautos iuvenis, mulieris beatae ac nobilis familiaris. nat. deor. 2, 95 quibus abundant ii, qui beati putantur. off. 2, 69 qui se locupletes, honoratos, beatos putant. Att. 1, 19, 6 *vidi* beatos homines — hos piscinarios dico, amicos tuos — non obscure nobis invidere, putavi mihi maiores ... opes et firmiora praesidia esse quaerenda. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4 Plancus ... magno congiario donatus a Caesare nec beatus nec bene instructus est. CATVLL. 10, 17 ut puellae unum me facerem beatiorem. 23, 27 sestertia quae soles precari centum desine: nam sat es beatus. 37, 14 hanc boni beatique omnes amatis. NEP. Ages. 8, 2 eorum ornatus non modo in eis regem neminem significaret, sed homines ⟨esse⟩ non beatissimos suspicionem praeberet. VERG. catal. 6, 1 socer beate nec tibi nec alteri. HOR. epod. 8, 11 esto beata, funus atque imagines ducant triumphales tuum. sat. 2, 8, 1 ut Nasidieni iuvit te cena beati. carm. 1, 4, 14 o beate Sesti. 2, 4, 13 an te generum beati Phyllidis flavae decorent parentes. 3, 7, 3 Thyna merce beatum ... Gygen. 3, 9, 4 Persarum vigui rege beatior. epist. 1, 2, 44 quaeritur argentum puerisque beata creandis uxor. carm. saec. 59 beata pleno Copia cornu. PROP. 2, 6, 6 Phryne tam multis facta beata viris. OV. am. 1, 8, 23 scis here te, mea lux, iuveni placuisse beato? SEN. contr. 1, 6, 7 inpotens malum est beata uxor cum inmensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas nostras oneraverit, quid aliud quam beati serviemus? 2, 1, 9. 10, 4, 18 solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt. SEN. Oed. 117 cinnami silvis Arabas beatos vidit (*cf.* LVCAN. 9, 517 AMM. 23, 6, 45). dial. 5, 37, 3 beati hominis indicat ac potentis indicium difficilem ianuam. 11, 12, 6 beatioresne istos putas, quorum pantomimae deciens sestertio nubunt, quam Scipionem, cuius liberi a senatu, tutore suo, in dotem aes grave acceperunt? epist. 17, 10 expectabisne ... tabulas beati senis, cum fieri possis statim dives? 27, 5 Calvisius Sabinus fuit dives ... numquam vidi hominem beatum indecentius. PETRON. 57 tu enim beatior es et convivare melius soles (*ibid. iterum*). LAVS Pis. 110 quis tua ... limina pauper adit, quem non ... beatum excipit et subito iuvat indulgentia censu (*cf.* CLAVD. 1, 47). MART. 4, 21, 3 *Segius* se factum, dum negat hoc (*esse deos*) videt beatum. 4, 46, 4 Saturnalia divitem Sabellum fecerunt: merito tumet Sabellus, nec quemquam putat esse ... inter causidicos beatiorem. 8, 42, 1 si te sportula maior ad beatos non corruperit. 10, 82, 3 si non fias quadrante beatior uno. 10, 87, 10 certent muneribus beatiores. 10, 96, 5 illa placet tellus, in qua res parva beatum me facit et tenues luxuriantur opes. 12, 15, 8 (*opp.* pauperes). IVV. 1, 39 vetulae vesica beatae. 1, 67 qui se lautum atque beatum exiguis tabulis et gemma fecerit uda. GRAN. LIC. p. 36 Euergetes qui est ita dictus quia bea⟨tos⟩ egentes faciebat. APVL. apol. 20 *philosophi* iure meritoque dites et beati fuerunt (VVLG. II Macc. 7, 24 SALV. gub. 1, 2, 8). met. 5, 10 nec sunt enim beati, quorum divitias nemo novit. PS. CIC. in Sall. 19 repente tamquam somnio (somno HH^1, *corr.* h^1) beatus hortos pretiosissimos ... paraveris. PS. HIL. libell. 9 sit imo humilis: sit largus, ut beatior ex hoc iudicetur: si nec in isto saeculo nec in futuro sentiat egestatem. AVSON. 312, 2 plus est sollicitus magis beatus. CLAVD. 1, 47 (*opp.* inopes). HERM. Pal. sim. 2, 7 alter operatur oratione, in qua beatus est, et reddi facit mercedem a domino. EXC. barb. p. 238, 13 Frick Hermem terbeatissimum illum (*Faunum*) glorificabant.

2 *de rebus*: CATVLL. 61, 157 en tibi domus ut potens et beata viri tui (*cf.* OV. Pont. 4, 8, 35 templa domus facient vobis urbesque beatae. SEN. contr. 1, 1, 9 reliquit ... beatam domum, ut cum mendico viveret). HOR. carm. 1, 29, 1 Icci, beatis nunc Arabum invides gazis. PROP. 2, 20, 25 nec mihi muneribus nox ulla est empta beatis. OV. epist. 16, 221 fruar Iliacis opibus cultuque beato donaque promissis uberiora feram. MANIL. 4, 126 Aries ... naufragiumque inter subitum censusque beatos crescendo cadet et votis in damna feretur (*cf.* STAT. silv. 1, 2, 121). SEN. Herc. f. 166 hic nullo fine beatas componit opes gazis inhians et congesto pauper in auro. STAT. silv. 1, 5, 43 opes. 2, 4, 14 vacat ille beatus carcer et augusti nusquam convicia tecti (APVL. met. 5, 5). 2, 6, 67 qua tibi cumque beato larga redit Fortuna sinu. 4, 3, 85 et nunc limite me colis beato nec sordere sinis. 5, 1, 227 toro. MART. 9, 75, 6 beatas lautus extruit thermas. QVINT. decl. 298 p. 179, 19 circa beati fructus. 301 p. 186, 8 si cenulam diviti pauper fecisset, non illam beatam ..., non instructam ministeriis. IVV. 6, 204 cum lance beata. APVL. met. 5, 15 mirisque illis et beatis edulibus atque tuccetis oblectat *sorores.* 6, 20 nec sedile delicatum (dedicatum $F\varphi$) vel cibum beatum amplexa. 8, 23 annonae copiosae beata celebritas. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 36 invenit sordidissima ... post beatum incessum cultumque iactantem. OROS. hist. 7, 39, 11 o sanctum istud et salutare flumen, quod parva exortum domo, dum beato alveo in sanctorum sedes tendit (*in imagine*). MART. CAP. 2, 183 beatis ... mercibus. *de urbibus, insulis, terris*: CIC. nat. deor. 3, 81 Dionysius tyrannus fuit opulentissimae et beatissimae civitatis. CATVLL. 51, 15 otium et reges prius et beatas perdidit urbes. OV. Pont. 4, 8, 35 *v. supra l. 13.* SEN. contr. 1, 3, 4 in urbe tam beata. MART. CAP. 9, 999 ⟨be⟩ata urbs Elissae. HOR. carm. 3, 29, 11 omitte mirari beatae fumum et opes strepitusque Romae. LIV. 5, 7, 10 beatam urbem Romanam et invictam et aeternam. INSCR. numm. Cohen VI^2 p. 418 n. 97 *aetatis Constantis*: Roma. HOR. carm. 3, 26, 9 o quae beatam diva tenes Cyprum. PRIAP. 75, 8 tutela Rhodos est beata Solis. PLIN. nat. 5, 65 *Arabiam* odoriferam illam ac divitem et beatae cognomine inclutam. 12, 51 ni prius Arabiae divitias indicari conveniret causasque, quae cognomen illi felicis ac beatae dedere. 12, 82. SOL. 33, 4 hanc Arabiam Graeci Eudaemonem (*cf.* PLIN. nat. 6, 138), nostri Beatam nominaverunt. 21, 1 Galliae ... pleraeque (pleraque *LM*) consitae vitibus et arbustis, omnia (*codd.*, omni *Salmasius*) ad usum animantium fetu beatissimae (beatissima fetu *A*). PANEG. 7, 9 *v. p. 1920, 25.* MAR. VICTOR aleth. 3, 529 beatae regna Palaestinae. OV. epist. 15, 188 o quotiens dices 'quam pauper Achaia nostra est'. una domus quaevis urbis habebit opes. nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram: in qua tu nata es, terra beata mihist. STAT. silv. 2, 7, 24 felix heu nimis et beata tellus, ... quae Tritonide fertiles Athenas unctis, Baetica, provocas trapetis. PANEG. 11, 4 provinciae obsessae, expugnatae ... beatiores sunt his oppidis. *de aliis locis, regionibus*: HOR. epod. 16, 41 nos manet Oceanus circum vagus: arva beata petamus, arva divites et insulas (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 3, 495). OV. epist. 15, 175 Asiae, qua nulla beatior orast. MART. 3, 47, 6 omnes beati copias trahens ruris. 4, 64, 2 iugera ... hortis Hesperidum beatiora. 8, 40, 1 non horti neque palmitis beati sed rari nemoris, Priape, custos. STAT. silv. 1, 3, 15 quae forma beatis ante manus artemque locis. non largius usquam indulsit natura sibi. TAC. hist. 3, 66 nunc pecuniam et familiam et beatos Campaniae sinus promitti. APVL. met. 6, 35 casulae parvulae conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens et dives.

3 *translate*: VAL. MAX. 2, 6, 8 facundissimo ... sermone, qui ore eius quasi e beato quodam eloquentiae fonte manabat. 5, 10 ext. 2 Xenophon ... proximus a Platone felicis ac beatae facundiae gradus (*cf. I*). 8, 7, 3 *extr.* nec elegantiore nec beatiore facundia usurus. SEN. contr. 2 praef. 3 *Fabiano* nemo descripsit abundantius. numquam inopia verbi substitit, sed velocissimo ac facillimo cursu omnes res beata circumfluebat oratio. QVINT. inst. 10, 1, 61 lyricorum longe Pindarus princeps ... beatissima rerum verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine (*cf.* 5, 14, 31 *eloquentia* feratur ... non uti ieiuni fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut beatissimi amnes totis vallibus fluunt). TERT. test. anim. 5 mendicabat sermo ... cessantibus ... sine quibus etiam hodie beatior et locupletior et prudentior esse non potest. QVINT. inst. 11, 3, 40 ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis (*cf.* HIL. c. Const. 6 beata fidelique voce). TERT. orat. 1 brevitas ista ... magnae ac beatae interpretationis substantia fulta est. SEN. epist. 66, 1 ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cute latere. QVINT. inst. 10, 1, 109 immortalis ingenii beatissima ubertate (ubertas *B*). 10, 3, 22 non ... protinus audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora silvasque, quod illa caeli libertas locorumque amoenitas sublimem animum et beatiorem spiritum parent. BOETH. herm. sec. 2, 3 p. 79, 1 beatissimis ingenii fructibus. *cf.* PLIN. epist. 6, 32, 2 te porro animo beatissimum, modicum facultatibus scio (*v. I 1*). 7, 13, 2 aut es tu super omnes beatus, si talia per desidiam et otium perficis (*v. I 1*). *fortasse etiam* VINDIC. med. 8 *p. 1914, 35.*

structurae: *cum abl. saepissime inde a* CIC. *cum genet.*: PLIN. nat. 14, 7 beatum felicemque gratiae (*ad* felicem *potius pertinere videtur genet.*). in *aliqua re*: FRONTO p. 60, 19 N. in eo ego me beatissimum supra omnis homines arbitratus sum. VVLG. Iac. 1, 25 hic beatus in facto suo erit. AVG. civ. 8, 17 nondum enim sumus in illa perfectione sapientiae beati. HERM. Pal. sim. 2, 7 *v. p. 1918, 8.* de *aliqua re*: APVL. met. 11, 29 *v. p. 1911, 24.* AVG. serm. 113, 6, 6 fac nos beatos de te. nolumus de auro neque de argento nec de fundis. CLAVD. MAM. anim. p. 147, 19 cum non de caelo corporeo, sed de caeli domino sis beatus. ex *aliqua re*: CORP. XII 1553 beatus ex operebus. per *aliquid*: AVG. civ. 10, 6 per hoc ut beati simus. prae nobis: CIC. epist. 4, 4, 2. super omnes: PLIN. epist. 7, 13, 2. supra omnes homines: FRONTO p. 60, 20 N.

subst. **beātus,** -ī: *ad I 1*: CIC. Sest. 98 omnibus sanis et bonis et beatis. leg. 1, 46 ni ita esset, beati quoque opinione essent. part. 57 nihil est enim tam miserabile quam ex beato miser. fin. 2, 65 isti vestro beato M. Regulum anteponere. 4, 56 sapienti, hoc est summe beato. 5, 81 nemo beato beatior. Tusc. 5, 62 ut *gladius* impenderet illius beati cervicibus. 5, 85 hoc nomen beati longe et late patet (*cf.* HOR. carm. 4, 9). nat. deor. 1, 89 a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse. Att. 1, 14, 1 *prima contio Pompei* non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. epist. 6, 3, 3 mori autem nemo sapiens miserum dixit, ne beato quidem. OV. trist. 5, 6, 29 hoc est cum miseris solum commune beatis. SEN. dial. 12, 9, 3 beatum deflere invidia est. epist. 71, 28 beatus vero et virtutis exactae tunc se maxime amat. 85, 21. 92, 15 minus enim intervalli a beato ad beatissimum restat quam a misero ad beatum. an quae res tantum valet, ut ereptum calamitatibus inter beatos locet, non potest adicere, quod superest, ut beatissimum faciat? 92, 16. 92, 23 si non potest ... sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. 94, 73 ex constitutione vulgi beatos. APVL. Plat. 2, 8 *exemplum* unius divini ac tranquilli ac beati, alterius inreligiosi et inhumani ac merito intestabilis. AVG. lib. arb. 1, 15, 32 libertas nulla vera est nisi beatorum et legi aeternae adhaerentium. *al.* civ. 3, 17 victoriae illae non solida beatorum gaudia fuerunt, sed inania solacia miserorum et ... incitamenta minime quietorum. 19, 13 *miseri* non ... coniuncti beatis. facere: HOR. epist. 1, 6, 2. 47 SEN. epist. 74, 25. 76, 16. 79, 9. 81, 21. 85, 17. 18 (fieri). 92, 15 MART. 10, 96, 5 VLP. dig. 50, 16, 49 PORPH. Hor. carm. 4, 8, 29 AVG. civ. 10, 17. 20, 2. efficere: CIC. Tusc. 4, 38. 5, 17 SEN. epist. 76, 16. 85, 18 CLAVD. 21, 34. praestare: SEN. epist. 45, 10 (fortunatum beatumque). 92, 26. agere: SEN. epist. 66, 47. *cf.* PANEG. 12, 25 miseri vetabamur agere miseros, immo etiam cogebamur mentiri beatos. videri: APVL. Plat. 2, 23. esse: CIC. fin. 2, 86. 92. 5, 83 SEN. epist. 85, 18. 19 AVG. civ. 8, 6 (*bis*). *ad I 4*: LVCR. 5, 165 quid enim inmortalibus atque beatis gratia nostra queat largirier emolumenti? *ad I 5 a*: CIC. fin. 5, 53 veteres ... philosophi in beatorum insulis fingunt qualis futura sit vita sapientium. phil. frg. V 50 si nobis ... in beatorum insulis immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere licet (*cf.* PS. AMBR. mor. Brachm p. 1153[B] in qua [*insula Taprobane*] illi, quibus beatorum nomen est, ... vivere asseruntur). AVG. civ. 10, 30 in campos Elysios purgatas animas missas, quo nomine tamquam per fabulam videntur significari gaudia beatorum. 21, 27 cum Elysios campos poeta ille describeret, ubi putant habitare animas beatorum. MART. CAP. 2, 211 animae ... beatorum veterum, quae iam caeli templa meruerant, gressus Maiugenae sequebantur. CARM. epigr. 432, 4 Elysios campos habitans et prata ueatum. 578, 3 ista beatum. *ad I 5 b*: HIER. epist. 51, 7 omnis qui sanctificat semetipsum, inter beatos numerabitur. 100, 16 beatorum iuncti consortio. AVG. vera relig. 23, 44 damnationem peccatorum, exercitationem iustorum, perfectionem beatorum. civ. 20, 21. 22, 24 haec omnia miserorum sunt damnatorumque solacia, non praemia beatorum. 22, 25 de animi bonis, quibus post hanc vitam beatissimus perfruetur (APRING. in apoc. 22, 18—19 beatissimi huius testimonio). *al.* SACR. Leon. p. 309 oratio beatorum. SIDON. epist. 6, 9, 3 in beatorum patriam redire. APRING. in apoc. 3, 12. 19, 11—13. 20, 7. VEN. FORT. carm. 4, 26, 119 aeterna radiant paradisi in luce beati. CORP. III 9631 sede beatorum recipit te lacteus orbis. *ad I 6*: VICTRIC. 26 beatissimi (*audientes*). *ad II*: PROP. 2, 24, 49 noli nobilibus, noli conferre beatis. 2, 26 b, 25 dicit se odisse beatos. VITR. 1, 2, 9 beatis et delicatis. ELEG. in Maecen 2, 23 exemplum vixi te propter molle beati. STAT. silv. 1, 6, 37 et cum tot populos, beate (*Avantius, Hessius*, beata *codd.*; *cf. Vollmer p. 308*), pascas. ANTH. 443, 6 hoc animos tollit nempe, beate, tuos?

neutr. **beātum,** -ī *i. q. beatitas*: CIC. fin. 4, 7 quam *virtutis vim* tantam volunt esse, ut beatum per se efficere possit. 5, 84 in qua *virtute* sit ipsum beatum. Tusc. 5, 29 neque ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. 5, 45 ex bonis quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum. *ibid.* quo (*scil. honesto*) detracto quid poterit beatum intellegi? CLAVD. 17, 95 quo fine beatum dirigitur, quae norma boni, qui limes honesti. illud: SEN. epist. 66, 45. 74, 29 PLIN. paneg. 6. *plur.* **beāta,** -ōrum. SEN. dial. 9, 11, 6 securis et beata tantum spectantibus. STAT. silv. 1, 6, 37 *v. p. 1919, 80.* PAVL. NOL. epist. 13, 7 ad pacis aeterna beata. beatiora: MELA 2, 18 alii redituras putant animas obeuntium, alii etsi non redeunt, non exstingui tamen, sed ad beatiora transire (*cf.* SOL. 10, 2 non extingui, sed beatas magis fieri animas).

synonyma: *ad I*: felix (LYDIA 31 pater haedorum felix semperque beate. OV. Pont. 2, 8, 7. VAL. MAX. 2, 6, 12 felicior ac beatior finis. 5, 10 ext. 2 SEN. Phaedr. 436 PLIN. nat. 12, 51. 14, 7 STAT. silv. 2, 7, 24. MART. 10, 5, 8 vocet beatos, clamitetque felices. PLIN. epist. 1, 3, 2. 3, 7, 2. APVL. met. 2, 7 felix et tertius beatus [caelitus *Rohde*]. 4, 16 satis f. ac b. 5, 17 tu quidem felix et ipsa tanti mali ignorantia beata. 11, 16. 22 ARNOB. nat. 2, 41 PANEG. 5, 3. 7, 15 vere. HIL. in Matth. 16, 11 o beatum damnum et iactura felix. AVG. serm. 155, 12 beatam felicemque vitam. CANON. Migne 56, 835[B] CORP. VIII 8932. X 517), fortunatus (LYDIA 9 o fortunati nimium multumque beati *agri.* LIV. 24, 28, 3 nullius civitatis statum fortunatiorem ac beatiorem (*Salm.*, creatiorem *P*) fore. APVL. Plat. 2, 9 fortunatum et beatum statum facere civitatis. FRONTO p. 5, 8 N. PANEG. 7, 9 fortunata et omnibus terris beatior Britannia (RVT. NAM. 1, 168 fortunatus agam votoque beatior omni), florens (*v. p. 1909, 62—64*), suo contentus (ENN. ann. 245 Vahl.), nulla re indigens (APVL. Plat. 1, 5 deus. LACT. inst. 7, 5, 7 deo), prosper (SEN. Phaedr. 435), faustus, secundus. *ad II*: dives (APVL. apol. 21 VVLG. II Macc. 7, 24 SALV. gub. 1, 2, 8), locuples (CIC. off. 2, 69. *ad II 3*: TERT. test. anim. 5), opulentus (CIC. nat. deor. 3, 81).

alia coniuncta: *ad I*: laetus (CATVLL. 9, 11. SVET. Dom. 23 beatiorem post se laetioremque portendi reipublicae statum. OROS. hist. 4, 20, 8), sapiens (*v. p. 1909, 66—71*), immortalis aeternus sempiternus (CIC. fin. 2, 88 nat. deor. 1, 24. 45 (*ter*). 47. 49. 85. 86. 95 96. 104. 105. 106. 114. 3, 3 AVG. civ. 7, 1. 8, 16. 17. 9, 13. 14. 15. 10, 3. 31. 11, 11 c. Iul. 4, 3 *al.*; natura beata et aeterna: CIC. nat. deor. 1, 45. 49. 96. 3, 3; b. et inmortalis: CIC. nat. deor. 1, 45; b. et sempiterna: CIC. nat. deor. 1, 47. 105), bonus (CIC. Pis. 42 de orat. 3, 64 rep. 1, 32 leg. 1, 59 fin. 3, 76 Tusc. 1, 110. 4, 84. 5, 14. 25. 28. 35 AVG. ord. 2, 20 de duab. anim. 20 gen. ad litt. 8, 10 civ. 9, 7. 8 *al.*), potens (SEN. benef. 6, 30, 2. VVLG. I Tim. 6, 15 beatus et solus potens rex regum), salvus (*cf.* HIL. c. Const. 1, 1 beatus est qui usque in finem perseveraverit. VVLG. Matth. 10, 22 qui autem perseveraverit usque in finem, salvus erit. AVG. civ. 19, 4 [*bis*]. ALC. AVIT. c. Arr. 4 p. 3, 10 non solum salvos, sed et beatissimos), incolumis (CIC. inv. 1, 48 Mil. 93), quietus (CIC. leg. 2, 11 fin. 1, 71 nat. deor. 1, 33 TAC. dial. 36), perfectus (HIL. c. Const. 6 AVG. civ. 10, 3. 13, 18), sanctus (*v. I 5 et 6*), fortis (FLOR. epit. 2, 18, 16 CORP. XIV 2075), beatificus (APVL. Plat. 1, 5 *deus.* AVG. civ. 9, 15 *id. ibid.* non solum beatum, verum etiam beatificum bonum), *complura v. I 6.* *ad II*: potens (CIC. S. Rosc. 135 CATVLL. 61, 157 SEN. dial. 5, 37, 3), bonus (CATVLL. 37, 14), lautus (IVV. 1, 67), pulcher (CIC. Mur. 26), delicatus (VITR. 1, 2, 9 *cf.* APVL. met. 6, 20).

opposita: *ad I*: miser *passim*, infelix (APVL. met. 7, 2 AVG. serm. ed. Mai 24, 1), non beatus (AVG. civ. 8, 6), calamitosus (CIC. Lael. 46 SOL. 1, 48), adflictus (SEN. dial. 9, 5, 3), abiectus (PROCOP. Ps. Hier. epist. 150), perditus (PRVD. cath. 12, 206), infimus (AVG. in psalm. 4, 3), voluptatis expers (CIC. nat. deor. 1, 113), flendus (HIER. epist. 60, 17), laboriosus (AVG. c. Fel. 2, 11), pigens tristisque (APVL. met. 4, 33), infortunatus, aerumnosus, adversus, funestus, infaustus, improsper, inauspicatus, sinister. *ad II*: inops (CLAVD. 1, 47), egens (GRAN. LIC. p. 36), sordere (STAT. silv. 4, 3, 85), sordidissimus (PORPH. Hor. epist. 1, 18, 36), rarus (MART. 8, 40, 2), ieiunus (QVINT. inst. 5, 14, 31), pauper, egenus.

derivata: beatificator, beatifico, beatificus, beatitas, beatitudo, beatulus.

adv. **beātē** *inde a* CIC. *compar.*: CIC. rep. 1, 32 Brut. 320 fin. 4, 21 MELA 3, 37. 102 SEN. suas. 3, 5 SEN. epist. 92, 24 (*bis*) AVG. civ. 12, 21; *superl.*: CIC. fin. 5, 81 SEN. dial. 11, 9, 4 benef. 7, 3, 3 PS. LACT. inst. interpol. 7, 26, 13 AVG. civ. 2, 19 VINCENT. LER. 15, 21 APRING. in apoc. 21, 17.

I *i. q. feliciter*: **1** *vivere*: CIC. Brut. 320 *Hortensius* in omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipse putabat, remissius certe vivere. fin. 1, 54 quin ... beate ... vivere, nihil aliud sit nisi cum voluptate vivere. 1, 57. 61. 65. 2, 20. 86 (*ter*). 87. 89 in voluptate corporis ... situm est vivere beate. 2, 90. 3, 29 solum bonum esse, quod honestum sit, idque esse beate vivere. 3, 41. 50 quae nihil valerent ad beate misereve vivendum. 3, 61. 4, 32. 40. 47. 59 non esse in iis partem maximam positam beate aut secus vivendi. 5, 16. 72. 77. 79. 81 (*ter*) ac. 1, 33 Tusc. 2, 29. 5, 1. 5, 2 (*ter*). 12 (*bis*). 18. 19. 32. 33. 36 quae ad beate vivendum ferunt (*cf.* PLATO Menex. 247e πάντα τε —ρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα). 5, 40. 42. 48. 53 satis ... virtus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad fortiter vivendum potest; satis ergo etiam ad beate. 5, 71. 108. 114. 116 nat. deor. 1, 112 div. 2, 2 Lael. 15. 45 off. 1, 13 epist. 9, 24, 3 (*bis*) MELA 3, 37 SEN. dial. 7, 1, 1. 7, 8, 2 idem est ergo beate vivere et secundum naturam. 7, 16, 3. 11, 9, 4 Marcellum . . . quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viventem. 11, 10, 8 epist. 9, 13. 15 (*bis*). 16, 1. 18, 13. 85, 17. 92, 24 rectius vivat oportet, ut beatius vivat: si rectius non potest, ne beatius quidem (beatus *BA*). 117, 4 (*bis*) APVL. flor. 47. AMM. 14, 6, 7 beate perfecta ratione victuro. 19, 9, 11. 28, 4, 10 AVG. civ. 11, 25. 18, 41 de his rebus, quibus aut misere vivitur aut beate. 19, 25 *al.* *de vita post mortem*: AVG. civ. 2, 28 quam bene hic ad tempus vivere debeant, ut post hanc vitam beate semperque vivere mereantur. 7, 26 hisne dis selectis quisquam consecrandus est, ut post mortem vivat quisquam beate, quibus consecratus ante mortem honeste non potest vivere? *coniuncta*: *bene*: CIC. rep. 1, 32 et melius nos esse victuros et beatius. parad. 15 nihil est aliud bene et beate vivere nisi honeste et recte vivere. Brut. 4 vixitque tam diu quam licuit in civitate bene beateque vivere. Deiot. 67 fin. 1, 5. 14. 2, 23. 4, 21. 5, 88 Tusc. 3, 37. 4, 84. 5, 12. 19. 53 Cato 4 off. 1, 19. 2, 6 epist. 6, 1, 3 GELL. 12, 5, 7. 14, 3, 5 HIL. trin. 1, 3 AVG. civ. 11, 25. *fortunate*: CIC. Brut. 9 itaque ei mihi videntur fortunate beateque vixisse . . ., quibus cum auctoritate rerumque gestarum gloria tum etiam sapientiae laude perfrui licuit. AMM. 20, 8, 17 fortunate beateque vivendi viam. *honeste*: CIC. rep. 4, 3 ad illam civium beate et honeste vivendi societatem. leg. 2, 11 quibus illi (*populi*) adscitis susceptisque honeste beateque viverent. *sapienter*: AVG. civ. 11, 11 *angeli* etiam inluminati, ut sapienter beateque viverent. 12, 9 eiusque participatione sapienter beateque viverent. 13, 24 (*bis*). *recte*: AVG. civ. 18, 40 nihil momenti adferunt, quo recte beateque vivamus. *inmortaliter*: AVG. civ. 22, 27 corpora, in quibus beate atque inmortaliter viverent. 2 *cum aliis verbis coniunctum*: *esse*: CATVLL. 14, 10 non est mihi male, sed bene ac beate. 23, 15 quare non tibi sit bene ac beate? *degere*: SEN. dial. 9, 8, 5 si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare et de deorum inmortalium statu, an parum beate degant. epist. 48, 2 nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur. *tempus transigere*: AVG. civ. 12, 21 beatius tempora transigit anima misera. MELA 3, 102 Fortunatae insulae . . . nihil sollicitos alunt, beatius quam aliae urbes excultae. APVL. met. 8, 12 quiesce securus, beate somniare. CALL. dig. 50, 11, 2 bene beate habitari. PS. LACT. inst. interpol. 7, 26, 13 virtute ac felicitate praepollens immortalibus tuis gloriis beatissime frueris. AVG. civ. 2, 19 et terras vitae praesentis ornaret sua felicitate res publica, et vitae aeternae culmen beatissime regnatura conscenderet. CASSIOD. or. frg. p. 475, 18 o me beate superatum (*cf.* var. 11, 1, 19 feliciter fatentur esse superata). CORP. X 4629 beate obit. 3 *elliptice*: CIC. Tusc. 5, 53 ergo omnia profluenter, absolute, prospere, igitur beate. 4 *cum adiectivis coniunctum*: POMER. 1, 2, 1 vita beate sempiterna. 3, 1, 1 vita perpetue beata ac beate perpetua.

II *i. q. abundanter*: SEN. benef. 7, 3, 3 tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatissime fundit. nat. 4, 13, 4 hoc quod *natura* tam homini quam feris avibusque et inertissimis animalibus in usum large ac beate profudit. MART. 1, 103, 3 qualiter o vivam quam large quamque beate!

III *translate*: SEN. contr. 7 praef. 3 locum beate implebat. suas. 3, 5 at Vergilius haec quanto et simplicius et beatius dixit? MART. 2, 27, 3 effecte, graviter, cito, nequiter, euge, beate. VINCENT. LER. 15, 21 *Maria* verissime ac beatissime theotocos confitenda. APRING. in apoc. 21, 17 omnem plenitudinem sanctorum omnemque iustitiam . . . in dextera domini nostri Ihesu Christi contineri beatissime demonstratur.

synonyma: *ad I*: feliciter, fauste, fortunate, prospere. *ad II*: large, copiose, abundanter, abunde, cumulate, uberrime. *ad III*: apte, accomodate, convenienter, congruenter, decenter, apposite. *coniuncta v. supra.*

opposita: *ad I*: misere, infeliciter, improspere, calamitose, secus. *ad II*: parce, anguste. *ad III*: incommode, inepte, non apte. *Burger.*

2. beo *v.* boo.

Beodizum *mutatio in Thracia.* ITIN. Burdig. 570, 1 mutatio Beodizo. *cf.* Bedizum.

beodus (-um?) *i. q. mensa, got.* biuds. LEX Sal. 46 et hospites tres vel amplius ibidem collegisset et in beodum (*v. l.* beudo, beodo *al.*) pultis manducassent.

Beōn (Βηών) *rex pastorum Aegypt.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 80 regnavit alter . . . Beon nomine. *cf. Sethe, PW. III 571 s. v.* Bnon. *v.* Baon.

? Iovi **Beono** CORP. XIV 4177 (*Lanuvii*). *num recte descriptum sit cogn. Iovis editor dubitat.* *Ihm.*

Beōr, בְּעוֹר, Βεώρ. 1 *pater Bela regis Edom*: VVLG. gen. 36, 32. I par. 1, 43. HIER. nom. hebr. p. 3, 25 Beor (Bahor *FH*) in pelle. sit. et nom. p. 114, 31. 2 *pater Balaam prophetae*: VVLG. num. 22, 5. 24, 3. 15. 31, 8 deut. 23, 4 Ios. 13, 22 *al.* ITALA Ios. 13, 22 (Lugd.) Baeor. HIER. nom. hebr. p. 16, 21 Beor in pelle. in Mich. 6, 5 p. 504 ITIN. Silv. 12, 10 LIB. geneal. chron. I p. 173, 282. *Otto.*

Beorgor (-gus) *rex Alanorum* (*Seeck, PW. III 277*). MARCELL. chron. II p. 88, 464 Beorgor rex Halanorum a Ricimere rege occiditur. CASSIOD. chron. II p. 158, 1278 FAST. Vind. I chron. I p. 305, 593. IORD. Get. 236 Beorgum (*var.* Beurgum).

Beorretānus *v.* Bigerriones.

Beppolenus, -ī *dux Francorum.* GREG. TVR. Franc. 8, 31 Beppoleno duce. 8, 42 *et saepius* (*trad. formae* Byppolenus, Bippolenus, Bippolinus, Beppolinus). *Ihm.*

Bepsipon *v.* Baesippo. **ber** *v.* Beeri.

1. Bera *opp. Iudaeae,* בְּאֵרָה, Βαήρ (ϱαϱα *cod. Alex.*). VVLG. iud. 9, 21 abiit in Bera (Ephra *Amiatin.*, Berara *plerique codd.*). HIER. nom. hebr. p. 31, 24 Bera puteus. sit. et nom. p. 106, 21 distat autem vicus Bera ab Eleutheropoli octo milibus ad aquilonem.

2. Bera *nom. vir. hebr.*, בְּאֵרָא, Βεηρά. VVLG. I par. 7, 37. *cf.* Beera.

3. Bera *opp. ignotum.* CORP. VIII 3175 (*Lambaesi*) M. Licinius M. fil. Coll. Aquila Bera mil. leg. III Aug. *cf.* CORP. VIII p. 1741, *ubi ex Delamare sched. II p. 147 adfertur* Beria. *v.* Beria. *Otto.*

Berachundus *episcopus Ambianensis* CONC. Paris. a. 614 p. 192, 9.

Beralcha *nom. mul.* (?). VEN. FORT. vita Radeg. 2, 8 per Beralcham.

Beram *et* **Beramōth** *v.* Baalath *additam.*

[**Berancio**] *v.* Francio.

Berardus episcopus CONC. Cenom. a. 516/7 Mansi 8, 548[B].

berbactum *v.* vervactum. **berbascum** *v.* verbascum.

berbēcinus *v.* vervecinus. **berbēna** *v.* verbena.

berber *vox interpretationis incertae in* CARM. Arv. (carm. epigr. 1 Corp. I[2] n. 2), *ubi ter legitur formula* sta berber ('berber *vocativus videtur, cf.* βόϱβοϱος βεβϱός βάϱβαϱος'. *Bücheler*).

Berberēnsis *vicus.* GREG. TVR. vit. patr. 13, 1 ad vicum Berberensim, qui nunc Lipidiaco dicitur. *cf.* Berberis.

Berberis *fluvius Galliae, hodie* la Bèbre (*PW. III 278*). GREG. TVR. Mart. 1, 36 trans Berberem fluvium. *cf.* Berberensis.

berbēx *v.* vervex. **berbīna** *v.* verbena.

Berbis *v.* Berebis.

Berbucius, -a *nom. gent.* CORP. XIV 2440 (*in agro Albano*) ⟨. . .⟩ Berbuci⟨o . . .⟩o Berbuc⟨ia . . .⟩a . . . Ber⟨bucia . . .⟩sa.

? **Beroe** nomen Orfei GLOSS. V 271, 13 (Beroe nomen nymphae *Sonny, Archiv 12 [1902] 125; v. Götz, Thes. gloss. s. v.*).

Berceritānus *ethn. afric.* NOT. episc. Num. 1 Felix Berceritanus.

? **Bercilius** *nom. vir.* CORP. VI 28844[a] d. m. Bibius Bercilius Bibiae Simpliciae.

Bercium *v.* Berginium.

? **Bercius** *nom. gent.* CORP. II 1489 (*periit*) L. Bercius Aper.

Berconum *opp. in insula Lerina.* PLIN. nat. 3, 79 Berconi oppidi memoria (Bergoni *R*). *cf. PW. III 278.*

Bercorcatēs *gens Aquitaniae.* PLIN. nat. 4, 108. *Ihm.*

Bercos *nom. vir. hebr.*, בַּרְקוֹס, Βαϱκός *et* Βαϱκουέ. VVLG. I Esdr. 2, 53 II Esdr. 7, 55. *Otto.*

Bercteſredus (Bert-), -a *nom. germ.* INSCR. Bonn. Jahrbb. 105 p. 133 n. 8 (*saec. VII*) Berctefredus adoliscens. CORP. XII 2096 (*Viennae, christ.*) Bertefrida innox honesta decora blanda. CONC. Cabil. a. 639—654 p. 213, 31 Bertofredus *episc. Ambianensis.* *Ihm.*

Berdan, Βηϱδάν, *locus in Iudaea.* HIER. sit. et nom. p. 145, 3 villa nomine Berdan, quod latine dicitur puteus iudicii. *Otto.*

Berdanna *statio Mediae; cf. Weissbach, PW. III 278.* TAB. Peut. 12, 1. *Ihm.*

Berdes, -ae *nom. vir. barb.* CVRT. 8, 1, 7 Berdes, quem *Alexander* ad Scythas super Bosporum colentes miserat. 7, 6, 12 Berdam (*trad.* Penidam *et* Pendam) quendam misit ex amicis. *Otto.*

Berdrigae *gens orientis.* PLIN. nat. 6, 47. *Tomaschek, PW. III 278.* *Ihm.*

1. Berea, -ae *locus in Iudaea; cf. Benzinger, PW. III 279.* VVLG. I Macc. 9, 4 abierunt in Beream (Βεϱέαν). *Otto.*

2. Berea *v.* Beroea.

Berebis *statio (mansio) in Pannon. inf.; cf. Tomaschek, PW. III 279.* TAB. Peut. 6, 1 Berebis. ITIN. Anton. Aug. p. 130, 6 Vereis. ITIN. Burdig. p. 562, 10 mansio Vereis. RAVENN. p. 215, 6 Berevis (Boreius *B*, Borevis *vulg.*). *apud* PTOL. 2, 15, 4 Βϱϱβίς. *Ihm.*

Berecbal *nom. mul. semiticum,* ברכבעל; *cf.* Baricbal, Biricbal, Burucbal *sim.* CORP. VIII 16934 (*in prov. procos.*) Berecbal Barbari fil. 17293 Berecbal pia vixit . . . . .

Berechi (*dat.*) *nom. mul. semiticum; cf.* Birichi *et* Birici. CORP. VIII 15914 (*in prov. procos.*) Aemiliae Berechi.

Berect (Berict, Berregt) *nom. mul. semiticum,* ברכת; *cf.* Byrycth, Birict. CORP. VIII 8732 (= 20499, *in Maur. Sitif.*) Iulia Berect. 20510 Aconia Berect. 17737 (*in prov. Num.*) Iulia Berregt. 4924 (*in prov. procos.*) Berict Scini f(ilia). 16125 Berec⟨th⟩? 15774? Beret: CORP. VIII 17065 (*in prov. procos.*) Beret.

Berectīna *nom. mul. semiticum.* CORP. VIII 3680 (*in prov. Num.*) Glitia Berectina. 15805 (*in prov. procos.*) Corneli⟨a⟩ Berectina. 15972 Clodia Felicitas Berec⟨t⟩ina. 16125? 15774 Cornelia Berecth⟨ina?⟩. Berethina: CORP. VIII 15758 (*in prov. procos.*) Munatia Berethina. *Otto.*

Berecyntius, -a, -um, Βεϱεκύντιος, *ad populum Phrygiae* (Βεϱέ-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

κυντες, Βερεκύνται) pertinens; cf. Ruge, PW. III 279. FVLG. myth. 3, 5 Berecintiam montibus praeesse dixerunt quasi verniquintos; quintos enim Attica lingua flos nuncupatur. SERV. Aen. 9, 81 Berecyntia mater deum a monte Phrygiae Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus quotiens montem Deli Cynthum dicimus. *scriptura* -cint- *et* -cinth- (-cynth-) *saepius in codicibus* (NOT. Tir. 88, 61). *compendium* Berecint. CORP. IX 1538 (*a. 228*). *nota scripturas* Parachinthiae: CORP. IX 1540 *et* Paracentiae: CORP. IX 1539. 1541. 1542. *adde* GLOSS. *l. 11.* *speciatim de dea Cybele*: GLOSS. IV 406, 51 Berecinthia mater deorum (591, 55. V 271, 12 Berecentia). 600, 46 Berencia sive Berechintia mater deorum. VERG. Aen. 6, 784 qualis Berecyntia mater (*eadem clausula* STAT. Theb. 4, 782 CARM. c. pag. 73) invehitur curru Phrygias turrita per urbes. 9, 81 ipsa deum ... genetrix Berecyntia. OV. fast. 4, 355 Berecyntia. ARNOB. nat. 5, 13 glandibus atque ficis alebat Berecyntia religatam. FVLG. myth. 3, 5 *tit.* fabula Berecintiae et Attis (*ibid. saepius, cf. supra l. 1 et* MYTHOGR. 1, 230). AVG. civ. 2, 4 Caelesti virgini et Berecynthiae matri. GREG. TVR. glor. conf. 76 ferunt ... in hac urbe (*Augustoduni*) simulachrum fuisse Berecinthiae (*cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 401 sq.*). *eadem* Minerva Berecyntia *in titulis Beneventanis* CORP. IX 1538 (*a. 228*) Attini sacrum et Minervae Berecint(iae). 1539—1542 (*v. supra l. 8*). VERG. Aen. 9, 616 tympana vos buxusque vocat Berecyntia matris Idaeae. HOR. carm. 1, 18, 13 saeva tene cum Berecyntio cornu tympana. 3, 19, 18 cur Berecyntiae cessant flamina tibiae? (4, 1, 22 OV. fast. 4, 181 met. 11, 16). OV. met. 11, 106 Berecyntius heros (*i. Midas*). PERS. 1, 93 Berecyntius Attis (*cf.* SCHOL.). MART. 4, 43, 8 iuro per Syrios tibi tumores, iuro per Berecyntios furores. CLAVD. 20, 300 iuga (*cf. infra l. 33 sqq.*). PAVL. FEST. p. 269 ait ... Agathocles complures esse auctores, qui dicant Aenean sepultum in urbe Berecynthia proxime flumen Nolon. *cf.* SERV. *et* VIB. SEQ. *infra l. 38 sqq.* Berecyntius tractus *in Caria*; PLIN. nat. 5, 108. 16, 71. *cf. Bürchner, PW. III 279.* *fictum, ut videtur,* **Berecyntus** *nomen montis et castelli*: SERV. Aen. 9, 81 a monte Phrygiae Berecynto. VIB. SEQ. geogr. p. 155, 2 Berecyntus Phrygiae *mons. cf.* CLAVD. 20, 300 *supra l. 28.* SCHOL. Hor. carm. 1, 18, 13 in Berecynthio monte. FVLG. myth. 3, 5 Berecintiam dici voluerunt quasi montium dominam (MYTHOGR. 1, 230). *et supra l. 1 sqq.* SERV. Aen. 6, 784 Berecyntos (-us *pars codd.*) castellum est Phrygiae iuxta Sagarium fluvium, ubi mater deum colitur. SCHOL. Hor. carm. 3, 19, 18 Berecinthus urbs est Phrigiae. *cf.* VIB. SEQ. geogr. p. 151, 8 Sagaris Phrygiae ad castellum Berecyntium *et* PAVL. FEST. p. 269 *supra l. 29.* **Berecyntiacus** (-a, -um). PRVD. c. Symm. 2, 51 cur Berecyntiacus perdit truncata sacerdos inguina? **Berecyntiadēs**. OV. Ib. 508 venator ... Berecyntiades.

Bereda *v.* Voreda.

Beregisilus *cognatus Eufrasii presbyteri Arverni* GREG. TVR. Franc. 4, 35.

Beregranī *civitas Piceni.* PLIN. nat. 3, 111 intus Auximates, Beregrani *eqs.* *cf. Hülsen, PW. III 279.*

Berelis (*vel* Beleris), *acc.* -ida, *insula prope Sardiniam; cf. Hülsen, PW. III 280.* PLIN. nat. 3, 85 quidam haud procul ab ea (*Sardinia*) ... Berelida (*sic E*, Belerida *DR*) ponunt. *inde* MART. CAP. 6, 645 Leberidas (*sic codd.*).

Beremud *Amalus.* IORD. Get. 174. 175. 251. Berimud: IORD. Get. 81 (*bis*). Beretmodi: IORD. Get. 298. *cf. Seeck, PW. III 280.* *Ihm.*

Berenīcē, -ēs *f.*, *Βερενίκη, nom. mul., hinc* (*cf. p. 1924, 43 et* ISID. orig. 14, 5, 5) *nom. opp. al.* *orthographica* (Bereniceus *etc. v. suo loco*): Bernice (*Βερνίκη*): SCHOL. Iuv. 6, 156 (*et sic* IVV. *cod. P*) FRG. Bob. gramm. VII 543, 5 *v. p. 1924, 65* HIER. nom. hebr. p. 67, 27 *v. infra l. 78* VVLG. act. 25, 13 *al.* (*ut in gr.*). CORP. III 32 *v. p. 1924, 58.* Beronice (*Βερονίκη*; *Βερρονίκη?*): [IVV. 6, 156 *corr. cod. P* (*cf. l. 59*)] HEGES. (*cod. Cass.*) *passim* (*in codd.* IOS. *Βερνίκη scribi solet; cf. Niese in ind.*). *alia exempla v. infra. praeterea hic illic lectio partis codicum. in titulis*: *v. I 10 b et p. 1924, 61.* Beronce *in lapidibus*: *v. p. 1924, 30 et ibid. 35.* Bironice: INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 27 (*Viadana, reg. X*). Verenice, Veronice (*cf.* Veronica) *in titulis*: *v. infra.* *declinatio*: *genet.*: *in* -ces: VAL. MAX. 8, 15 ext. 4 (venetrices *codd.*) PLIN. nat. 2, 178 *al.* CORP. VI 13563? X 3132. IX 3083. III 14468. *in* -cis: IVV. 6, 156 *corr. P* SVET. Tit. 7 *pars codd.* PS. AVR. VICT. epit. 10, 4 HYG. astr. 2, 24 p. 67, 14 *codd.* (p. 67, 2 *pars codd.*) HEGES. 2, 8, 4 *et* 2, 10, 5 *cod. Cass.* *in* -cenis: CORP. IX 6226. *dat.*: *in* -cae: PLIN. nat. 37, 108 HEGES. 3, 3, 5 AVELL. p. 749, 7. *in* -ce: CORP. VI 10853. 33793. XIV 1378. IX 5368. XII 2806. *in* -ceni: CORP. VI 13932. 20395. X 2420. *acc. fere in* -cen (-cem SOL. 27, 54 *fere omnes*). *abl. in* -ce: PLIN. nat. 2, 183 *al.* *prosodia*: *in fine hexametri*: IVV. 6, 156 *cf. l. 59 et 62.* *Βερωνίκη v. p. 1924, 33.* *etymologiam fingit* HIER. nom. hebr. p. 67, 27: 'Bernice' eleganter vel electe conmota vel filius innocens. ex Syro Hebraeoque compositum.

I *mulieres*: **1** *filia, eadem soror et mater Olympionicarum*: VAL. MAX. 8, 15 ext. 4 PLIN. nat. 7, 133. **2** *uxor Ptolemaei Soteris, mater Philadelphi* (*Wilcken, PW. III 282, 42*): PLIN. nat. 37, 108 Berenicae reginae, quae fuit mater sequentis Ptolemaei. FRG. Bob. gramm. VII 543, 5 *v. infra l. 62* AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 41. **3** *filia Ptolemaei II Philadelphi* (*Wilcken, PW. III 283, 38*): VAL. MAX. 9, 10 ext. 1 IVST. 27, 1, 2. 27, 1, 3. 7. **4** *filia Magae, regis Cyrenaicae* (*Wilcken, PW. III 284, 6*): SOL. 27, 54 IVST. 26, 3, 2. 8 HYG. astr. 2, 24 p. 67, 11. 14? *ab hac nomen sideris* (*Βερενίκης πλόκαμοι; cf. Häbler, PW. III 289*): PLIN. nat. 2, 178 Berenices crinem. HYG. astr. 2, 24 p. 67, 2 SCHOL. Germ. Bas. p. 72, 20 MART. CAP. 6, 593. *hinc adi.* **Berenīcēus**, -a, -um, *Βερενίκειος*: CATVLL. 66, 8 e Bereniceo (ebore niceo *codd.*) vertice caesariem. **5** *Cleopatra* (*Wilcken, PW. III 286, 53*): EXC. barb. p. 280, 2 Frick Beronice Cleopatra. **6** *sponsa Attali*: IVST. 36, 4, 1. **7** *Salomes filia, Aristoboli uxor*: HEGES. 1, 42, 2 BEDA chron. III p. 281, 264. **8** *filia Agrippae I, regis Iudaeorum* (*Iulia Berenice; Wilcken, PW. III 287, 34*): ? QVINT. inst. 4, 1, 19 pro regina Berenice apud ipsam causam dixi. IVV. 6, 156. TAC. hist. 2, 2 desiderio Berenices reginae. *ibid.* a Berenice. 2, 81 SVET. Tit. 7 *bis* PS. AVR. VICT. epit. 10, 4. 7 HEGES. 2, 8, 4 *al.* VVLG. act. 25, 13. 23. 26, 30. **9** *adde*: TERT. anim. 57 ipsis vocabulis utar, quibus auctrix opinionum istarum magia sonat, Ostanes et Typhon et Dardanus. ... et Berenice. TERT. anim. 24 leo *mansuefactus* delicium fiet Berenices alicuius reginae. **10** *in lapidibus*: **a** *forma* Berenice: *cogn.*: CORP. I 1020 (= VI 10588) Iulia L. l. Berenice. 28689 Laberia (mulieris) l. & Berenice. XIV 4258 (*aet. Hadr.*) Tullia (*eadem* 4259 Beronice). IX 5368 Allienae T. f. Berenice. **b** Beronice: *cogn.*: CORP. VI 7771 (*descr.*) Aemilia. 10853 Aeliae. 13189 Papiria Veronice. 13932 Caeselliae. 15710 Claudia. 16491 ⟨...⟩eriae Bero⟨...⟩. 20395 Iuliae. 26264 (*descr.*) Septimia Beronice ... Ti. Claudio Beroniciano filio. 33793 ⟨...⟩e Beronice⟨...⟩. XIV 1378 Munatiae. 1652 Fannia. 4259 Tullia (4258 *v. l. 22*). IX 535 Antonia. 1755 Aureliae. X 3138 Vlpiae Beronices. XI 73 Livia. XII 878 Quintia. 2806 Valliae. III 2538 (*Salonis*) Sullia Beronce. 14468 (*Dac.*) Iuli(ae) Beronices. 1241 (*Dac.*) Iunia Beron⟨...⟩. INSCR. Ephem. epigr. VIII 200[a] (*ad Corp. II*) ⟨F⟩abia. IX 56 (*ad Corp. II*) Cae. Beronice. *nomen sing.*: CORP. VI 25434. IX 3229. 6226 (*Venusiae, Iud.*) *ταφος Βερωνικενις πρεσβιτερες* (*cf.* 6195 *ταφος Βερο⟨...⟩*). X 2420 (*Puteolis*). 7445 (*Sicil.*) Veronice. IV 2198. 2256 Beronce (*sic*). III 14368[11] (*Nor.*) Bero⟨...⟩. INSCR. Notiz. degli scavi 1893 p. 27 *v. p. 1923, 66.* CORP. VI 21970 ⟨...⟩nliae Ber⟨...⟩.

II *oppida*: **1** *Arabiae petraeae* (*Benzinger, PW. III 280, 53; cf. Sethe, PW. III 282, 2*): MELA 3, 80 Berenice inter Heroopoliticum et Strobilum, deinde ..., ultra Arsinoe et alia Berenice. **2** *in litore occidentali sinus Arabici* (*Sethe, PW. III 280, 64. 281, 59 et 64*): PLIN. nat. 2, 183 in Berenice, urbe Trogodytarum. 6, 103 Berenice oppidum (SOL. 54, 7). *ibid.* a Copto Berenicen. 6, 168 oppidum matris Philadelphi nomine. 6, 171. 37, 136. IVL. HON. cosmogr. A 44 Beronice oppidum. COSMOGR. 1, 44, 6 Beronice. ITIN. Anton. Aug. p. 171, 5. 173, 4 AVELL. p. 749, 7. 10. RAVENN. p. 58, 14 Berenice. p. 59, 7 *v. p. 1925, 3.* PLIN. nat. 6, 170 Berenicen alteram, quae Panchrysos cognominata est et tertiam, quae Epidires. mons Beronice: *cf. sub III.* *cf.* Bernitiae. **3** *in Cyrenaica* (*Sethe, PW. III 282, 11*): PLIN. nat. 5, 31 Berenice in Syrtis extimo cornu est (SOL. 27, 54). ITIN. Anton. Aug. p. 67, 1 EVTR. 6, 11, 2 AMM. 22, 16, 4. SERV. Aen. 4, 483 Berenice (-cis *FL*) civitas Libyae. MART. CAP. 6, 672 ISID. orig. 14, 5, 5. 15, 1, 36. HIER. vir. ill. 69 Ammonem, Beronices episcopum. PATR. Nic. 1, 16 Daches *episcopus* Beronices.

III *mons* (*Sethe, PW. III 281, 37; Ruggiero, diz. epigr. I 285[a]; cf.* INSCR. Röm. Mitteil. 12 p. 75 [*Coptus*] *ἐπάρχου ὄρους Βερεν(ί)κης*): IVL. HON. cosmogr. A 42 *inter Oceani meridiani montes*: mons Beronice. CORP. III 32 (*Thebis, a. 72*) L. Iunius Calvinus praef. montis Bernic(is). 55 (= CARM. epigr. 272) praefectus item Ber⟨...⟩. 13580 (*Copti*) praef. Beren. IX 3083 (*Sulmone*) praef. praesidiorum et montis Beronices. *cf. sub* Berenicis.

IV *gemma* (?): FRG. Bob. gramm. VII 543, 5 *ad Iuv. 6, 156*: Berenice (uenenyces *cod.*) nomen sororis est Ptolemaei, quam amavit et dedit ei optimum annulum cum gemma pretiosa. exinde pretiosae gemmae Bernices appellabantur. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 41. GLOSS. V 652, 44 Beronices lapis ... pretiosus, de quo calices reges habent.

V *equa*: INSCR. devot. Audollent 233, 13 ⟨B?⟩eronica.

Berenīcēus *v. supra l. 8.*

Berenīciānus (Beronicianus; Beronicius *v. suo loco*), -ī *nom. vir.* *vicarius Asiae a. 334*: COD. Theod. 8, 1, 4 (= COD. Iust. 12, 49, 1) Beronicianum (benoricianum *cod.*, veron- *codd. Iust.*). 8, 15, 2 Veronicianum. 11, 16, 6 (*a. 346*) Beronicianum *alius*: gest. in sen. 7 (Momms.) *a. 438* spectabilis viri Veroniciani. LIBERAT. 13 Beroniciano a secretis (*in altera synodo Ephesia, a. 451*). *in titulis*: Berenicianus: CORP. VI 13560. 29096. V 8865. XII 3163 C. Aemilió Bere⟨ni⟩ciáno Maximo cons. III 14147[2] (*a. 99*) Ti. Claudius Berenicianus. VIII 2582. 3685 *cf.* 2745. *Βερενεικιανός*: CORP. graec. add. 2264 m. 4229. Beronicianus: CORP. VI 13561. 13562 *bis* (= 31852). 13924. 26264 (*v. supra l. 26*). 34681. XIV 2828 C. Iuli Beroniciane. III 7398, 1, 6. *Βερονεικιανός*: CORP. graec. 2818. *Βερνεικιανός*: CORP. graec. 4477. *rhetor sub Hadriano*: PAPYR. Berol. 136, 5 (*cf. W. Schmid, PW. III 295*). *Βερνικιανός*: CORP. graec. 4583. 4594.

Berenīcis, -idos *f.* (*Βερενικίς*) *i. q.* Berenice. *urbs Cyrenaicae*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LVCAN. 9, 524 quidquid pulvere sicco separat ardentem tepida Berenicida Lepti. SIL. 3, 249 affuit undosa cretus Berenicide miles. TAB. Peut. 8, 4 Bernicide. *urbs Trogodytarum*: RAVENN. p. 59, 7 civitatem Berenecide (*sic B*, -nedice *A*). TAB. Peut. 9, 5 Pernicide portum. CORP. III 6627, 2, 13 (*Copti*) lacci aedificati ... Berenicide. *ibidem mons* (*cf. p. 1924, 55*): CORP. III 32929 (*descr.*) praef(ectus) montis Berenicidis. X 1129 praefecto Bernicidis. *cf. Sethe, PW. III 290.* *Hey.*

? **Bereno** Cicetius CORP. XIII 2836 (*in agro Haeduorum*) *nom. dei? v. adn. Hirschfeldi et PW. III 290.*

Berēnsis, -e *ethn. hisp.* CORP. II 5353 (*in conv. Hispalensi*) castello Berensi Limicus. *v. Hübner, PW. III 319 sub* Berum. *cf.* Beresis.

Beres *nom. vir. barb.* CORP. III 8734 (*Dalmat.*) Beres sagit(tarius) h. s. e.

Beres(is) *centuria.* CORP. II 1064 (*Arvae in Baetica*). *cf.* CONC. apud Lucum a. 569 Mansi 9, 815^C Berese. *cf.* Berensis.

Beret *v.* Berect. **Berethīna** *v.* Berectina.

Beretmod *v.* Beremud.

Beretrūdis *nom. mul. germ.* 1 *uxor Launebodis ducis*: GREG. TVR. Franc. 9, 35. VEN. FORT. carm. 2, 8, 25 coniuge cum propria Berethrude. 2 VEN. FORT. vita Germ. 33, 96 Beretrudis quaedam mulier Munsuinthi.

Beretum *v.* Veretum.

Berevis *v.* Berebis.

Bereum *castellum in Scythia minore; cf. Tomaschek, PW. III 290.* TAB. Peut. 8, 3 Bereo. ITIN. Anton. Aug. p. 225, 1 (Beroe *et* Biroe *codd.*). NOT. dign. or. 39, 5 = 15 Bireo. RAVENN. p. 179, 1 Biraeon. p. 186, 13 Bireon.

Berezeos *v.* Bezereos.

Bergae *opp. Italiae.* LIV. 30, 19, 10 ad Cn. Servilium consulem, qui in Bruttiis erat, Consentia, Aufugum, Bergae (Borge *H*, Verge *F*), Besidiae ... defecere. *cf.* Bergonius.

Bergaleī, -ōrum *gens Alpina in valle 'Pregaglia'.* EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 12 Bergaleos.

Bergam- *v.* Bergom-.

deo **Berganti** et n(uminibus) Aug(ustorum) INSCR. Ephem. epigr. VII p. 298 n. 920 (*in Britannia*). *cf. PW. III 291.*

Bergantinus *vir. ill., comes patrimonii.* CASSIOD. var. 8, 23. 9, 3 (*cf. indicem p. 489 s. v.*).

Berge *statio in Africa.* ITIN. Anton. Aug. p. 64, 1.

Bergentio *v.* Brigetio.

? **Bergi** *insula in mari septentrionali.* PLIN. nat. 4, 104 Scandias, Dumnam, Bergos. *cf. PW. III 291.*

Bergidum *opp. Hisp. Tarrac.; cf. Hübner, PW. III 291.* PTOL. 2, 6, 28 Βέργιδον Φλαούιον. ITIN. Anton. Aug. p. 425, 4 Bergido (p. 429, 2. 431, 1). RAVENN. p. 320, 10 Bergidon. CONC. apud Lucum a. 569 Mansi 9, 816^A Bergido. *eadem fort.* **Bergida**: FLOR. epit. 4, 12, 49 sub moenibus Bergidae (Belgicae *C*, Atticae *codd. Orosii 6, 21, 5*). *at cf.* Bergium, Bergistani. *incola* **Bergidof(laviēnsis)**. CORP. II 4248 (*Tarracone, a. 75*) C. Val. Arabino Flaviani f. Bergidof(laviensi).

Bergimus, -ī. 1 *deus celt.; cf.* Bergomum. CORP. V 4200 (*Brixiae*) Bergim(o) M. Nonius M. f. Fab. Senecianus v. s. 4021 (*ibid., a. 8 a. Chr.*) L. Vibius Visci l. Nymphodotus Bergimo votum. 4202 (*ibid.*) Brix⟨iae et⟩ Berg⟨imo⟩ sacr⟨um⟩. 4981 (*Arco*) Sex. Nigidius Fab. Primus aedil. Brix. decur. honore grat. d. d. ex postulation. pleb. aram Bergimo restit(uit). *cf. PW. III 291.* 2 CORP. XV 889 Bergimi (*in tegula scr. saec. fere II ex.*).

Bergine *opp. Gall. Narbon.* AVIEN. ora 700 gens hinc Nearchi Bergineque civitas. *cf. PW. III 291.*

Berginium *civitas Pannoniae.* RAVENN. p. 218, 14 Berginio. *eadem ut videtur* p. 217, 14 Bercio. *cf. Tomaschek, PW. III 291.*

Bergintrum *statio Gall. Narbon.; cf. PW. III 292.* TAB. Peut. 3, 3 Bergintrum. ITIN. Anton. Aug. p. 345, 5. 347, 8. *eadem ut videtur* Breniton RAVENN. p. 238, 15.

? **Bergio** *gens Scandiae* IORD. Get. 22 (*v. adn. Müllenhoffii p. 158*).

Bergistānī, -ōrum *pop. Hisp. Tarrac.; cf. Hübner, PW. III 292.* LIV. 34, 16, 9 Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt. 34, 17, 5 rebellione Bergistanorum. 34, 21, 6. *sing.*: LIV. 34, 21, 2 princeps Bergistanus. *cf.* 1. Bergium.

Bergium *nom. opp.* 1 *in Hisp. Tarracon.* LIV. 34, 21, 1 ad Bergium castrum. *cf.* Bergistani *et* PTOL. 2, 6, 67 Βέργιδον *urbs Ilergetum.* 2 *in Germania.* PTOL. 2, 11, 14 Βέργιον.

Bergomum, -ī *opp. (municipium) Galliae Cisalpinae, tribu Voturia, hodie* Bergamo; *cf. Hülsen, PW. III 292.* Bergame *l. 81,* Bergamo *l. 82,* Pergamum *l. 84,* Bergume, Bergumatis *p. 1926, 1 et 11.* PLIN. nat. 3, 124 Orumboviorum stirpis esse Comum atque Bergomum ... auctor est Cato. STRAB. 5, 213 Βέργομον. IVST. 20, 5, 8 Bergomum ... condiderunt *Galli.* PTOL. 3, 1, 27 Βέργομον *opp. Cenomanorum.* TAB. Peut. 4, 2. ITIN. Anton. Aug. p. 127, 10 Bergame civitas. ITIN. Burdig. p. 558, 5 civitas Bergamo (Verg- *cod. Paris.*). FAST. Vind. I chron. I p. 305, 593 Bergamo. CASSIOD. chron. II p. 158, 1278 apud Pergamum. RAVENN. p. 252, 11 Pergamum. PASS. Firm. 9 venerant a Bergume. *in titulis*: CORP. V 5126 flámini dívi Claudií Bergomi. *domus*: CORP. V suppl. ital. 1165 Bergomo. III 10881 Ber(gomo). XIII 5210 Bergomi. *incolae*: **Bergomātēs,** -ium. PLIN. nat. 3, 125 oppidum Orumboviorum Parra, unde Bergomates Cato dixit ortos. 34, 2 in Bergomatium agro. *compendia in titulis*: CORP. V 4368 (*saec. II*) curat(ori) rei p. Bergom(atium). 5128 m(unicipii) B(ergom-). 8921 cur. r(ei) p(ublicae) ... Berg(omatium). *adi.* **Bergomās,** -ātis, **Bergomātis,** -is. EVSEB. MED. Leo M. epist. 97 p. 950 Praestantius episcopus ecclesiae Bergomatis. CONC. Rom. a. 501 p. 434, 33 Laurentius episcopus ecclesiae Bergomatis. PASS. Firm. 1 vir quidam ... civis Bergumatis.

Bergonia *dea celt.; cf. PW. III 293.* CORP. XII 1061 (*prope Aptam, arula litt. malis*) Bergonie G. L. Calvo v. s. l. merito. *cf.* Berconum.

Bergonius *nom. gent.* CORP. IX 1644 (*Beneventi, periit*) C. Bergonius Q. f. *aedilis.* *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 74 et oppidum* Bergae.

Bergula (Βέργουλα) *opp. Bastetanorum Hisp. Tarrac.* PTOL. 2, 6, 60. *cf. Hübner, PW. III 293.*

Bergulē (Βεργούλη, Βεργούλιον) *opp. Thraciae; cf. Oberhummer, PW. III 293.* ITIN. Anton. Aug. p. 137, 6. 230, 5. 323, 2. ITIN. Burdig. 569, 6 mansio Virgolis. TAB. Peut. 8, 4 RAVENN. p. 184, 3.

? **Bergulla** *nom. mul. christ.* CORP. V 4121 (*Cremonae*).

Bergumātis, Bergume *v.* Bergomum.

Bergusia, -ae. 1 *opp. Allobrogum, hodie* Bourgoin; *cf. PW. III 293.* ITIN. Anton. Aug. p. 346, 8 Bergusia. TAB. Peut. 3, 1 Bergusium. RAVENN. p. 239, 7 Birgusia. 2 *opp. Ilergetum.* PTOL. 2, 6, 67 Βεργουσία. *huc referunt ethnicon* **Bergusitānus.** CORP. XII 4529 (*Narbone*) T. Vipongius Homullus Bergusitanus. *cf.* Bargusii.

Bergussa *nom. celt.* CORP. XIII 3285 (*Remis*) d. m. et m(emoriae) Bergusse vernacelli Catiani et pedesequi.

[**Bergyos**] *v.* Dercynos.

Severus **Berhaxsis** f(ilius) CORP. XIII 343 (*Aquit.*) *nom. iber.*

Berhtigisilus *v.* Bertegiselus.

Berhtmundus *episcopus Noviomagensis* CONC. Paris. a. 614 p. 192, 15.

Berhtulfus *episc. Wormatiensis* CONC. Paris. a. 614 p. 192, 16. *Ihm.*

Beri *nom. vir. hebr.*, בֵּרִי, Βαρίν (Βαρι). VVLG. I par. 7, 36.

Beri⟨...⟩ *nom. vir.* CORP. III 8672 (*in Dalmatia*) ⟨G⟩aius Beri⟨... A⟩urelius Maxi⟨m⟩us.

1. Beria *nom. vir. hebr.*, בְּרִיעָה, Βαριά (Βεριά). VVLG. gen. 46, 17 I par. 7, 23. ITALA gen. 46, 17 (Lugd. *et* Ottob.) Baria. HIER. nom. hebr. p. 3, 27 Beria (Baria *FH*) in clamore eius. *cf.* 2. Baria.

2. Beria *opp. ignotum.* CORP. V 947 Q. Vettidius Q. f. Cla. Beria mil. leg. VIII ... M. Petronius et M. Attius heredes. *cf.* Bera. *fortasse idem esse atque* Berua *putat Mommsen.*

3. Beria *v.* Beroea.

Beriānus *v.* Berius. **Beriarac** *v.* Veriaraca.

Berich (**Berig**) *indecl., rex Gothorum; cf. Seeck, PW. III 293.* IORD. Get. 25 Berig (Berg *O*). 26. 94 Berich (Berig, Berice, Berige *pars codd.*).

Bericio *nom. vir. barb.* CORP. III 12587 (*in Dacia*) P. A⟨e⟩l(ius) Bericio ... ⟨e⟩t ⟨P. A⟩el(ius) Zabdibol.

Bibāculus *cogn. gentis Furiae, a* bibaculus; *cf.* Bibulus. 1 LIV. 22, 49, 15 L. Furius Bibaculus *quaestor* (*a. 216 a. Chr.*). 2 VAL. MAX. 1, 1, 9 L. Furius Bibaculus *praetor.* 3 M. Furius Bibaculus *poeta*: HIER. chron. a. Abr. 1914 M. Furius poeta cognomento Bibaculus Cremonae nascitur. PLIN. nat. praef. 24 (*v. sub* bibaculus). QVINT. inst. 10, 1, 96 in Catullo, Bibaculo, Horatio. TAC. ann. 4, 34 carmina Bibaculi. SVET. gramm. 4 Furio Bibaculo. 9 versus Bibaculi. 11 (PROB. cath. gramm. IV 29, 12 SACERD. gramm. VI 480, 12). PORPH. Hor. sat. 2, 5, 41 CHAR. gramm. I 127, 12 DIOM. gramm. I 485, 17 DVB. NOM. gramm. V 573, 19 SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 41 Furius Vivaculus in pragmatia belli Gallici. 1, 10, 36 Viva⟨cu⟩lum quendam poetam Gallum. epod. 6, 1.

Bibae *locus in Africa; cf. Dessau, PW. III 390.* TAB. Peut. 5, 5 Bibae. RAVENN. p. 144, 4 Vivet (Vivae *editi*).

Bibaga *ins. Indiae; cf. Tomaschek, PW. III 390* Bibakta. PLIN. nat. 6, 80 Bibaga ostreis et conchyliis referta.

Bibalī, Biballī *gens et civitas Hispaniae Tarraconensis; cf. Hübner, PW. III 390.* CORP. II 2477 (*Aquis Flaviis, a. 79, periit*) civitates X: Aquiflavienses, ... Bibali. PLIN. nat. 3, 28 Bracarum XXIIII civitates ... ex quibus praeter ipsos Bracaros Biballi (*sic edd. vett.*, Viballi *sim. codd.*) ... nominentur. *cf.* PTOL. 2, 6, 42 Βιβαλῶν (-λλ- *unus cod.*): φόρος (*i. forum*) Βιβαλῶν. ? **Bibalus** *nom. vir.* CORP. II 2475 (*Aquis Flaviis, periit*) Biba⟨l⟩us *coni. Hübner.* *Otto.*

Biballī, Bibalus *v.* Bibali.

? **bibaria** (*fem. sing. an neutr. plur.?*). NOT. Tir. 104, 71 (*post* bibit, *ante* bibolus). NOT. Bern. (ed. Schmitz, Panstenographikon I 1874) p. 14[b] (*ante* bibit, bibulus). *an* viv-?

bibātor, -ōris *m. a* bibere. GLOSS. V 403, 4 bibulus bibator. 271, 28 bibulus bibator vel multum bibens. *i. q. bibitor.*

bibāx, -ācis *a* bibere. GLOSS. II 414, 48 πότης bibax (vivex *cod., corr. ae*) potax. 570, 11 bibax bibens. *compar. v. l. 56.* GELL. 3, 12, 1 bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis 'bibacem' et 'bibosum' dicit. 'bibacem' ego ut 'edacem' a plerisque aliis dictum lego. MACR. sat. 5, 21, 16 *Hercules* bibax fuisse perhibetur. LEO M. serm. 42, 4 nimietas edaces et bibaces dedecorat. SIDON. carm. 7, 94 Antonius. epist. 8, 3, 2 duae quaepiam Getides anus, quibus nil umquam litigiosius bibacius vomacius fuit. *synonyma*: *v. p. 1969, 33.* *deriv.*: bibaculus. *Münscher.*

Bibba *v.* Avitta.

Bibe *statio in Gallia Lugudunensi; cf. Ihm, PW. III 391.* TAB. Peut. 2, 4 Bibe. *Otto.*

biber, -is *f.* [*curtatum pro infinitivo* bibere. *Th.*]. *infin.* biber dare (*v.* bibo *p. 1959, 40 sqq.*) *iam Romanus apud* CHAR. gramm. I 124, 1 *substantivum videtur habuisse, recentiores declinaverunt*: GLOSS. V 412, 36 biberes potiones. BENED. reg. 35 accipiant super statutam annonam singulas (singulos *S*) biberes et panem. CAES. AREL. reg. mon. 22 in prandio binas biberes ... accipiant. *cf. Ducange s. v.* biberis. *Münscher.*

Biber *nom. barb.* CORP. XIII 4113 (*in Gall. Belg.*) *deae* Artioni Biber. *Otto.*

biberārius, -ī *m. a* bibere. *sc. qui potiones, biberes vendat* (?; *cf.* biber *supra l. 64*). SEN. epist. 56, 2 iam biberari (libarii *Rhodiginus*) varias exclamationes et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem sua quadam et insignita modulatione vendentis. *Münscher.*

Biberius *facete dictum pro* Tiberius. SVET. Tib. 42 in castris tiro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur *imp. Tiberius* (*inde* Ps. AVR. VICT. epit. 2, 2). *cf.* CORP. IV 3107? *Otto.*

bibēsia, -ae *f.* FEST. p. 214 perediam et bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, cum intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi. *cf.* PLAVT. Curc. 444 Perediam et Perbibesiam. *Münscher.*

Bibesia *fl. Hispaniae Tarracon.*; *cf. Hübner, PW. III 390 sub* Bibali. RAVENN. p. 321, 17 Bibesia. *Otto.*

Bibiēnsēs *v.* bivium.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bibilis, -e *a* bibere. GLOSS. II 414, 52 πότιμον bibile (vib- *trad.*). CAEL. AVR. acut. 2, 11, 81 cibum ... varium atque bibilem. 2, 12, 84 bibiles ... cibos.

bibinor *v.* bovinor.

bibio *verb. v.* bibo *p. 1959, 44, subst. v.* bibo *p. 1968, 11 vel* vipio.

Bibiscum (-on) *v.* Viviscus.

bibitio, -ōnis *f. a* bibere. *actio bibendi*: PS. AVG. serm. 294, 8 de qua bibitione non solum anima occiditur, sed etiam corpus debilitatur. 295, 7 ut ..., unde se vel per duos ... menses ... reficere potuit, quattuor aut quinque diebus dolenda aut erubescenda bibitione consumat. ORIGEN. in Matth. 18, 95 propter bibitionem eius (*sc. calicis*). EVCHER. hom. 9 Migne 50, 855^C qui se de choro psallentium ad comessationes inhonestas bibitionesque furtivas ... subducit. [*francog.* boisson. *M.-L.*]

bibitor, -ōris *m. a* bibere. GLOSS. potator (IV 402, 27 viv-). CORP. VIII 14420 bibitori bono. SIDON. epist. 1, 8, 1 quem (*sc. solem Romae*) utique perraro bibitor Araricus inspexerim (*cf.* bibo *I 1 b β p. 1964, 39 sqq.*). [*val.* bĕutor, *ital.* bevidore, *francog.* buveur, *hisp.* bebedor. *M.-L.*] *Münscher.*

Bibium *v.* bivium.

biblatteus, -a, -um *a* bi- *et* blatteus. EVGEN. TOLET. (Mon. Germ. auct. ant. XIV 1 p. 52) carm. 25, 19 non mihi nunc prosunt biblattea (*i. q.* δίβαφα) tegmina regni.

Biblii *v.* Giblii.

biblinus, -a, -um, βίβλινος. HIER. epist. 51, 1 epistulae biblinae. adv. Pelag. 2, 12. in Ier. 3 pr. *diabolus* mittit in universum orbem epistulas biblinas, prius auriferas, nunc maledicas. in Is. 18, 1 *sqq.* p. 284.

bibliographus, -ī *m.*, βιβλιογράφος. GLOSS. III 490, 57 bibliographus librorum scriptor (511, 23). 511, 49 bibliographus scripturis (scriptorius? *Götz*). *cf.* librarius.

bibliopōla (bybl-), -ae *m.*, βιβλιοπώλης. *cf. Dziatzko, PW. III 981 sqq.* bybl-: CORP. *l. 50, et sic trad. apud* SIDON. SVET. frg. p. 134, 18 librarios ante bibliopolas dictos (ISID. orig. 6, 14, 1. *cf.* SCHOL. Hor. ars 354 bibliopolas *librarios* veteres dicebant; hoc et Tranquillus. GLOSS. V 172, 24). GLOSS. III 511, 53 bibliopola qui codices vendit, *sic passim* (IV 313, 51 *et* 592, 6 venundat. V 403, 3 qui biblos vendit. SCHOL. Hor. epist. 1, 20, 2 bibliopolae ... i. venditores librorum). III 511, 8 bibliopolus librarius (IV 601, 4 bibliopalas). MART. 4, 72, 2 nostros ... libellos ... habet bibliopola Tryphon (13, 3, 4). 14, 194, 2 qui me vendit bibliopola putat *me esse poetam.* PLIN. epist. 1, 2, 6 nisi tamen auribus nostris bibliopolae blandiuntur. 9, 11, 2 bibliopolas Luguduni esse non putabam. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 71 negat se libellos suos edere bibliopolis, qui vel tabernas habeant vel armaria apud pilas (SCHOL. *ad eundem l.*). epist. 1, 20, 2 Sosii illo tempore fratres erant bibliopolae celeberrimi (ars 345 *cf.* SCHOL. Hor. *ad eosdem l.*). ANTH. 764, 11. SIDON. epist. 2, 8, 2 mercennarius bybliopola. 2, 9, 4 armaria extructa bybliopolarum. 5, 15, 1 bybliopolam nostrum. 9, 7, 1 scribam tuum sive bybliopolam. NOT. Tir. 114, 44. CORP. VI 9218 Sex. Peducaeus Dionysius bybliopola (*inde ficta* 3005*. *aliae falsae* 1507*. 3413*).

bibliothēca *vel* **bybliothēca,** -ae *f.*, βιβλιοθήκη. ISID. orig. 6, 3, 1 bibliotheca a Graeco nomen accepit, ab eo quod ibi recondantur libri. nam βιβλίων librorum, θήκη repositio interpretatur (*sim.* 15, 5, 5 *cf.* 18, 9, 3). GLOSS. II 257, 36 βιβλιοθήκη bibliotheca. IV 25, 26 bibliotheca librorum repositio (*cf.* 601, 3. V 402, 59). V 412, 34 reconditorium librorum. III 511, 9 librorum reconditio. IV 313, 52 ubi libri conduntur (592, 7 *cf.* 488, 35). 211, 29 ubi libri reconduntur. 586, 2 ubi omnes codices vel libri reconduntur. 407, 14 ubi omnium auctorum scripta rediguntur (595, 26). V 271, 20 ubi libri custodiuntur. *scriptura* bybli- *in titulis bonae aetatis frequentior est (v. testim. infra), item saepe (aeque ut* bibly-*) in codicibus traditur (cf.* CIC. epist. 7, 23, 2. 9, 4, 1 VITR. 6, 8, 2. 7 praef. 4 *et* 5 *cod. H.* 6, 10, 3 *cod. G* SEN. dial. APVL. TERT. anim. 1 AMM. SIDON. *plerisque locis, al.), ubi tamen praevalet* bibli-, *sicut est etiam in titulis*: CORP. VI 2348 (*saec. I*). 5190 (*saec. I*). III 431 (*aet. Hadr.*). VI 2132 (*saec. III*). *incerta lectio*: CORP. V 7376 (*Dertonae, a. 732/22*). X 4760 (*a. 193*). 7580 (*saec. II, trad.* birlo-). VI 5191. *nota*: bubliothece: CORP. VI 2349 = 5192. bibyliotece: CORP. VI 4432. *praeterea terminatio graeca est*: CORP. VI 2347 (= 4431) a bybliothece (5188. 5189). 8743 bybliothéce. CIC. epist. 13, 77, 3 bibliothecen (*at* -am *cod. Harleianus*). *compendia in titulis*: by.: CORP. X 6638 C I 12; byb.: CORP. X 6638 C II 22; bybl.: CORP. X 6638 C III 3 (*litteratura Claudiana*). X 1739; byblio.: CORP. VI 4420; bybliot.: CORP. VI 4434. 5189 *et pleniora saepius.* h *omissa*: CORP. VI 4432. 5190. *tituli falsi*: CORP. VI 859*. 882*. 895*. 925*. 963*. 3047*. *legitur inde a* CIC. *et* VARRONE, *qui de bibliothecis libros tres scripsit* (CHAR. gramm. I 87, 24. 131, 23. 146, 32 HIER. epist. 33 *apud Ritschl, opusc. III p. 424. 526*). *cf. Ihm, Centralblatt f. Bibliothekswesen X (1893) p. 513 sqq.; Dziatzko, PW. III 405 sqq.; O. Hirschfeld, Die kais. Verwaltungsb. (1905) p. 298 sqq.*

PAVL. FEST. p. 34 bibliothecae et apud Graecos et apud nos tam librorum magnus per se numerus quam locus ipse, in quo libri conlocati sunt, appellatur. *cf.* GLOSS. *supra.* CIC. de orat. 1, 195 bibliothecas ... omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus ... superare (*cf.* 1, 245). top. 1 cum mecum in Tusculano esses et in bibliotheca separatim uterque nostrum ad suum studium libellos quos vellet evolveret. div. 2, 8 in bibliotheca, quae in Lycio est, adsedimus (*cf.* fin. 3, 7 Catonem ... vidi in bibliotheca sedentem. epist. 7, 28, 2 abdo me in bibliothecam). Tusc. 2, 6 ne bibliothecis quidem Graecis egebimus. fin. 3, 7 cum ... vellem ... e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti. ad Q. fr. 3, 4, 5 de bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis valde velim ista confici. Att. 1, 7 quem ad modum bibliothecam nobis conficere possis (*cf.* HIER. epist. 22, 30). 1, 10, 4 bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas. 4, 4 b, 1 in librorum meorum bibliotheca (*cf.* VVLG. I Esdr. 6, 1). 4, 5, 3 bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione (constrictione *Hertzberg*) et sittybis. 4, 10, 1 hic pascor bibliotheca Fausti. epist. 7, 23, 2 sed tamen erat aptum bybliothecae studiisque nostris congruens. 9, 4, 1 si hortum in bybliotheca habes. 13, 77, 3 servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit. VITR. 6, 7, 1 cubicula et bibliothecae ad orientem spectare debent, usus enim matutinum postulat lumen, item in bibliothecis libri non putrescent (*cf.* 1, 2, 7. 6, 10, 3). 6, 8, 2 nobilibus ... qui honores magistratusque gerundo praestare debent officia civibus, faciunda sunt vestibula regalia alta, atria ... praeterea bibliothecae pinacothecae basilicae. SEN. dial. 9, 9, 4 quo innumerabiles libros et bybliothecas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit? 9, 9, 7 inter balnearia et thermas bybliotheca quoque ut necessarium domus ornamentum expolitur. PETRON. 48 II (tres *codd.*) bybliothecas habeo, unam Graecam, alteram Latinam (*cf.* SIDON. epist. 4, 11, 6 v. 4 triplex bybliotheca *Claudiani*, Romana, Attica, Christiana). PROB. vita Pers. p. 59, 13 libros circa septingentos Chrysippi sive bybliothecam suam omnem. PLIN. nat. 7, 89. 18, 22 cum regulis Africae bibliothecas donaret *senatus.* MART. 7, 17, 1. 12 Iuli bibliotheca Martialis. 12 praef. illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, convictus. 14, 190, 2 quem (*Livium*) mea non totum bibliotheca capit. QVINT. inst. 10, 1, 57. 104 sunt et alii scriptores boni, sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus. 11, 3, 4. TAC. dial. 21 fecerunt enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt. 37 haec vetera, quae ... in antiquariorum bibliothecis adhuc manent. PLIN. epist. 2, 17, 8 parieti ... in bibliothecae speciem armarium insertum est, quod non legendos libros sed lectitandos capit. SVET. frg. p. 132, 14 (Isid. orig. 6, 11, 2) cum peritiores architecti neque aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent. VLP. dig. 18, 1, 50 si mihi bibliothecam ... vendideris. 30, 41, 9 in bibliothecis parietibus inhaerentibus. 32, 52, 3 libris ... legatis bibliothecas non contineri Sabinus scribit. 32, 52, 7 si bibliothecam legaverit, utrum armarium solum vel armaria contineantur quaeritur (*ibid. saepius*). 33, 7, 12, 34 instructo ... fundo et bibliothecam et libros, qui illic erant, ... contineri constat (*sim.* PAVL. sent. 3, 6, 51). GELL. 3, 10, 17 direptis bibliothecis *Varronis.* APVL. apol. 41. 55 in bybliotheca Pontiani. TERT. anim. 1 quae scholis formata, bybliothecis exercitata, academiis et porticibus Atticis pasta sapientiam ructas. ANTH. 126 *tit.* de bibliotheca in tricilinium mutata. CAPITOL. Gord. 18, 3 tantae bibliothecae copia et splendore *Sammonici.* ARNOB. nat. 1, 64 *scriptores* bybliothecarum reponitis in arcanis. AVSON. 44, 1 emptis quod libris tibi bibliotheca referta est (*cf.* OPTAT. 7, 1 p. 165, 12). DON. vita Verg. p. 66 eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat quam sibi. HIER. epist. 22, 30 bibliotheca, quam mihi Romae summo studio ac labore confeceram, carere omnino non poteram (*cf.* CIC. Att. 1, 7). 61, 2 tibi soli licet ... quasi censoria virgula alios eicere de bibliothecis, alios recipere (*cf.* RVFIN. apol. 2, 30). vir. ill. 113 bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus. VVLG. I Esdr. 5, 17 in bibliotheca regis (III Esdr. 6, 21 in regalibus bibliothecis). II Macc. 2, 13 ut construens bibliothecam congregavit de regionibus libros (*cf.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 174^A si bibliothecam congregas). AVG. de haer. 88 opusculum *Hieronymi* nec in nostra bibliotheca invenire potuimus, nec unde possit accipi scimus. epist. 232, 7. c. Cresc. 3, 29, 33 posteaquam perventum est in bibliothecam, inventa sunt ibi armaria inania (4, 5, 66). MACR. sat. 1, 6, 1 quibus (*hominibus*) in bibliothecam receptis. SIDON. epist. 3, 7, 1 vel bybliothecarum medius vel togarum. 8, 11, 2 multiplicis bybliothecae *Lupuli.* carm. 24, 92 paterna. HIST. Apoll. rec. B 51 unum *volumen* Dianae in templo Ephesiorum, aliud in bibliotheca sua exposuit. SCHOL. Hor. carm. 1, 29, 1 Iccius Panaeti ... bibliothecam emerat. *notanda*: HIER. epist. 70, 3 quomodo vir Hebraeus et ab infantia sacris litteris eruditus cunctam Graecorum bibliothecam evolverit. MACR. sat. 6, 1, 3 quantum se mutuo compilarint bibliothecae veteris auctores. 6, 9, 9 saeculum nostrum ab Ennio et omni bibliotheca vetere descivit. HIER. epist. 34, 1 cum Demetrium Phalereum et Pisistratum in sacrae bibliothecae studio vellet aequare *Pamphilus.* 5, 2 multis sacrae bibliothecae codicibus abundamus. 112, 19 quod si feceris, omnes ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris (*cf.* 49, 3). vir. ill. 75 tanto bibliothecae divinae amore flagravit *Pamphilus* (81 *cf.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 174^B). LIB. geneal. chron. I p. 160, 1^a incipiunt genealogiae totius bibliothecae ex omnibus libris collectae veteris novique testamenti. SIDON. epist. 7, 9, 1 bybliotheca fidei catholicae. SEDVL. epist. 1 p. 8, 11 Hieronymi, caelestis bibliothecae cultoris. ALC. AVIT.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. Eutych. 1 p. 20, 9 bibliothecae utriusque (*veteris novique testamenti*). Isid. orig. 6, 3, 2 bibliothecam veteris testamenti Esdras scriba ... reparavit. Evgen. Tol. carm. 8, 1. Hier. in Dan. 11, 36 p. 718 Polybius et Diodorus, qui bibliothecarum scribunt historias (*cf.* Plin. nat. praef. 25 *Diodorus βιβλιοθήκης* historiam suam inscripsit). Petr. Chrys. serm. 58 p. 361^B committi non potest caducis et corruptibilibus instrumentis aeternum et caeleste secretum, sed in ipsa arca animae, in ipsa bibliotheca interni spiritus est locandum. *cf.* Hier. epist. 60, 10 lectione ... assidua et meditatione diuturna pectus suum bibliothecam fecerat Christi. Rvfin. Orig. in gen. 2, 6 p. 173^C intra cor suum arcam salutis aedificat et bibliothecam, ut ita dicam, intra se divini conserat verbi (*cf.* p. 173^D). Cassiod. inst. div. 5 p. 1116^B tantos libros in memoriae suae bibliotheca condiderat. Bachiar. repar. laps. 18 p. 1056^A veniat Esdras, bibliotheca legis et memoria lectionis. *cf.* Gild. Brit. 60 chron. III p. 59, 6 quid ... Esdras propheta ille bibliotheca legis minatus sit.

bibliothecae publicae: *additur* publica: Scrib. Larg. 97 bibliothecis publicis posita *compositio*. Apvl. apol. 91 (*in Africa*). Hier. vir. ill. 13 qui (*libri Iosephi*) bibliothecae publicae traditi sunt (*cf.* Rvfin. hist. 2, 18, 8. 3, 9, 2). Schol. Hor. sat. 1, 4, 21 huius imagines et libros heredipetae in bibliothecas publicas referebant. Svet. frg. p. 130, 1 (Isid. orig. 6, 3) apud Graecos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes incensis Athenis evexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam rettulit. hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina. dehinc Magnus Alexander vel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolemaeus cognomento Philadelphus; nam septuaginta milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt. Gell. 7, 17 *tit.* quantus ... numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum. Tert. apol. 18 cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, aemularetur (Isid. orig. 6, 3, 5 *cf.* Hier. epist. 34, 1). Vitr. 7 praef. 4 reges Attalici ... cum egregiam bibliothecam (by- *H*) Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolemaeus ... non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare (7 praef. 5 eos qui supra bibliothecam fuerunt. 7 praef. 7 Aristophanen ... supra bibliothecam constituit). Plin. nat. 13, 70 aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis (*cf.* 35, 10). Tert. apol. 18 hodie apud Serapeum Ptolemaei bibliothecae cum ipsis hebraicis litteris exhibentur. Amm. 22, 16, 13 *in Serapeo* bybliothecae fuerunt inaestimabiles. Hier. chron. a. Abr. 1736 (Prosp. chron. I p. 399, 243) Alexandrina. in Dan. 11, 5 p 704 cuius (*Ptolemaei*) bibliothecae praefuit Demetrius Phalereus. Rvfin. hist. 5, 8, 11 bibliothecae ..., quam apud Alexandriam ex omnium veterum Graecorum voluminibus construebat. Avg. civ. 15, 13 de bibliotheca Ptolemaei (*ibid. iterum; cf.* 18, 42). Oros. hist. 6, 15, 32 Isid. orig. 6, 3, 5. *in urbe Roma*: Svet. frg. p. 130, 10 *sqq.* (Isid. orig. 6, 5, 1) Romam primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus Perse Macedonum rege devicto; deinde Lucullus e Pontica praeda (*cf.* Cic. fin. 3, 7 *sq.*). post hos Caesar dedit Marco Varroni negotium quam maximae bibliothecae construendae. Iul. 44 bibliothecas Graecas Latinasque quas maximas posset publicare, data Marco Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Svet. frg. p. 130, 14 (Isid. orig. 6, 5, 2) primum ... Romae bibliothecas publicavit Pollio, Graecas simul atque Latinas additis auctorum imaginibus in atrio (*sc. Libertatis*), quod de manubiis magnificentissimum instruxerat. Plin. nat. 7, 115 M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est. 35, 9 novicium inventum, si quidem non ex auro argentove, a[u]t certe ex aere in bibliothecis dicantur illis, quorum inmortales animae in locis iisdem locuntur, quin immo etiam quae non sunt finguntur, pariuntque desideria non traditos vultus, sicut in Homero evenit. 35, 10 Asini Pollionis hoc Romae inventum, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. an priores coeperint Alexandreae et Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim (*de hoc usu cf. praeterea* Mart. 9 praef. *Stertinius Avitus* imaginem meam ponere in bibliotheca sua voluit. Plin. epist. 4, 28, 1. 10, 81, 7 Svet. Tib. 70 Cal. 34 Vopisc. Car. 11, 3 Sidon. epist. 9, 16, 3 v. 28 Schol. Hor. sat. 1, 4, 21 *cum gl.* p. 389. Corp. XI 2704^b bybliothecam *cum* libris et statuis ... dedit). Svet. Aug. 29 *Augustus ad templum Apollinis* addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque (*cf.* Ov. trist. 3, 1, 60 *sqq.* Cass. Dio 53, 1). Iul. 56 cui (*Pompeio Macro*) ordinandas bibliothecas delegaverat *Augustus*. gramm. 20 *Hyginus* praefuit Palatinae bibliothecae. Avr. Fronto p. 68, 14 N. de Apollonis bibliotheca has (*Catonis*) mihi orationes adporta. Porph. Hor. epist. 1, 3, 15 solebat libros in bibliothecam Apollinis receptos excerpere. 2, 1, 214 ut diligentius aestimet *Augustus* poetas dignos bibliotheca, quam in templo Apollinis faciat. Schol. Iuv. 1, 128 bibliothecam iuris civilis et liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicavit Augustus. Schol. Hor. sat. 1, 4, 21 p. 389 in bibliotheca Apollinis (*cf.* epist. 1, 3, 17). *in titulis saec. I*: Corp. VI 5188 ab bybliothece Graeca templi Apollinis. 5189 a bybliothece Latina Apollinis (*ibid. iterum*; 5191. 5884). Svet. gramm. 21 quo (*Augusto*) delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit *Melissus*. *cf.* Aug. 29 Plvt. Marcell. 23 Cass. Dio 49, 43. 66, 24. Svet. Dom. 20 quamquam bibliothecas incendio absumptas (*sub Tito*) impensissime reparare curasset exemplaribus undique petitis, missisque Alexandream qui describerent emendarentque. *in titulis*: Corp. VI 2347 (= 4431) a bybliothece Latina porticus Octaviae vilicus. 2348 public. de porticu Octaviae a bibliotheca Graeca. 2349 (= 5192) *publicus* a bubliothece porticus Octaviae. 4433 ⟨publ. de⟩ porticu Octav. ⟨a by⟩bliothe. Graec. (*cf.* 4434). 4435 vilic(us) a bybliotheca Octaviae Latin(a). Plin. nat. 34, 43 videmus ... Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti (*cf.* 7, 210, *ubi* in bibliotheca *del. Mayh.*). Svet. Tib. 74 ut in bibliotheca templi novi poneretur *Apollo Temenites* (*cf.* 47 Cal. 21 Mart. 12, 3, 7 *sq.*). Gell. 13, 20, 1 cum in domus Tiberianae bibliotheca sederemus. Vopisc. Prob. 2, 1 usus ... sum ... libris ... ex domo Tiberiana. *cf.* bibliothecarius. Gell. 16, 8, 2 commentarium de proloquiis L. Aeli ... studiose quaesivimus eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus. *cf.* 5, 21, 10 in templo Pacis. Treb. trig. tyr. 31, 10. Gell. 11, 7, 1 in bibliotheca templi Traiani. Vopisc. Tac. 8, 1 habet in bibliotheca Vlpia in armario sexto librum elephantinum. Aurelian. 1, 7 ut tibi ex Vlpia bibliotheca et libri lintei proferantur (1, 10. 8, 1). 24, 7 haec ego ... in Vlpiae bibliothecae libris relegi. Prob. 2, 1 usus sum ... praecipue libris ex bibliotheca Vlpia, aetate mea thermis Diocletianis. Car. 11, 3 ut illi statua non quasi Caesari sed quasi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Vlpia. Sidon. epist. 9, 16, 3 v. 28 cum meis poni statuam perennem Nerva Traianus titulis videret inter auctores utriusque fixam bybliothecae. Hier. chron. a. Abr. 2204 in Capitolium fulmina effusa sunt et magna incendia bibliothecas ... concremarunt (*sub Commodo*). *eandem tangit* Oros. hist. 7, 16, 3. *adde praeter alia*: Vopisc. Tac. 10, 3 Cornelium Tacitum ... in omnibus bibliothecis conlocari iussit. Reg. urb. p. 21, 8 bibliothecae n. XXVIIII (Cvrios. urb. reg. p. 20, 6 bibliothecae XXVIII). Amm. 14, 6, 18 bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis. Greg. M. epist. 8, 28 in Romanae urbis bibliothecis. *extra Romam*: Corp. V 7376 (*Dertonae, a. 732/22, titulus non magnae fidei*). XI 2704^b (*Volsiniis, litt. magnis pulchrisque*) bybliothecam a solo ⟨... cu⟩mque libris et statuis ⟨... t⟩estamento dedit. V 5262 (*Comi*) *Plinius Secundus dedit* ⟨bybliothecam et⟩ in tutelam bybliothecae HS c̄ (*cf.* Plin. epist. 1, 8, 2). III 607 (*Dyrrachii, aet. Traiani*) qui in comparat(ione) soli oper(i) byblio⟨th(ecae) sestertium⟩ CLXX m(ilibus) f(aciundo) rem p(ublicam) impend(io) levavit. X 4760 (*Suessae Aur., a. 193*) Suessae in bibliotheca (*trad.* babylo- *et* biblyo-) M⟨ati⟩diana. Gell. 19, 5, 4 promit e bibliotheca Tiburti, quae tunc in Herculis templo satis commode instructa libris erat, Aristotelis librum (*cf.* 9, 14, 3). 18, 9, 5 in bibliotheca Patrensi. Apvl. flor. 18 p. 85 Karthaginis (*cf.* apol. 91). Cod. Theod. 14, 9, 2 (*Constantinopoli, a. 372*) antiquarios ad bibliothecae codices componendos vel pro vetustate reparandos quattuor Graecos et tres Latinos scribendi peritos legi iubemus (*ibid.* ad eiusdem bibliothecae custodiam). Hier. vir. ill. 75 in Caesariensi bibliotheca (adv. Rufin. 3, 12 in psalm. 1 p. 5, 16). *munera et officia*: *procuratores*: Corp. X 1739 Ti. Claud. Aug. l. Scirti proc. bybl. Inscr. graec. Sic. et Ital. 1085 *Λευκίῳ Ἰουλίῳ Οὐηστίνῳ ... ἐπιστάτῃ τοῦ μουσείου καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν Ῥωμαικῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν* (*aet. Hadriani*). Corp. III 431 (*aet. Hadriani*) proc. bibliothecar(um) Graec. et Latin. (*cf.* Inscr. Ephem. epigr. V p. 623). X 7580 (*aet. fere Ant. Pii*) L. Baebio L. f. Gal. Aurelio Iuncino ... proc. bybliothec(arum) ad sest. LX. XIV 2916 (*aet. inc.*) T. Aelio T. f. Largo eq. R. proc. Aug. bybliothecaru⟨m⟩. VI 2132 (*saec. III med.*) Q. Veturius Callistratus v. ė. suffragio eius factus proc(urator) rat(ionum) summ(arum) privatarum bibliothecarum Augusti n. VIII 20684 ⟨.⟩ Annio Postumo ⟨p⟩roc. Aug. a bybliothecis. *munus servorum a bybliotheca*: *cf.* Char. gramm. I 232, 22 (*ex Palaemone*) 'ab' ... pro *ἀπὸ* et pro *ἐπὶ* apud nos accipitur, velut ab bibliotheca *ἀπὸ τῆς βιβλιοθήκης καὶ ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης*. *in titulis*: *absolute*: Corp. VI 4434 Laricis a bybliot. (*cf.* 4433). 4435 Mantanus Iulianus vilic(us) a bybliotheca. 5190 Festi a bibliotec. 8743 Alexio Caésaris Aug. ab bybliothéce. 8744 (*a. 126*) ⟨Eutyc⟩hetis Caes. n̄. servi vilici ⟨a byblio⟩theca. 8907 Ti. Claudius Aug. l. Hymenaeus medicus a bybliothecis. 8679 Onesimus Cae⟨s. n.⟩ vilic. thermarum bybliothec. Gra⟨ec.⟩. XIV 196 (*Ostiae*) Alcimo Caesaris vilic(o) a bybliotheca. X 6638 (*aet. Claudi, v. supra inter compendia p. 1955, 72 sq.*). *nota*: Corp. VI 4420 ad byblio. 4432 de bibyliotece. *additur nomen bibliothecae*: *v. p. 1957, 83 sq. et supra l. 6 sqq.*

bibliothēcālis, -e *a* bibliotheca. Mart. Cap. 2, 139 illam bibliothecalem copiam. Sidon. epist. 8, 4, 1 thesauris bibliothecalibus.

bibliothēcārius, -ī *m. a* bibliotheca. Gloss. IV 488, 37 qui codices servat. 313, 53 qui codices secat (*sic saepius*). 25, 28 qui codices resecat (*sic saepius; cf.* V 172, 25 recensat *m. 1*, recenset *m. 3*). *cf. Löwe, prodr. p. 72.* Avr. Fronto p. 68, 16 N. Tiberianus bibliothecarius. Papyr. Marini 3 (*saec. VII*) per manus Iohannis bibliothecarii. *cf.* 4.

bibliothēcula, -ae *f. a* bibliotheca *deminutive*. Symm. epist. 4, 18, 5 sume ephemeridem C. Caesaris decerptam bibliotheculae meae.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Biblis *v.* Byblis.
biblium codicem, librum LIB. GLOSS.
Biblos (-us) *v.* Bybl-. **biblum** *v.* biblus.

biblus, -ī *f.*, βίβλος, βύβλος. *cf. Dziatzko, PW. III 1100 sqq.* LVCAN. 3, 222 nondum flumineas Memphis contexere biblos noverat (*cf.* ENNOD. carm. 2, 51, 1). IVL. VAL. 1, 4 p. 7, 18 mulieris virginal biblo contegere consignareque anulo aureo. SEDVL. carm. pasch. 1, 22 cum ... plurima Niliacis tradant mendacia biblis. ENNOD. carm. 2, 67, 5 otia Niliacis non passus carmina biblis sulcavi. GLOSS. IV 601, 2 bibli libri. V 172, 24 librum Graeci biblum vocant. 403, 3 bibliopola qui biblos vendit. GLOSS. IV 211, 32 biblum funes (-is) de nave (de cannabi *Ott*) ex buda facta (V 443, 6 *cf.* IV 313, 54 *et* 592, 10, *ubi* vel *pro* ex *traditur*). IV 601, 6 biblum funes de papiro factas. *cf.* GLOSS. (Scal.) V 614, 2 bibleis duplicibus linteis, *et Papiae glossam contaminatam ex compluribus*: biblus βίβλος iuncus codex liber vel duplex funis. *Ihm.*

1. bibo, bibī, (bibitum), -ere [*i. q. falisc.* pipafo *fut.* '*bibam*', *hibern.* ibid *ind.* píbati '*bibit*'; *cf. c.* potus potare poculum. *Th.*]. VARRO ling. 6, 83/84 ab ore *dicitur* edo, sorbeo, bibo .... sorbere, item bibere a vocis sono, ut fervere aquam ab eius rei simili sonitu. PRISC. gramm. II 459, 23. 506, 19 GRAMM. suppl. 49, 25. NOT. Tir. 104, 70 bibit. bibo πίνω, bibis πίνεις *sim. passim in* GLOSS. III. II 29, 26 *et* 27. 30, 15. 408, 4 πίνω ἐπὶ ποτοῦ poto bibo. IV 402, 23 vivere sumere implere (-ri *scrib.?*). V 172, 19 bibebat inbibebat, percipiebat. NON. p. 453 bibere recte dici⟨mus⟩ ea omnia, quae haustus habent, ut animalia et terrae ut Vergilius in bucolicis (3, 11) .... verum auctoritate litterata etiam arida ac sicca et quibus haustus non sint bibere positum invenimus (*affert* VERG. Aen. 11, 803). ISID. diff. 1, 74 bibere naturae est, potare luxuriae. DIFF. ed. Beck p. 42, 8 bibimus necessitate, potamus voluntate. ISID. diff. app. 83 bibit qui aliquid relinquit in poculo, ebibit qui totum exhaurit. *vox passim usurpata inde a* LIV. ANDR., *satis raro legitur in scriptis historicis* (LIV. *quater*, VAL. MAX. *ter*, CVRT. *6ies*, SVET. *8ies*, FLOR. epit. *quater*, *non in* CAES. *commentariis praeter* BELL. Alex. 6, 3 *neque apud* VELL. FRONTIN. aq. TAC.; *in* CIC. *18ies*, *deest in* RHET. Her.), *frequentissime et technice fere apud medicos. ex poetis non habent* GRATT. GERM. PERS. VAL. FL. HOMER. (*singulis locis* LVCR. LYGD. EPIST. Sapph., *binis* MANIL. CALP. ecl., *ternis* TER. CATVLL.). [*val.* bea, *ital.* bere, *francog.* boire, *hisp.* beber. *M.-L.*]

de forma: CAPER gramm. VII 108, 10 bibere, non biber (*sic Keil*; bebere non beber *BC*, beuere non bober *M*). *cf.* CHAR. gramm. I 124. *infin.* biber: TITIN. com. 78 CATO orig. 121 FANN. hist. 2. *cf.* biber *p. 1954, 61.* *formae passivae passim inde a* PLAVTO. *part.* bibens PLAVT. Curc. 292 *et passim.* *formae vulgares*: bibio: ITALA Marc. 10, 38 (cod. k); bibb-: CORP. XI 6710, 16 (*in ampulla vitrea incisum*); beb-: CORP. XIII 10027, 73 (*bis in vase aheneo*). *in codd.* bibo *et* vivo *haud raro confunduntur, sicuti* PLAVT. Stich. 695 VARRO Men. 111 SEN. contr. 7, 3, 4 *bis* SEN. clem. 1, 12, 2 PLIN. nat. 10, 42 QVINT. inst. 6, 3, 93 *al.*; *quare docet* ISID. diff. 1, 602 vivit de vita, bibit de potione. bibitum (*non legitur nisi*: DIOSC. 1, 6 bibitu ventrem *nardi* constringunt), -us, -urus *non ante saec. III inveniuntur, pro quibus melioris aetatis scriptores* potum, -us, -urus *usurpant, quae v. sub* poto. bibitus, -a, -um: IREN. 3, 11, 5 CAPITOL. Ver. 5, 3 PLIN. med. 2, 14 AVG. in euang. Ioh. 32, 4 PLAC. med. 14, 13 CAEL. AVR. chron. 4, 3, 60 DIOSC. 1, 11. 14. 19 *al.* ANTHIM. 75. 76 PLIN. VAL. 2, 18 *et* 37. biburus, -a, -um: PORPH. Hor. carm. 1, 27, 13 HIL. in Matth. 20, 9. 30, 2 PRISCILL. tract. 6, 99 HIER. in Ier. 25, 26 p. 1020 in Is. 25, 6—8 p. 341. 51, 21 *sqq.* p. 599. 65, 13 p. 785 epist. 120, 2 in Hab. 1, 2 p. 624 *ter* in Matth. 26, 29 p. 216 VVLG. Matth. 20, 22 act. 23, 12 AVG. serm. 21, 2 Ps. AVG. serm. 28, 4. 36, 4 SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 Ps. FVLG. RVSP. serm. 63 p. 934C CASSIOD. hist. 1, 1 p. 883B. [*perperam trad.* SIL. 17, 427 *pro* pubenti. VIR. ill. 76, 8, *cf. Helmreich, Philol. 52 p. 560*]. *inde ab* OV. *delectum locorum dedi.*

I *proprie: potum ore sumere*:

1 *de hominibus* (*deis*): AVG. in psalm. 61, 9 bibendo ... humorem foris positum in membra mittimus et in corpus nostrum ducimus.

a *generatim: absolute*: GRAMM. suppl. 208, 36 proprie sunt neutra, quae per se plenum sensum habent, ut vivo spiro sedeo bibo. LIV. ANDR. com. 5 (Fest. p. 11) affatim edi bibi lusi (HOR. epist. 2, 2, 214 satis. CARM. epigr. 935, 19 [*Pompeis*] es bibe lude. CORP. II 1434. *cf. in Sardanapalli monumento* ATHEN. 12 p. 530B ἔσθιε πῖνε παῖζε). PLAVT. Mil. 677 es, bibe, animo obsequere mecum. Cas. 248. Bacch. 646 quicum ego bibo, quicum edo et amo. Most. 235 dies noctesque estur bibitur. 959 Poen. 313. 835 Pseud. 139. 1134 edunt bibunt scortantur. Trin. 258. Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 quae ad edendum bibendumque ... parantur. CIC. Att. 13, 52, 1 et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde. FEST. p. 214 cupiditatem edendi et bibendi (VAL. MAX. 9, 1, 2 voluptas. SEN. dial. 7, 20, 5 finis. epist. 85, 23 satietas. AVG. civ. 13, 22 egestas. SALV. eccl. 2, 4 indignas ... passiones). CELS. 4, 5 p. 127. 6, 6, 15 bibendum ... liberalius quam edendum est. SEN. dial. 5, 15, 3. 10, 12, 5 sine ambitione. epist. 19, 10. 37, 2. 123, 10. QVINT. inst. 11, 3, 136 bibere aut etiam esse. IAVOL. dig. 33, 10, 11 vasa ... edendi et bibendi causa parata (VLP. dig. 34, 2, 19, 10 aliquid). GELL. 19, 2, 7 multos homines propterea velle vivere, ut ederent et biberent, se (*sc. Socratem*) bibere atque esse, ut viveret (MACR. sat. 2, 8, 16 *cf.* VOPISC. quatt. tyr. 14, 3). VVLG. Luc. 5, 33. 10, 7 *al.* ITALA exod. 32, 6 (Tert. ieiun. 6 *cf.* HIER. epist. 22, 8) manducavit populus et bibit et surrexerunt ludere (VVLG. sedit populus manducare et bibere, φαγεῖν καὶ πιεῖν. *cf.* AMBR. Hel. 12, 41). deut. 8, 12 manducemus et bibamus, cras enim moriemur (Tert. ieiun. 16; *cf.* I Cor. 15, 32 AMBR. Hel. 19, 69). iud. 9, 27 (Lugd.) IV reg. 6, 22 (Hier. epist. 22, 9) Is. 22, 13 (Tert. ieiun. 17; *cf.* HIER. epist. 122, 1. 147, 3). I Cor. 9, 4 (Tert. pudic. 14) potestatem manducandi et bibendi. 10, 31 (Hier. epist. 133, 7) TERT. ieiun. 2. 15 anim. 24 *al.* FILASTR. 134, 2 AMBR. Hel. 10, 34. 22, 81 HIER. epist. 123, 15 VVLG. Tob. 7, 10 Matth. 11, 18. I Cor. 11, 29 qui ... manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. *al.* AVG. civ. 17, 20 p. 250 COMPVT. Carth. 1, 7. ITALA Luc. 22, 30 (Hier. epist. 96, 8) ut bibatis et comedatis (VVLG. edatis et bibatis) semper super mensam meam in regno meo. I Cor. 10, 31 (Hier. epist. 127, 4) HIER. epist. 21, 34 (*cf.* VVLG. Matth. 7, 22). 50, 3 VVLG. gen. 25, 24 exod. 24, 11 *et passim.* PLAVT. Amph. 575 ubi bibisti? :: nusquam equidem bibi (Cas. 245). Asin. 772 tibi propinet, tu bibas. 890 iam dudum factum est cum primum bibi (Persa 822). Aul. 628 ego mihi bibam, ubi id fecero. Bacch. 49 eādem biberis, eādem dedero tibi, ubi biberis, savium. 759 iam bis bibisse oportuit (Rud. 884 repudio hospitium tuom ... semel bibo *sc. tecum. cf.* SVET. Aug. 77 ter ... super cenam. MART. 1, 11, 2 bis decies solus. 1, 26, 10 plus quam decies. AVSON. 336, 1 *et* 88 ter). Cist. 785 qui deliquit vapulabit, qui non deliquit bibet. Curc. 121 iam bibes (PROP. 2, 33, 36). 292 quos semper videas bibentes esse in thermipolio. Mil. 834 neque tu bibisti? :: di me perdant, si bibi, si bibere potui (Truc. 365). Most. 22 dies noctesque (64). 373 cedo [ut] bibam (Truc. 367). 967 ibi ampliuscule (amplius *A*, melius sui *P*) quam satis fuerit. Persa 821 bibere da usque plenis cantharis (TITIN. com. 78 date illi biber. LVCIL. ed. Marx 222. FANN. hist. 2 iubebat biber dari. LIV. 40, 47, 5 CORP. XIII 10018, 59 VVLG. gen. 21, 19 Matth. 25, 35 Ioh. 4, 7 *et* 10 AVG. civ. 20, 5 ARVS. gramm. VII 458, 13 GLOSS. III 514, 69. *cf. c. obi. p. 1962, 7 et 1964, 7*). Pseud. 1280. Stich. 695 *v. p. 1963, 23.* 710 bibe, si bibis. 719. 720 (*loc. corr.*). 723. 757 date bibat tibicini. 764. Trin. 1019 cum frugi hominibus ibi bibisti. Truc. 832 qui improbust si qua[m]si bibit. frg. inc. 23 (Fest. p. 333) *loc. corr.* CATO or. frg. 40, 1 (Gell. 1, 15, 9) quem morbus tenet loquendi tamquam veternosum bibendi atque dormiendi. CIC. Flacc. 92 iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit. Pis. 67 bibitur usque eo, dum de dolio ministretur. Tusc. 1, 65 ut *Ganymedes* Iovi bibere ministraret (*cf.* ARVS. gramm. VII 458, 15). Phil. 2, 104 ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur (AVG. civ. 2, 20). fin. 2, 9 in bibendo voluptas (PORPH. Hor. carm. 1, 27, 13 bibendi). Tusc. 5, 97 negavit umquam se bibisse iucundius. numquam videlicet sitiens biberat (LVCR. 4, 1097 SEN. epist. 78, 22 PLIN. nat. 23, 42 VVLG. Is. 29, 8). RVT. LVP. 2, 7 bibendo provocat, lacessit (VOPISC. quatt. tyr. 4, 4 ad bibendum). *ibid.* somnus oppressit bibentem. VERG. catal. 11, 3 vobiscum, si est culpa, bibi (culpabile *B*, -i *rell.*). HOR. sat. 2, 8, 34 damnose. carm. 1, 27, 13. 1, 37, 1 nunc est bibendum. 1, 38, 8. 4, 13, 4 ludisque et bibis impudens (PROP. 2, 33, 25 lenta. *cf.* SALV. gub. 6, 79). epist. 2, 2, 9 LYGD. 6, 22 PROP. 4, 8, 30 OV. am. 1, 4, 51. 52. ars 1, 589 certa ... mensura bibendi. 2, 506 qui bibit arte, bibat (SEPT. SER. carm. frg. 13 callet senium arte bibendi). epist. 18, 154 rem. 499 met. 3, 416. 7, 569 nec sitis est exstincta prius quam vita bibendo. CARM. epigr. 243, 1 (= CORP. III 6825) dum vixi, bibi libenter: bibite vos qui vivitis. VITR. 10, 7, 4 angobatae (*i. automatorum genus*) bibentiaque et eadem (calicem?) moventia sigilla (*sc. aquae motu ostenduntur*). PAVL. FEST. p. 109. FEST. p. 325, 26 ⟨avidi⟩tatem bibendi (*cf.* PLIN. nat. 14, 148 ut bibendi consuetudo augeat aviditatem). SEN. contr. 2, 6, 3 convivae certe tui dicunt: bibamus, moriendum est (*cf. supra l. 7*). 2, 6, 4 nec potantem adumbras, sed bibis. 9, 2, 3. CELS. 1, 3 p. 21, 7 minus, sed meracius (p. 21, 27). p. 21, 14 dilutius. 3, 6 p. 85. 3, 21 p. 106 bibere ..., deinde evomere (IVV. 6, 432 bibit et vomit. ITALA Ier. 25, 16 [Hier. epist. 18, 15]). 4, 17 p. 143 liberaliter (SEN. dial. 5, 14, 2 QVINT. decl. 301 p. 187, 24). 5, 27, 2 mersum bibere pati. 7, 27 parum (PLIN. nat. 23, 41). SEN. dial. 5, 14, 1 parcius (MART. 1, 77, 2). nat. 4, 13, 10 inter ipsam bibendi moram. epist. 15, 3. 83, 17 libentius. 83, 23 intemperantia bibendi. 122, 6 qui ieiuni bibunt (PLIN. nat. 14, 143). *ibid.* in ipso paene balinei limine inter nudos. *ibid.* post prandium aut cenam bibere vulgare est. CVRT. 7, 5, 2 desiderio bibendi. 7, 5, 7 dulcedo. 7, 5, 12. LVCAN. 9, 398 sitiat, quicumque bibentem viderit. 9, 509. 593. PETRON. 20. 23 ad bibendum revocavit. 52 hilarius. 82 CARM. epigr. 44, 4. PLIN. nat. 14, 138 bibendi causa etiam venena concipiuntur, aliis cicutam praesumentibus, ut bibere mors cogat. 14, 140 quae in bibendo certamina (36, 156 bibendi). 14, 146 contra bibendi fallacias. 14, 150 ad bibendum generibus centum octoginta quinque, si species vero aestimentur, paene duplici numero excogitatis. 31, 60 turgidos bibendo. 37, 20 tanti (*genet. pretii*) imperatorem ... bibisse. 23, 41 inter cibos. CORP. IV 1831 suppl. 3494d. III 6009, 2 (*in vasculo*) bibamus pie. 14373[72]. INSCR. Bonner Jahrb. 110 p. 116 (*in poculo*) bibe. CORP.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

XI 6710, 16 (*in ampulla vitrea*) Antonia dulcis bibbet; propina! XIII 10017, 31 vivas et bibas. 10018, 9. 43 bene bibo. 10018, 182 vinco bibentes. 10018,192 (*in poculis*) *al.* 10025,199. 200. 201 (*in vasculis vitreis*). STAT. Theb. 4,821 quamquam expleta sitis, bibitur. MART. 1, 28, 2 in lucem semper. 6, 78, 3. 11, 6, 12. 12, 12, 1 tota nocte. 12, 12, 2 mane. 12, 70, 6. QVINT. inst. 4, 2, 54 sanus bibit, statim concidit. 6, 3, 63 in spectaculis. IVV. 1, 49 ab octava (*cf. p. 1960, 44*). 6, 365[6]. SVET. Aug. 77 temere interdiu. Nero 34 siti ... interim oborta. 39 ut *histrio* bibentem natantemque faceret. POMPON. dig. 34, 2, 21 pr. quod ad praeparationem bibendi comparatum est. GELL. 15, 2, 3 hortabatur omnes ad bibendum (LAMPR. Heliog. 21, 6 invitavit). 15, 2, 5 inter bibendum. APVL. apol. 57 studio bibendi. ITALA Is. 65, 13 (Hier. epist. 108, 21; = VVLG.) *opp. sitire.* PORPH. Hor. sat. 1, 6, 7. carm. 1, 18, 7 inmoderate. 1, 36, 25 largius. 2, 7, 25 archiposia est incohatio bibendi. epist. 1, 18, 92 si tu malam valetudinem ostendas ad excusationem non bibendi. 2, 2, 146 gravior sitis bibendo fieret. COMM. instr. 2, 36, 2 belua maior bibendo superius (*i. supra modum*) interior a mente recedis. 2, 36, 5 bibere et corda sopire (*cf.* VVLG. Hab. 2, 16). CAPITOL. Ver. 5, 3 quoties bibitum est. LAMPR. Comm. 13 publice saepissime. Heliog. 25, 9 per singula fercula. SPART. Pesc. 3, 10. VOPISC. quatt. tyr. 4, 3 contentio cum ... ducibus ad bibendum. ARNOB. nat. 5, 1 bibendi adpetitione. LACT. inst. 2, 13, 5 usque ad ebrietatem (AMBR. Hel. 18, 66). AMM. 21, 12, 17 attenuatis avidioribus bibendi subsidiis. AVSON. 327, 6. 335, 33. AMBR. Hel. 8, 27 in ipso convivio dum bibunt, sitiunt et cum inebriati fuerint, amplius bibunt. 12, 44 *infirmo* omnis in bibendo est fortitudo. *et passim.* Tob. 5, 19 in noctem. 14, 50. spir. 1, 16, 165 petit *Iesus* bibere, daturus. VVLG. gen. 24, 54 vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. 43, 34 biberuntque et inebriati sunt (Ier. 25, 27). Esth. 1, 8 qui nolentes cogeret ad bibendum. prov. 31, 7 bibant et obliviscantur egestatis suae. Ier. 25, 28 bibentes bibetis (49, 12). Dan. 5, 1 unusquisque secundum suam ... aetatem. Ioh. 4, 9 bibere a me poscis. *et passim.* SVLP. SEV. Mart. 20, 6 dial. 2, 6, 5. SALV. gub. 6, 78 robusti ad bibendum. SEDVL. carm. pasch. 1, 154 spes ablata bibendi vivendique. POMER. 2, 21, 2 in se bibendi sitim bibendo magis ac magis accendit. VEN. FORT. carm. praef. 5 auditores inter acernea pocula salute bibentes insana Baccho iudice debaccharent.

addito obiecto: ARVS. gramm. VII 458, 13. PLAVT. Asin. 895 nauteam bibere malim ... quam illam oscularier. Aul. 572 aquam. 574 CATO agr. 156, 3 VARRO Men. 250 CIC. Catil. 1, 31 Tusc. 5, 97 BELL. Alex. 6, 3. TIB. 2, 3, 68 prisco more. OV. am. 1, 6, 26 nec tibi perpetuo serva bibatur aqua. epist. 7, 62 aequoreas. met. 15, 334 fast. 2, 264. 5, 342 Pont. 1, 10, 30 VITR. 8, 3, 20. 23 FEST. p. 329. VAL. MAX. 2, 4, 5 calefactam ... pueris bibendam dedit (VVLG. num. 5, 24 prov. 25, 21). CELS. 1, 2 frigidam (3, 7, 2 ultra satietatem. PLIN. nat. 23, 107 QVINT. decl. 350 p. 376, 15). 1, 3 p. 19 tepidam (4, 18 p. 144 SVET. Nero 48 VOPISC. quatt. tyr. 4, 2). 2, 12 p. 57 calidam (3, 12 p. 94 PLIN. nat. 32, 40). 3, 24 p. 115 purgationis causa 4, 19 p. 145 decocta (PLIN. nat. 20, 110). 5, 28 p. 206 liberaliter. 7, 7, 14 PHAEDR. 1, 1, 6 SEN. nat. 3, 20, 2 epist. 83, 12. 90, 14 cava manu. SCRIB. LARG. 38 PLIN. nat. 17, 51 *al.* MART. 1, 92, 10 cum cane pronus. 6, 47, 6. 11, 82, 6. 3, 3, 9 ut victor Romanus cruento flumine non plus aquae biberit quam sanguinis barbarorum. FRONTO p. 207, 17 N. VLP. dig. 33, 7, 12, 10 SPART. Pesc. 7, 8. ITALA Ier. 2, 18 (Ambr. Tob. 7, 28 Hier. epist. 51, 5) aquam Geon. Dan. 1, 12 (Hier. epist. 100, 7) I Tim. 5, 23 (Hier. epist. 22, 8) ITIN. Silv. 16, 3 VEG. mil. 3, 2 p. 68, 7 AMBR. Hel. 18, 68 HIER. epist. 52, 12. 108, 20 VVLG. gen. 24, 17 exod. 7, 18 III reg. 13, 9 RVFIN. hist. mon. 27 AVG. civ. 10, 8. PLAVT. Cist. 17 raro nimium dabat quod biberem (Men. 742 Most. 344 Rud. 363 Trin. 339). Curc. 161 merum ... bibere (CARM. Suet. Tib. 59. CARM. epigr. 930 *Pompeis.* MART. 6, 89, 8). 293 calidum (VARRO ling. 5, 127 PAVL. FEST. p. 47 CELS. 4, 12 p. 136 CORP. X 5371 ANTHIM. 76). Merc. 140 calidam picem. Most. 238 neque edes quicquam neque bibes apud me his decem diebus. Persa 170 vinum bibo (*cf.* PRISC. gramm. II 375, 25). TER. Eun. 727 CATO agr. 23, 2. 156, 6 vini ... quam minimum. 157, 9. 13 lene dilutum (CELS. 1, 4 p. 22). 158, 2 or. frg. 68, 1 (Gell. 10, 23, 4). VARRO Men. 111 vino nihil iucundius quisquam bibit. rust. 1, 65 frg. Non. p. 71 HOR. carm. 1, 20, 10 uvam. epod. 9, 4. epist. 1, 5, 4 vina. PROP. 1, 14, 2. 4, 7, 36 OV. ars 1, 593 met. 12, 322. 15, 331 mera (*cf.* SEN. nat. 3, 20, 6). fast. 2, 580 vini quodcumque relictum est. 6, 780 multa ... per medias ... aquas. VAL. MAX. 6, 3, 9 CELS. 1, 3 p. 17. 1, 6 p. 23. 3, 15 p. 96 copiosius. *al.* SEN. dial. 7, 17, 2 CALP. ecl. 3, 52 *et* 54 PLIN. nat. 14, 76. 90 mulierem ... plus vini ... quam valetudinis causa. 14, 116. CARM. epigr. 931 (= CORP. IV 1679) assibus hic bibitur, dipundium si dederis, meliora bibes, quattus si dederis, vina Falerna bibes. CORP. XIII 10018, 47 MART. 3, 62, 2. 3, 77, 8 *al.* FRONTO p. 207, 17 N. ITALA lev. 10, 9 (Tert. ieiun. 9) vinum et siceram. *cf.* iud. 13, 4. 7 (Hier. epist. 100, 6 *al.*) prov. 9, 5 (Aug. civ. 17, 20). I reg. 1, 15 (Tert. ieiun. 9) et vinum et ebriamen. Is. 22, 13 (Hier. epist. 147, 3) Rom. 14, 21 (Hier. epist. 22, 8 *al.*). IREN. 3, 11, 5 PORPH. Hor. epod. 2, 47 SPART. Pesc. 10, 3. VOPISC. quatt. tyr. 4, 2 vini non multum. HIL. in Matth. 33, 4 OPTAT. 6, 1 p. 143, 15 AMBR. Hel. 5, 14 *al.* HIER. in Is. 25, 6/8 p. 341 epist. 120, 2 VVLG. gen. 9, 21 *et passim.* AVG. serm. 278, 9 ENNOD. carm. 2, 143, 2. PLAVT. Persa 823 id bibatis, quod vos numquam transeat. Poen. 534 ubi bibas edas de alieno quantum velis usque ad fatim (CATO agr. 156, 1 CALP. hist. 8. MART. 1, 26, 1 bibis quantum subsellia quinque solus. 6, 89, 7 IVV. 9, 117 VVLG. Dan. 14, 5 VOPISC. quatt. tyr. 14, 2. 4. 5). Rud. 363 credo hercle anancaeo⟨n⟩ (*i.* ἀναγκαῖον) datum (*sc. naufrago*) quod biberet. Stich. 715. TER. Andr. 484 quod iussi ei dari bibere ..., date (VVLG. gen. 24, 25 paululum. PLAC. med. 2, 8 *et* 10 *p. 1965, 5. 9. cf. p. 1965, 82. 1960, 33. 1964, 7*). Haut. 519 heri tantum (PLIN. nat. 14, 140). LVCIL. ed. Marx 501 gallam. CATO agr. 25 erit lora familiae quod bibat (57 VARRO frg. Non. p. 551). 156, 1 in convivio multum (CALP. hist. 8 *cf.* VARRO rust. 1, 2, 28). 156, 4 mane ... sucum (OV. rem. 227 sucos ... amaros. Ib. 308 Pont. 4, 3, 53). *ibid.* paulum. inc. libr. frg. 5 (Paul. Fest. p. 369) quam plurimum (CIC. Att. 16, 11, 3 plurimum). VARRO Men. 99 Socrates ... κώνειον (*cf.* OV. Ib. 559). 407 cur biberit *Hannibal* medicamentum (*i. venenum. cf.* LIV. 8, 18, 8. 9). rust. 3, 16, 2 mulsum (CIC. de orat. 2, 282 fin. 2, 17 CELS. 1, 3 p. 19 PLIN. nat. 7, 183 FRONTO p. 226, 5 N. VVLG. II Esdr. 8, 10). CIC. Cluent. 166 *venenum* (SEN. contr. 7, 3, 4 [vivit *bis trad.*]. 7, 3, 5 exc. 6, 4 *bis* SEN. Thy. 453 dial. 11, 10, 10 ASCON. Scaur. p. 23 PLIN. nat. 7, 186. 25, 6 MART. 6, 92, 3. 9, 2, 6 QVINT. decl. 350 p. 379, 2 inst. 8, 5, 23 AMPEL. 11, 4 TERT. idol. 10 AVSON. 10, 6 AMM. 16, 10, 18 AMBR. Hel. 15, 57). Pis. 22 utrum iste plus biberit [an vomuerit] an effuderit (OV. rem. 535 plus ..., quam quod praecordia poscunt. SEN. epist. 85, 23 hic plus ..., ille minus (CORP. XIII 10027, 73). HIER. epist. 133, 6). CATVLL. 39, 21 amplius ... loti. HOR. sat. 2, 2, 16 Hymettia mella Falerno ... diluto. carm. 3, 3, 12 *inter deos* Augustus ... nectar (STAT. silv. 4, 6, 54). epist. 1, 15, 15 collectosne bibant imbris puteosne perennis iugis aquae. 1, 19, 18 exsangue cuminum. TIB. 2, 4, 60 mille alias herbas misceat illa, bibam. PROP. 1, 5, 6 e tota toxica Thessalia (SCRIB. LARG. 194). OV. am. 1, 4, 29 quod tibi miscuerit ..., bibat ipse. 2, 10, 34 aequora periuro naufragus ore. 3, 10, 22 exiguus tenero lac bibit ore puer (*sc. Iuppiter.* met. 9, 377. 615. PETRON. 71 aeque unum lactem *servi* biberunt. PLIN. nat. 28, 125 VVLG. Ezech. 25, 4 CAEL. AVR. chron. 4, 3, 60 ANTHIM. 75). ars 2, 695 musta (MART. 13, 113, 2. 13, 120, 2 IVV. 10, 250 VVLG. Mich. 6, 15 APIC. 7, 301). met. 5, 451 bibit illa (*Ceres*) datum (*dulce*). 13, 829 pars *lactis* bibenda servatur (SEN. contr. exc. 6, 4 veneni. PLIN. nat. 24, 185 tertias partes). 15, 281 ante bibebatur, nunc quas contingere nolis fundit Anigrus aquas. fast. 4, 548 papavera ... dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer. trist. 3, 4, 40 lacrimas, *v. p. 1966, 43.* 3, 10, 24 nec hausta meri, sed data frusta (*sc. gelu adstricta*) bibunt. LIV. 10, 42, 7 temetum. CELS. 1, 3 p. 17 frigidum. 3, 21 p. 106 suam urinam (VVLG. IV reg. 18, 27 Is. 36, 12 AVG. civ. 22, 22). 4, 20 p. 146 ne quid bibat. SEN. Thy. 916 *sq.* mixtum suorum sanguinem genitor bibat: meum bibisset (1056 viventium ... cruorem. *cf.* dial. 4, 33, 4 FLOR. epit. 3, 3, 9. 4, 1, 4. PLIN. nat. 28, 4 sanguinem ... gladiatorum bibunt ut viventibus poculis comitiales. 28, 147 tauri. 31, 119. 28, 148 caprinum. 28, 225 HIER. epist. 120, 2 AVG. civ. 21, 25 *al.* serm. 382, 2 PS. AVG. serm. 156, 3 PS. FVLG. RVSP. serm. 63 p. 934[c] VVLG. Ioh. 6, 54 *sqq.* Iudith 11, 11 apoc. 16, 6 AMM. 27, 4, 4 CLAVD. 3, 78). dial. 1, 3, 13 quidquid biberunt, vomitu remetientur. 4, 23, 2 potionem (QVINT. decl. 321 p. 265, 14. 385 p. 431, 20 inst. 7, 2, 17 VVLG. Is. 24, 9). 6, 22, 2 quid essent, quid biberent (epist. 19, 10 VOPISC. quatt. tyr. 11, 4 VVLG. Luc. 12, 29). nat. 4, 13, 5 nivem. CVRT. 3, 6, 12 quod dilueras, bibi. MELA 3, 88 bibitur idem (*sc. lacus*). LVCAN. 4, 324 *aconita in fluvios infusa.* PLIN. nat. 2, 232 *potum.* 14, 58 sanguinem terrae (*i. vinum*) (*cf.* VVLG. deut. 32, 14 sanguinem uvae). 14, 115 frutices. 21, 12 invitavit Antonium, ut coronas biberent. 31, 95 garum ... dilutum (-am *trad.*). MART. 1, 103, 9 Veientani bibitur faex crassa rubelli. 5, 4, 6 laurum (*sc. lauri folia ante bibendum edit*). 6, 11, 2 *Pylades* idem *atque Orestes* (12, 28, 2 PLIN. epist. 2, 6, 4). QVINT. decl. 246 p. 6, 10 soporem ab noverca subiectum. 385 p. 430, 14 amatorium. IVV. 5, 33 cras bibet Albanis aliquid de montibus ..., quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant. 6, 597 bibendum porrige, quidquid erit. PAVL. dig. 33, 9, 5 pr. omne quod bibitur (*ibid. iterum*). ITALA eccles. 8, 15 (Aug. civ. 17, 20) non est bonum homini, nisi quod manducabit et bibet (VVLG. comederet et biberet). VVLG. lev. 11, 34 omne liquens. num. 6, 3 quidquid de uva exprimitur. Marc. 16, 18 mortiferum quid. CARM. de mens. 2, 29 (*imag.*) fontanos latices et lucida pocula vitro cerne ut demerso torridus *Augustus* ore bibat. CAPITOL. Gord. 21, 2 frigidas et quam plurimas (LAMPR. Alex. 30, 4). ITIN. Silv. 19, 12. AVG. civ. 21, 5 fontem. CARM. epigr. 244 (= CORP. VI 18131) quod edi bibi, mecum habeo, quod reliqui, perdidi. CARM. de aegr. Perd. 272 letumne bibamus? (*cf.* 273 potare venena). ANTHIM. 15 cervisa bibendo ... congruum est. CORIPP. Ioh. 7, 11 laetificum ... Lyaeum. *vasa potoria*: PLAVT. Stich. 706 vide quot cyathos bibimus (CATO agr. 114, 2. CELS. 1, 3 p. 19 aquae frigidae tres. PLIN. nat. 22, 150. 23, 142 MART. 11, 36, 7 *v. p. 1964, 31.* PORPH. Hor. carm. 3, 8, 13). CATO agr. 126 ieiunus heminam bibito (156, 4 aut paulo plus. CELS. 3, 19 p. 103 tres). 158, 2 sume tibi sextarium unum tepidum, adde ..., bibe. HOR. epist. 1, 2, 24 *Sirenum voces et Circae pocula* (TIB. 1, 5, 50 tristia cum multo pocula felle. 1, 6, 27. 1, 9, 59 plura. OV. ars 1, 576 quaque bibit parte puella, bibas. am. 1, 4, 32. trist. 4, 1, 47 soporifera

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proprie de animantibus, tum a similitudine de variis rebus: VERG. Aen. 8, 727 Rhenusque bicornis *sc. cornibus taurinis* (*cf.* tauriformis) *instructus; cf.* SERV. *ad l.* bicornis ... commune est omnibus fluviis aut proprie de Rheno, quia per duos alveos fluit: per unum qua Romanum imperium est, per alterum qua interluit barbaros, ubi iam Vahal dicitur et facit insulam Batavorum. Ov. met. 11, 763 Alexirhoë Granico nata bicorni. STAT. Theb. 2, 217 pater ipse bicornis in laevum prona nixus sedet Inachus urna. RVT. NAM. 1, 179 qua fronte bicorni dividuus Tiberis dexteriora secat. *item de* R h e n o *auctore Vergilio* (*cf. Völcker, Symb. phil. Bonn. p. 453*): PANEG. 7, 11 p. 169, 2 toto nostri greges bicorni mersantur (bicorne *trad.*, ⟨flumine⟩ bicorni *vulg.*, bicorni ⟨amne⟩ *Bährens*). AVSON. Mos. 437 cumque unus de fonte fluas, dicere bicornis. SYMM. orat. 2, 4 scit bicornis iste vicinus succumbendum esse rostratis. 3, 9 en noster bicornis, cave aequalem te arbitrere Tiberino. HEGES. 2, 9, 1 (v. 125) bicornis amnis fluento. HIER. in Is. 66, 20 p. 824 ubi bicornis finditur Rhenus. *inde confuse* Bicornis (Bicornius) *tamquam nomen proprium*: IVL. HON. cosmogr. A 22 p. 37, 7 occurrit ei (*Rhodano*) Bicornis a Patavione veniens ... sed hic, quem Bicornem diximus, ante coniunctionem Rhodani vel commixtionem in supernis nomen aliud accipit: praeter Bicornem appellatur Rhenus (*cf.* A 23 p. 38, 9 COSMOGR. 1, 20 p. 81, 17 Bicornius. 1, 22 p. 81, 41 hunc quem Bicornium diximus, ante coniunctionem Rhodani ... nomen aliud accipit praeter Bicornium: nam in provincia Germania fluvius Rhenus dicitur, alibi ut diximus Bicornius, alibi fluvius Araris appellatur. 1, 23 p. 82, 14 fluvius qui Bicornius dicitur, nascitur in campis Germaniae). *adde* IVL. HON. cosmogr. A 37 p. 45, 1 fluvius Maeandros ... bicornis ruit, quasi sint duo. B 9 fluvius Susas ... nascitur bicornius. *cf. etiam* ITIN. Alex. 7 p. 5, 6, *ubi* bicoris *traditur* (in ancoris *Haase*). Ov. epist. 4, 49 dryades Faunique bicornes (fast. 2, 268. 5, 99). VERS. metr. Bass. gramm. VI 255, 16 huc ades, Lyaee, Bassareu, bicornis (*cf.* bicorniger). CALP. ecl. 2, 13 Faunusque pater Satyrique bicornes. Ov. met. 15, 304 bicorni ... capro. PLIN. nat. 11, 255 *animal* (*opp.* unicorne). TERT. adv. Marc. 3, 18 Minotaurus bicornis (*opp.* unicornis). *nota*: CARM. epigr. 264 (= CORP. VI 504, *a. 376*) ut mactet repetens aurata fronte bicornes (*tauros, arietes*). *de luna*: HOR. carm. saec. 35 siderum regina bicornis, audi, Luna, puellas. CHALC. comm. 37 *luna* de obscura crescente lumine fit bicornis, dehinc sectilis, dehinc dimidiata maior, dehinc plena: retrorsumque maior dimidiata, sectilis, bicornis. AVSON. 325, 42 astrigero diademate luna bicornis. ISID. orig. 3, 54, 1 nat. 18, 7 lib. num. 8, 44. *mons*: STAT. Theb. 1, 62 bicorni ... iugo *i. Parnaso* (SCHOL. id est bicipiti; *cf.* biceps). *furca, crux*: VERG. georg. 1, 264 furcasque bicornis (*cf.* 2, 359, *ubi* bicornis *pro* valentis *V*). Ov. met. 8, 647 furca ... bicorni. PAVL. NOL. carm. 19, 610 bicornem *crucem* (*syn.* biformem). CORIPP. Ioh. 4, 617 furcas. 7, 542 quinque erectis iubet ordine lignis stipite suspendi morientum colla bicorni. CELS. 8, 1 ipsius maxillae partes extremae q u a s i bicornes sunt. COLVM. 10, 148 ferroque bicorni pectat ... herbam. 11, 3, 46 capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoveatur. *nota*: ANTH. 632, 1 discrimine secta bicorni *littera Y.* AMM. 16, 2, 13 in bicornem figuram acie divisa.

synonyma: biformis, biceps. *oppositum*: unicornis.

bicornius *v.* bicornis.

bicorpor, -oris [*a* bi- *et* corpus, *gr.* δισώματος δίσωμος. *Th.*]. *cf.* PRISC. gramm. II 236, 5. III 416, 26. NAEV. carm. frg. 20, 2 Titanes bicorpores Gigantes magnique Atlantes. ACC. trag. 307 Pallas bicorpor anguium spiras trahit. CIC. carm. frg. 33, 38 haec (*dextra*) bicorporem adflixit manum. [FIRM. math. 2, 12 signum ... bicorporeum.]

bicors, -cordis [*a* bi- *et* cor, *gr.* δικάρδιος. *Th.*]. COMM. instr. 1, 11, 8 ⟨non⟩ potuit scire bicorde⟨m⟩ *i. fallacem.*

bicostis, (-e) *a* bi- *et* costa. ITALA iud. 3, 16 (Legion. marg.) *gladium* bicostem (δίστομον, VVLG. ancipitem). *cf. Archiv 5 (1888) p. 565.*

bicoxum δίμηρον GLOSS. II 29, 39 (bicoxis *Vulcanius*). *a* bi- *et* coxa.

bicrota *navis, gr.* δίκροτος. CORP. V 1956 Paius Verzonis f. de Marte bicrota.

bictola *v.* brittola.

bicubitālis, (-e) *cf. c.* bicubitus. PS. APVL. herb. 68 herba cirsion thyrso est bicubitali. *coniectura incerta apud* PLIN. nat. 20, 253.

bicubitus, -a, -um [*a* bi- *et* cubitus, *gr.* δίπηχυς. *Th.*]. PS. APVL. herb. 72 ramis tenuibus, bicubitis. *cf.* bicubitalis. *Ihm.*

Biculēius *v.* Bicoleius. **Bīcus, Bīcum** *v.* Vicus.

1. Bida *opp. Mauretaniae Caesariensis; cf. Dessau, PW. III 426.* PTOL. 4, 2, 6 Βίδα κολωνία. IVL. HON. cosmogr. A 44 Bida oppidum. COSMOGR. 1, 44 Bida. RAVENN. p. 156, 14 B i d d a municipium. ITIN. Anton. Aug. p. 39, 4 B i d i l (Bida *Scorialensis*) municipium. TAB. Peut. 2, 3 S y d a municipium. **Bidēnsis** *adi. et incolarum vocabulum.* NOT. dign. occ. 25, 17 Bidenses (30, 4 Vidensis). 25, 35 praepositus limitis Bidensis (30, 13 Vidensis). NOT. episc. Maur. Caes. 85 Campanus Bidensis. *cf.* Bidiensis.

2. Bida *princeps sacerdotum Israel.* LIB. geneal. chron. I p. 190, 536 Bidae (Bideae *G*).

of. **Bidacadi** (?) *in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2866 e. *Otto.*

Bidaium *v.* Bedaium. **Bidāna** *v.* Beda *vicus.*

Bidda *v.* 1. Bida. **bidella** (-ia, -ium) *v.* bdella *et* bdellium.

bidēns (*prisce* d v i d e n s), -tis *subst.* (*masc. et fem.*) *et adi.* [dvidens *i. q. ind.* dvidan *'qui duos dentes habet'*, *a* bi- *et* dens. *Th.*]. dvidens *cf. p. 1973, 35.* *abl. adi. in* -i: ACC. carm. frg. 23 POMPON. Atell. 52 CIRIS 213. *in* -e: VERG. catal. 10, 9. *subst. in* -e: TIB. 2. 3, 6 Ov. am. 1, 13, 15 COLVM. 3, 13, 3 PLIN. nat. 17, 159. *genet. plur. in* -ium: HOR. carm. 3, 23, 14. *in* -um: Ov. met. 15, 575 SIL. 13, 433 STAT. Theb. 3, 457. 4, 416 ENNOD. opusc. 9, 7. *nom.* b i d e n t i s GLOSS. II 29, 35. 52. *forma ficta* bidennis *v. p. 1973, 39 sqq.* [*ital.* bidente. *M.-L.*]

1 *instrumentum agreste (masc.) duos dentes ferreos habens ad glaebas sim. frangendas adhibitum*: *cf.* COLVM. 5, 5, 13 bidentibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fossor eas partes subigit, quas bubulcus non potuit (putavit *SAR*) et VERG. *l.15* pertingere. GLOSS. διόδους, δίκελλα (-ον), μακέλη τὸ τζάπιον. *hic illic adiectivum*: VLP. dig. 33,7,8 praef. *in instrumento fundi sunt* vasa ... utilia culturae, quae sunt aratra ligones sarculi falces putatoriae bidentes (OV. fast. 4,927 PAVL. sent. 3,6,35 PALLAD. 1,42,1. *cf.* VEG. mil. 2,25 *de legionis ferramentis*). *similiter iunguntur* TIB. 1,10,49 bidens vomerque. OV. fast. 4,694 aratri ... falcis ... bidentis. 4,927 sarcula ... bidens ... vomer. PLIN. nat. 18,46 palā ... bidentibus. *cf.* COLVM. 3,13,3. 5,5,3. 5,9,4 PLIN. nat. 17,54 *cf.* LVCR. 5,208 VERG. georg. 2,355 TIB. 2,3,6 *et* 1,1,29 OV. am. 1,13,15 COLVM. 5,9,12 arb. 12,2. ACC. carm. frg. 22 (NON. p. 61) porcas (*i. terram inter sulcos eiectam*) bidenti ferro rectas †derevere. LVCR. 5,208 vis humana ... vitai causa valido (TIB. 2,3,6) consueta bidenti ingemere. VERG. georg. 2,355 seminibus *vitium* positis superest ... duros (OV. fast. 4,927) iactare bidentis (COLVM. 4,17,8). 2,400 glaeba ... versis ... frangenda bidentibus. TIB. 1,1,29 tenuisse bidentem. 1,10,49 pace bidens vomerque nitent (OV. fast. 4,927). 2,3,6 versarem valido ... bidente solum (COLVM. 4,5,1. 4,14,1. 5,9,9 solum scrobis ... fodere bidentibus. 5,9,12. 11,3,56 arb. *saepius*. *nota* arb. 12,2 bidens aequaliter totam terram vertit. PLIN. nat. 17,54 lupini segete ... aratro vel bidentibus versa. 17,159 solum ... bidente pastinari debet. 18,45). OV. am. 1,13,15 bidente ... oneratos arva colentes. COLVM. 3,13,3 prout cuique mos est vineas colendi ... bidente sequentem ordinem instituunt. 5,10,6 manubrium bidentis. 5,10,87 mucrone. IVV. 3,228 vive bidentis amans. PALLAD. 2,10,2. 14,169. TERT. cult. fem. 1,5 nullum bidens aurum (*i. instrumentum aureum*) demergit (*intrans.*) in terram. *de aliis rebus*: VERG. catal. 10,9 bidente dicit attodisse forcipe comata colla *muli*. CIRIS 213 *Scylla* ferro ... manus armata bidenti (*sc. forfice Niso comam abscisura*). PLIN. nat. 7,209 ancoram *invenit* Eupalamus, eandem bidentem Anacharsis (GLOSS. IV 407,2. V 593,13).

2 *bestia* (*fem.*): *definitur*: PAVL. FEST. p. 4 bidens ovis appellabatur, quae superioribus et inferioribus est dentibus. p. 33 bidentes ... sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes. p. 35 bovem bidentem a dentium numero dicunt appellari. p. 66 dvidens hostia bidens. PLIN. nat. 8,206 Coruncanius ruminales hostias, donec bidentes fierent, puras negavit. GELL. 16,6,12 *sqq.* P ... Nigidius ... bidentes appellari ait non oves solas, sed omnes bimas hostias. *ibid.* scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificum pertinentibus bidennes primo dictas d littera inmissa quasi biennes, tum longo usu loquendi corruptam vocem esse et ex bidennibus bidentes factum. *ibid.* Hyginus ... 'quae bidens est', inquit 'hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores per quos appareat ex minore aetate in maiorem transcendisse. *similia* NON. p. 53 SERV. Aen. 4,57. 6,39 SCHOL. Hor. carm. 3,23,14 ars 471 MACR. sat. 6,9 ISID. orig. 12,1,9 GLOSS. *saepius*; *praeterea* GLOSS. bidentis διετὴς ὄϊς, διόδοντα πρόβατα, bidentes oves trimas, oves balantes vel trimas, quarum duo eminent dentes. *sim. cf.* CYPR. GALL. num. 98 agnos ... expliciti bidentes cursibus anni (VVLG. anniculos). *quae significatio in ritu propria apud poetas, qui diu vocem soli usurpant, mox latius vagatur. inde a Vergilio maxime oves solas intellegendas esse* (*cf. praeter locos superiores* DIFF. gramm. VII 523,30 bidentes ... oves appellantur. GRAMM. suppl. 121,29) *coniuncta* vaccae, sues, iuvenci (-ae), fetus suis, vituli, boves, taurus *et attributum* laniger *comprobant*. POMPON. Atell. 52 Mars, tibi voveo facturum ... bidenti verre. LABER. mim. 70 visus hac nocte bidenti propter viam facere. VERG. Aen. 4,57 mactant lectas de more bidentis Cereri ... Phoebo ... Lyaeo, Iunoni (5,96. 6,39. 7,93. 8,544. 12,170 intonsam ... bidentem attulit *sacerdos*, *ubi* SERV. auct. quam pontifices altilaneam vocant, SERV. brevem adhuc). HOR. carm. 3,23,14 temptare multa caede bidentium ... deos. OV. met. 10,227. 15,575 fast. 2,70. 4,935 fibras ... bidentis. FEST. p. 309,19. PHAEDR. 1,17,8 bidens (*eadem paulo ante* ovis) ... conspexit lupum. SEN. Oed. 133 tardas ... bidentes. 556 nigro bidentes vellere. VAL. FL. 3,431 SIL. 8,120. 13,433 HOMER. 550. STAT. Theb. 3,457 maculosa bidentum corda. 4,416 bidentum visceribus. CYPR. GALL. gen. 138 Abelus innocuas multa servabat cura bidentes. exod. 100. 126 num. 98 SYMPH. 440,112 PRVD. ham. praef. 7. *nota apud scriptores*: ENNOD. opusc. 9,7 non bidentum fetus ... sacerdotis mucro desecuit. GREG. TVR. glor. conf. 28 *ut* bidentis mugitum simulare videretur.

3 *de homine*: *duos dentes habens*: PRIAP. 2,26 bidens amica Romuli senis. *translate*. IVVENC. 3,183 proprias genitoris malle bidentes cogere *se dicit Christus*. 4,463.

Bidēnsis *v.* 1. Bida.

bidental (-e), -is *n.* [*a* bidens. *Th.*]. NIGID. Non. p. 53,22 bidental vocari, quod bimae pecudes (*i. bidentes*) immolentur. PAVL. FEST. p. 33 bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. DIFF. gramm. VII 523,24 bidental locus fulmine tactus et expiatus ove. SCHOL. Hor. ars 471 locus fulminis ... a bidentibus dictum; nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant. *aliter* PORPH. Hor. ars 471 id quod Iovis fulmine percussum est, bidental appellatur. hoc expiari non potest (?). errant autem qui putant ab agna dictum bidental. *dubitans* SCHOL. Pers. 2,26 locus secundo fulmine percussus, quem calcari nefas est. bidental ideo dicitur fulmen aut quod duos dentes habeat aut in eo loco, ubi ceciderit, bidentes mactentur (*cf. Usener, Rh. M. 60, 22*). GLOSS. τόπος κεραυνοπλήξ. κεραυνοβόλιον. locus bis(?) de caelo tactus. *dubitandum de* GLOSS. IV 25,54, *ubi traditum* bident ad extra porta capent, *quod Götzius emendavit* bidental extra porta⟨m⟩ Capenam, *Nettleship similiter*. *ad genus et formam* CHAR. gramm. I 25,18 al neutralia tantum inveniuntur, velut ... hoc bidental bidentalis. horum ablativus per i effertur velut ab hoc ... bidentali. multi autem voluerunt nominativum per e efferri, ut hoc ... b i d e n t a l e (38,13 MART. CAP. 3,241; bidentale *etiam* GLOSS. II 348,9). HOR. ars 471 nec satis apparet ... an triste bidental moverit incestus. PERS. 2,27 *de homine*: triste iaces lucis evitandumque bidental. SIDON. carm. 9,193 quae fulmine Tuscus expiato saeptum numina quaerit (*sc. sacrificio*) ad bidental. *similiter* APVL. Socr. 7 p. 135 *daemonum* munus atque opera atque cura est. ... cuncta hariolum praesagia, Tuscorum piacula, fulguratorum bidentalia (*sunt, ut videtur, sacrificia ipsa ad futura quaerenda*), carmina Sibyllarum. *cf.* GLOSS. V 172,33 bidental sacrificium.

bidentālis, -e *tantum de sacerdotibus* (*cf. Wissowa, PW. III 430, 20 sqq.*): CORP. VI 567 Semo(ni) Sanco Deo Fidio sacrum Sex. Pompeius Sp. f. Col. Mussianus quinquennalis decur. bidentalis donum dedit. 568 decuria sacerdotum bidentalium. 30994. XIV 188. 2839 (vid-). XV 7253.

bidentātio (-ōnis) *f. a* bidentare. GLOSS. II 432,42 σκαφετός haec fossura occatio videntatio.

bidento fodio, bidentat fodit GLOSS. *a* bidens. *Bannier.*

Bidiē(n)sis, -e *ethn.* INSCR. Ephem. epigr. IX 99 (*prope Turgalium in Lusit.*) Caturo Sal(uti?) Bidiesi v. a. l. s. *Ihm.*

Bidil *v.* 1. Bida. **Bidīnus** *v.* Bidis.

Bidis *opp. Siciliae*; *cf. Hülsen, PW. III 431.* STEPH. BYZ. Βίδος, φρούριον ἐν Σικελίᾳ, οὐδετέρως. ... τὸ ἐθνικὸν Βιδῖνος. CIC. Verr. 3,53 Bidis oppidum est tenue sane, non longe a Syracusis.

Bidīnus *adi. et incolarum vocabulum.* CIC. Verr. 3,53 Bidinorum legibus. 3,54 palaestritae Bidini (Bidenses *pars codd.*). 3,56 *sqq.* 3,140. PLIN. nat. 3,91 Bidini. *Otto.*

bidobium *v.* vidubium.

bidonia i. albuci radices GLOSS. III 553,30 (617,38. *cf.* 536,43, *ubi trad.* bidonie. 618,64 budionis id est albucii radix).

composita, qualia sunt levianima **bīduancula** tardigrada MAR. VICTORIN. gramm. VI 23,9. *a* biduum *et* anculus, -a.

bīduānus, -a, -um *a* biduum. CHIRON 656 suffusionem ... recentem biduanam vel triduanam sic oportet curari. HEGES. 5,24,2 post biduanum ieiunium. CASSIAN. inst. 5,5,2 triduana ... vel biduana inedia. 10,2,3 quasi refectionem cibi biduano ieiunio triduanove distulerit (conl. 1,21,1. 2,24,2). CANON. Migne 56, 516^B post biduanam tristitiam. ALC. AVIT. epist. 79 p. 93,20 biduana occupatione detentus. ISID. reg. monach. 18,3 excommunicatio biduana fuerit. *nota*: ITIN. Silv. 28,3 biduanas (*sc. ieiuniorum*) facit (*praecedit* septimanas ieiuniorum). VEN. FORT. Mart. 1,301 biduano (*i. biduo*) ... ieiunia ducens.

bidubium *v.* vidubium. **Biduniēnsis** *v.* Baedunia *add.*

bīduum, -ī *n.* [*ex* bis divom *i.* bis diem *coaluisse videtur*; *cf. cum ind.* divām 'caelum', divé-divō 'cottidie', *gr.* ὀγδόδιον (θυσία παρὰ Ἀθηναίοις τελουμένη Θησεῖ *Hesych.*) *et c.* triduum diu; *v. Sommer, Archiv 12 (1902) p. 582 sq. Th.*]. GLOSS. II 29,53 biduum διήμερον, *et saepius sic.* III 295,65 δυσὶν ἡμέραις biduo. *ex poetis soli habent* TER. *et* AVIEN. i *longa* CORP. XII 188 *p. 1975, 27.*

TER. Eun. 181 biduom saltem ut concedas solum. :: siquidem biduom : verum ne fiant isti viginti dies. :: profecto non plus biduom aut .... :: 'aut' nihil moror (SVLP. APOLL. perioch. Ter. Eun. 6 AMM. 27,12,8). CIC. Verr. 3,129 ut non numquam ... eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense .... : item non numquam uno die longiorem mensem faciunt aut biduo (*cf.* HIER. epist. 48,15). Rab. perd. 8 ut ... alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur. nat. deor. 1,60 cum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit (LIV. 27,24,3. 45,44,6). CAES. Gall. 1,23,1 biduum supererat. civ. 1,82,1 in his operibus ... biduum consumitur (2,23,1. LIV. 38,26,1 absumpsit. 38,44,1 CVRT. 3,6,8 TAC. ann. 3,17). LIV. 5,16,7 biduum ad recognoscendas res datum dominis (CVRT. 4,4,10. 9,3,19 AMM. 19,2,2. 24,2,4). 31,4,6 biduum instauratum est (*cf.* 27,66,9). 37,20,2 biduum ... ad visendas ... stationes ... sumpserunt. TAC. ann. 3,13 biduum criminibus obiciendis statuitur. VLP. dig. 50,16,3 biduum eis adtribuetur. ITIN. Silv. 20,7 fecimus ... ibi biduum (*cf.* 21,1. 23,6. RVFIN. Orig. in gen. 11,3 biduum videbor fecisse apud puteum visionis). AMM. 25,7,4 exacto (?, ullis acto *trad.*) miserabiliter biduo. PASS. Mar. Iac. 4 p. 50,15 vixdum ... biduum fluxerat. COLVM. 12,8,2 intermisso biduo (PLIN. nat. 30,116). 12,21,2 interposito. HIER. epist. 22,17 biduo triduoque transmisso. AVELL. p. 81,8 interiecto. TER. Eun. 636 hem, biduom hic manendumst soli sine illa? CATO agr. 110 sinito biduum oblitum dolium (7,4. 88,1. 162,3 *bis*). VARRO rust. 1,60 tum sale excusso biduum si in sole positae fuerint. 3,10,6 pullis primum biduo polenta ... adponitur, tribus proximis nasturcium. *et sic passim acc. vel abl. temporis*: CIC. Verr. 4,60 (*ter*) Flacc. 41 Quinct. 79. 81. 88 Tusc. 2,67

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Att. 1,16,5. 2,1,10. 4,3,4. 5,20,1. 8,15,3. 9,14,2. 13,30,2 (*cf.* 4,12) epist. 3,1,2. 7,26,1. 14,4,2 POLLIO Cic. epist. 10,32,2 BRVT. Cic. epist. 11,11,1. 11,13,2 CAES. Gall. 7,9,1 (civ. 2,21,2. 3,37,1. 3,102,5) Gall. 5,27,8 (5,48,4. 7,11,1. 7,11,5 civ. 1,54,4) BELL. Alex. 66,3 SALL. Iug. 69,3. NEP. Hann. 6,3 biduo et duabus noctibus Hadrumetum pervenit (*cf.* CVRT. 8,11,20 per biduum ... ac duas noctes. PLIN. nat. 14,145. AVIEN. ora 699 cursus carinae biduo et binoctio est. *cf.* AMM. 30,1,8). NEP. Att. 22,3. LIV. 21,35,5 biduum in iugo stativa habita (21,58,10. 22,20,7. 25,7,7. 29,38,8. 31,34,9. 31,45,6. 33,22,10. 36,43,8. 37,38,5. 40,52,3. 41,21,11. 45,33,8). 40,22,7 qua triduo ascenderat, biduo est degressus (3,44,1. 10,27,7. 10,36,15. 21,47,6. 26,9,2. 40,53,1. 44,3,3). CELS. 1,3. 3,2 uno die ...; interdum ... biduo. 4,5. 5,26,27 CVRT. 4,10,1. 6,7,31. 6,8,13. 9,2,1 biduum ... substitit rex : tertio die *eqs.* (COLVM. 6,14,3 biduo ... tertio deinde die. 12,21,2). COLVM. 12,7,2 PETRON. 139 PLIN. nat. 2,44. 7,84. 17,76 (17,143). 18,291. 19,28. 64. 20,208. 20,218 menstrua contineri uno, si unum granum biberint feminae, biduo, si duo, et totidem diebus quot grana sumpserint. STAT. silv. 1 praef. FRONTIN. strat. 3,1,2 quadridui iter biduo ... emensus (*iterum ibid.*). TAC. ann. 11,8. 14,32 PLIN. epist. 8,21,4. 10,67,1 SVET. Aug. 57. 82. INSCR. Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1905 p. 155 (*aet. Hadriani*) biduo secutus Agriophagos. ITALA Ioh. 11,6 (Palat.) mansit eodem loco viduo (δύο ἡμέρας, VVLG. duobus diebus). PORPH. Hor. sat. 1, 5,4 GARG. MART. pom. 2,2 LACT. inst. 4,27,19 ITIN. Silv. 6,1 AMM. 24,5,3. 26,6,12 VVLG. num. 9,22 ZACCH. 2,13 MART. CAP. 6,702. FAVST. REI. epist. 6 p. 197,3 vel biduo in septimana salutantum fruaris officiis. CORP. XII 188 Antipoli in theatro biduo saltavit et placuit *puer*. TER. Andr. 440 biduist aut tridui haec sollicitudo. CIC. Phil. 11,8 'longus fuit dolor'. bidui, at compluribus annorum saepe multorum (COLVM. 8,8,12). CELS. 3,21 abstinentia bidui. PLIN. nat. 8,209 post bidui inediam (28,130). 15,40 longissima ... decerpto *pomo* bidui mora est. AMM. 17,13,34 otio bidui recreatus. 31,6,2 bidui dilationem tribui sibi poscebant. ZACCH. 2,6 p. 1117C praestita inferi bidui mora. CIC. Verr. 1,6 biduo breviorem diem (3,129). de orat. 3,75 ad quae biduo serius veneram. SEN. dial. 11, 15,3 ultimum ... fructum biduo diutius videndi filium tulisses. PLIN. nat. 18,298 biduo celerius messem facere potius quam biduo serius.

CIC. Att. 8,14,1 locis, quae a Brundisio absunt propius †quam tu biduum aut triduum. PLANC. Cic. epist. 10,17,1 Ventidius bidui spatio (*cf.* APVL. met. 9,40 PS. RVFIN. in Os. 6,1—3) ab eo; Lepidus ad Forum Voconi castra habet. CAES. Gall. 6,7,2 ab eo longius bidui via aberant. civ. 2,24,1 eodem ... proficiscitur biduique iter progressus ad flumen Bagradam pervenit. PLIN. nat. 6,163 totum sinum quadridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem. 6,200 bidui navigatione distantes a continente (*cf.* MART. CAP. 6,702). AVIEN. ora 173 in haec locorum bidui cursus patet. AMM. 24,1,5 emenso itinere bidui. CIC. Att. 5,16,4 *castra* aberant bidui. 5,17,1 a quibus (*castris*) aberam bidui.

accedunt pronomina, adiectiva: TER. Eun. 283 sine biduom hoc praetereat (187. 190). CIC. Verr. 3,64 illo biduo (Pis. 14 CVRT. 6, 10,20). Phil. 14,10 hoc biduo (Att. 7,26,1 epist. 7,4 COLVM. 11,2,39). Att. 4,1,6 eo biduo (CAES. civ. 1,41,1. 1,87,4 BELL. Alex. 9,3. 59,2). epist. 16,10,1 ad id biduum, quod fueris in via, ... accedent continuo ad reditum dies quinque. CAES. civ. 1,48,1 biduo, quo haec gesta sunt (*cf.* COLVM. 7,3,17). LIV. 3,63,6 eodem biduo. SVET. Claud. 11 id biduum, quo de mutando rei p. statu haesitatum erat, memoriae eximere. AVR. Fronto p. 106,13 N. biduo isto (*cf.* FRONTO p. 32,7 N.). CELS. dig. 50,16,98 id biduum pro uno die habetur (VLP. dig. 4,4,3,3). LEX agr. 52 in biduo proxsumo (CELS. 3,15 biduo proximo, *bis*. LEX met. Vipasc. 59. GELL. 17,2,2 biduo proximo superiore). ACT. lud. saec. Aug. 89 superiore biduo (TAC. hist. 1,57 priore). LIV. 32,11,6 biduo insequenti (*cf.* 30,8,4 SCRIB. LARG. 122). COLVM. 11,2,76 sequenti. CAES. civ. 1,5,4 biduo excepto comitiali. LEX colleg. aq. 15 in biduo continuo (SVET. Tib. 42 noctem continuumque biduum. VVLG. II Macc. 10,37. *cf.* SVET. Cal. 19 biduo continenti, primo die ..., postridie). VAL. MAX. 5,8,3 per totum biduum (APVL. met. 1,10 toto biduo. ITIN. Silv. 9,5). CELS. 3,3 biduum integrum (AMM. 18,6,22). SEN. epist. 87,2 ego et Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. ASCON. Mil. p. 43 post biduum medium. ITIN. Silv. 9,1 aliquo biduo ibi tenuit nos. *iunguntur* biduum *et* triduum: *cf.* PRISC. gramm. III 416,25 biduum triduum quatriduum et similia. TER. Andr. 440. CATO agr. 96 sinito biduum aut triduum consudent *oves*. 112,2 VARRO rust. 2,2,15. CIC. Quinct. 78 biduo aut summum triduo ... ambulare (*cf.* 79). Tusc. 2,40 aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt. Att. 7,23,3 omnia biduo triduove sciturі (CELS. 3,21). 8,14,1. 13,14,1 vel biduum vel triduum. 13,33,4 epist. 7,4. CELS. 4,5 si biduo vel certe triduo nobis temperavimus. COLVM. 8,8,12 non plus quam bidui aut summum tridui dolorem. SCRIB. LARG. 38 TAC. ann. 3,13 MARCIAN. dig. 49,1,5,4 (*cf.* VLP. dig. 49,4,1,5. 49,4,1,12 utrum biduum an triduum observetur. 49,4,1,15). APVL. met. 9,40 spatio bidui triduive. VOPISC. Tac. 1,4 ut nullus interrex biduo saltim triduove crearetur. HIER. epist. 22,17. 37. 24,4 VVLG. Ios. 20,5 III Esdr. 9,4 APIC. 7,265 ANTHIM. 51.

in biduum: TER. Eun. 190 in hoc biduom, Thais, vale. LIV. 10,23,1 supplicationes in biduum senatus decrevit (39,38,5. 40,37,3. 41,12,4. 41,17,4). CELS. 2,10 medicina ... in biduum dividenda est. CVRT. 7,11,14 alimentis in biduum sumptis. in biduo: LEX agr. 52 proxsumo. LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298) 15 continuo. IAVOL. dig. 50,16,217,1. FRONTO p. 32,7 N. qui vos in isto biduo viderit. per biduum: CIC. nat. deor. 2,96 ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. ad Brut. 2,2,3 Phil. 11,5. CAES. civ. 2,32,12 quod bis per biduum equestri proelio superaverim. 3,26,5 per biduum flaverat *auster*. LIV. 10,27,6. 22,60,25. 25,2,10. 29,38,8. 30,8,4 per insequens biduum (SCRIB. LARG. 122). 33,42,10. 34,46,7. 36,2,5. 39,22,1. 39,46,5 (39,56,6) VELL. 2,40,3. VAL. MAX. 5,8,3 per totum biduum (*cf.* ITIN. Silv. 9,5 per biduo totum). CELS. 3,17. 24. 25 CVRT. 8,11,20 ASCON. Mil. p. 41 QVINT. inst. 1 praef. 7 PLIN. epist. 3,18,4. 4,5,2 VOPISC. Prob. 4,6 (*bis*) AMM. 25,1,4. VVLG. II Macc. 10,37 per continuum ... biduum. CORP. IX 2127 (?). *cf.* PS. RVFIN. in Os. 6,1—3 per spatia bidui. intra biduum: LIV. 44,45,5 Macedonia intra biduum dedita. MOD. dig. 49,1,20,1 intra biduum appellare debet. ultra biduum: TAC. ann. 6,50. biduo ante, post: CIC. Quinct. 79. Pis. 61 domum ex hac die biduo ante conduxerat. Att. 13,43 epist. 10,14,1 PLANC. Cic. epist. 10,21,1. CAES. Gall. 1,47,1 biduo post ... legatos mittit. LIV. 27,50,7. 31,46,16. 32,27,6. 36,40,3 biduo post pugnam. 37,22,3 biduo ante quam ... veniret. 40,40,14. 44,18,6. VAL. MAX. 1,8 ext. 1 biduoque post quam ... sublatus esset. PLIN. nat. 11,211 nec biduo ante partum aut post partum aut quo eiecerint die (*cf.* 11,236 biduo a partu). SVET. Iul. 16 VLP. dig. 21,1,38,11 AMM. 29,5,16. ante, post biduum: SCRIB. LARG. 38. ASCON. Mil. p. 43 post biduum medium quam Clodius occisus erat. PLIN. nat. 2,124. 13,133 SVET. Iul. 43 Aug. 10. ITALA Os. 6,2 (Aug. civ. 18,28) sanabit nos post biduum (VVLG. post duos dies), in die tertio resurgemus. PANEG. 9,16 p. 205,21. CAPITOL. Aur. 27,11 ante biduum quam expiraret. ITIN. Silv. 21,1 post biduo ... quam ibi feceram. AVR. VICT. Caes. 33,12. SYMM. epist. 9,125 (10,3) ante biduum temporis praestituti. AMM. 28,6,14 HIER. epist. 88. VVLG. lev. 19,7 (τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ). Ios. 20,5 Matth. 26,2 (Marc. 14,1, μετὰ δύο ἡμέρας). AVG. serm. ed. Mai 91,2 SIDON. epist. 8,12,4 PASS. Mar. Iac. 4 p. 51,4. ANTHIM. 23. 24 ante unam diem aut biduum. *Ihm.*

genet. **Biei** *nom. vir. barb.* CORP. V 4209 (*Brixiae*) Fatabus Deico Biei f. v. s. l. m. *Otto.*

biennālis, -e [*cf. c.* biennis *et c.* annalis. *Th.*]. GLOSS. V 492,60 bimus biennalis. COD. Theod. 11,20,4,1 (*a. 423*) biennali pensione. COD. Iust. 4,29,22 pr. intra biennale iuge tempus. 5,37,27 biennales metas (12,7,2,1). *falsa lectio* COD. Iust. 12,4,3 (= COD. Theod. 7,18,16).

biennis, -e [*a* bi- *et* annus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 416,22 biennis triennis quadriennis quinquennis et similia. GLOSS. V 443,10 biennem duorum annorum. GELL. 16,6,13 NON. p. 53 SERV. Aen. 4,57 GLOSS. V 616,29. *apud* SVET. Galba 15 *al.* bienni *est pro* biennii. *cf.* APVL. flor. 15 p. 60.

biennium, -ī *n.* [*a* bi- *et* annus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 416,23 biennium, triennium ... et similia. *nota scripturas volgares in titulis*: beniu (*i. biennium*): CORP. VIII 8641 *christ.* (*cf.* V 6404 *christ. a. 476, ubi trad.* benio). bienio: CORP. IX 1515. GLOSS. biennium διετία *passim*. GLOSS. IV 330,52 diennium biennium (V 596,55 *cf. Löwe, prodr. p. 363*).

PLAVT. Merc. 533 iam bienniumst, quom mecum rem coepit (535 *cf.* Bacch. 388). CIC. top. 23 quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium. Att. 13,12,3 biennium praeteriit, cum .... epist. 15,16,3 iam biennium aut triennium est, cum ... remisisti. CAES. Gall. 1,3,2 ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium annum profectionem lege confirmant. PLIN. nat. 17,172 interest ... biennium fructus, quo tardius in sato provenit quam in tralato. PLIN. epist. 5,1,10 iam biennium transisse. paneg. 56 necdum de biennio loquor. 91 nondum biennium compleveramus. HIER. epist. 127,1 ut ... biennium praeterirem silentio. 60,16 nec de his loquar, qui biennium excedunt. VVLG. gen. 45,6 biennium est enim quod coepit fames esse (δεύτερον ἔτος), et adhuc quinque anni restant. AVG. civ. 22,8 nondum est ... biennium, ex quo ... coepit esse ista memoria. SIDON. epist. 4,14,1 biennium prope clauditur, quod ... gaudemus.

VARRO rust. 2,7,12 neque prius biennio confecto a lacte removendum (CIC. Quinct. 40). LIV. 9,44,3 exempto. VELL. 1,14,6 interiecto. COLVM. 3,21,11 interposito bienni spatio. POMPON. dig. 33,2,6 praeterito biennio (45,1,27 CELS. dig. 45,1,99). EVTR. 9,5 non completo biennio. VVLG. act. 24,27 biennio ... expleto (διετίας πληρωθείσης). NOT. dign. or. 21,6 (= 25,27) transacto. CIC. Verr. 4,43 an tibi unius anni aut biennii ratio fuit habenda. POLLIO Cic. epist. 10,32,2 comitia biennii biduo habuit. CAES. civ. 3,31,2 a publicanis ... debitam biennii pecuniam exegerat. SALL. hist. 3,46 infecunditate bienni proximi. LIV. 9,20,3 indutiae biennii (10,5,12). 22,25,12 biennique clades. 5,29,6 tribunis plebis biennii superioris. COLVM. 4,17,12 neque ... est alia ratio putationis ..., quam quae primi biennii. PLIN. nat. 9,53 vita longissima his biennii. PAPIN. dig. 50,7,8 (7) biennii vacationem (PAVL. dig. 50,7,9,1). 50,7,14 non admissa biennii praescriptione. 45,1,124 finem biennii. PAVL dig. 19,2,54,1 pensionem.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ivst. 17, 2, 14 in biennii usum dedit. Avr. Vict. Caes. 39, 12 imperium (33, 12 *cf.* 27, 5). Cic. ad Q. fr. 1, 1, 14 biennii spatio (Colvm. 3, 4, 2. 3, 21, 11. Plin. nat. 2, 198 annuo et biennii spatio. 17, 98 Svet. Galba 15. Gaivs inst. 2, 44 anni aut biennii spatium. Apvl. flor. 15 p. 60, *ubi trad.* breui). Colvm. 3, 9, 6 intra tempus bienni (3, 3, 9 Pavl. dig. 19, 2, 56 Vvlg. II reg. 13, 23 Cod. Iust. 8, 33, 3, 3ᵇ). Sen. suas. 1, 7 dicito illos tibi annua, bienni, trienni die debere. Cic. Brut. 240 biennio quam nos fortasse maior. Val. Max. 8, 13 ext. 3 biennio minor Xenophilus..., sed felicitate non inferior. Tac. ann. 12, 25 biennio maiorem natu Domitium. *acc. et abl. temporis*: Cato agr. 105, 2 biennium in sole sinito positum esse. Gracch. or. frg. (Gell. 15, 12, 3) biennium fui in provincia. Cic. Quinct. 42 in quo (*iudicio*) iam biennium versamur. 67 Verr. 4, 216. 5, 67 Caecin. 54. Phil. 1, 19 ne praetoriae provinciae plus quam annum neve plus quam biennium consulares obtinerentur (*cf.* Qvint. inst. praef. 1). Phil. 5, 7 Brut. 314. Cael. Cic. epist. 8, 5, 2 ut plus biennium in his tricis moretur. Liv. 4, 47, 8. 38, 42, 10. 42, 34, 5. Labeo dig. 32, 30, 2 si ... biennium servierit. Gaivs dig. 23, 1, 17 non solum annum vel biennium, sed etiam triennium et quadriennium et ultra trahunt sponsalia. Gell. 1, 9, 4 non minus quisquam tacuit quam biennium. Inscr. Notiz. degli scavi 1902 p. 124 (*in Paelignis, aet. Antonin.*) procurator Caesaris ... in Hispania provincia per annos x et in Suria biennium. Avr. Vict. Caes. 26, 1. Corp. X 1317 vixit biennium m(enses) x. VIII 8641 (*christ.*). Cic. Verr. 3, 62 Romae biennio (*v. l.* biennium) prope fuerunt. Quinct. 41 Sest. 133 Vatin. 37 Liv. 3, 65, 9. 5, 14, 2. 25, 32, 1 cum biennio ferme nihil ... factum esset. 39, 10, 6 Vell. 1, 9, 1 Colvm. 2, 10, 23. 4, 33, 4. 5, 9, 5. 11, 3, 41. 43. 12, 38, 8. 12, 40 plus biennio. Plin. nat. 8, 13. 28. 9, 73. 16, 96. 169. 17, 149. 18, 45. 85 Tac. Agr. 14 Svet. Tib. 13 Galba 7 Fronto p. 171, 8 N. Avr. Fronto p. 34, 19 N. Gaivs inst. 2, 204 completur ... usucapio ... mobilium quidem rerum anno, earum vero quae solo tenentur, biennio (*cf.* 2, 42. 54. 61). 3, 121 Vlp. dig. 33, 8, 6, 4 Pavl. sent. 1, 17, 2. 3, 6, 30. 3, 6, 33 biennio aut triennio. Macer dig. 48, 16, 15, 5 anno vel biennio. Call. dig. 47, 21, 2 Apvl. mund. 29 Capitol. Gord. 22, 5 Ps. Avr. Vict. epit. 23, 1 Evtr. 9, 4 Amm. 15, 3, 9. Hyg. astr. 4, 19 p. 120, 9 non longius biennio. Vvlg. IV reg. 15, 23 (δύο ἔτη). Rvfin. hist. 2, 22, 1 biennio in urbe ... positus (διετίαν ὅλην). Corp. VI 34314 vixit biennio mens(ibus) duob(us). IX 1515 vixit bienio mese v. V 6404 (Carm. epigr. 692, *christ. a. 476*) benio rexit populos.

Ter. Hec. 87 biennium ibi perpetuom misera illum tuli. Sall. hist. frg. 3, 46 proximi (Liv. 39, 13, 14 proximo. 42, 23, 1 Colvm. 5, 6, 12 Tac. ann. 14, 29 Papin. dig. 40, 5, 23, 4). Liv. 5, 29, 6 bienni superioris. 33, 46, 7 continuum (Pavl. Fest. p. 280 continuo. Vell. 2, 16, 4 Sen. nat. 4, 2, 16 Colvm. 5, 9, 11 Svet. Tib. 38. Vit. 5 continuato. Pompon. dig. 33, 2, 6 Pavl. dig. 19, 2, 54, 1). Colvm. 4, 17, 2 primi (5, 6, 9 primo). Colvm. 5, 5, 4 sequente (Plin. nat. 17, 150). Qvint. decl. 248 p. 17, 7 explica ... mihi medium illud biennium (*cf.* p. 17, 10). Vvlg. act. 28, 30 biennio toto (διετίαν ὅλην). Cod. Iust. 10, 32 (31), 18 pr. integro. Cic. de orat. 3, 93 hoc biennio (rep. 6, 11 Att. 13, 35, 1 Q. Cic. pet. 19). Caes. civ. 3, 32, 5 eo biennio (Liv. 4, 52, 8. 29, 12, 1 Vitr. 2, 7, 5). Liv. 3, 31, 2 suo. Qvint. decl. 248 p. 17, 10 idem illud biennium. Fronto p. 198, 1 N. illud. biennio post: Plavt. Bacch. 171 quam (*patriam*) ego biennio post quam hinc ... abii, conspicio lubens (*cf.* Merc. 12). Cato agr. 32, 2 biennio post praecidito veteres. 33, 2 (Plin. nat. 17, 195). 51 Cic. Brut. 316. div. 2, 46 signum ... biennio post quam erat locatum, in Capitolium conlocabatur. leg. 3, 35. Lael. 41 primo Gabinia lege, biennio autem post Cassia. Liv. 26, 24, 14. 34, 10, 5. 35, 9, 6 Svet. Aug. 26. Tib. 38 biennio continuo post adeptum imperium. Cal. 25. Pompon. dig. 40, 4, 41, 1 anno biennio triennio post quam ego mortuus ero. Avr. Vict. Caes. 10, 5. Vvlg. gen. 11, 10 (δευτέρου ἔτους μετὰ τὸν κατακλυσμόν). *cf.* Liv. 38, 43, 1 serius biennio (Ascon. Pis. p. 15). Colvm. 4, 33, 5 biennio tardius. post biennium: Cic. Quinct. 41 cum eum cottidie videres, post biennium denique appellas. epist. 10, 25, 2 Labeo dig. 32, 30, 2 Vell. 1, 14, 4. 5. 8. 2, 31, 2 Colvm. 4, 11, 1. 5, 6, 14 post annum aut biennium (Pompon. dig. 31, 43, 3. 45, 1, 109). 5, 6, 30. 5, 9, 11. arb. 9, 2 post biennium aut triennium. Plin. nat. 17, 97. 148 Frontin. aq. 6 Svet. Tib. 20. Tit. 11 post biennium ac menses duos diesque xx (Evtr. 7, 22, 1. *at* Avr. Vict. Caes. 10, 5 biennio post ac menses fere novem. *cf.* Scaev. dig. 40, 5, 41, 15 post biennium et sex menses). Ivlian. dig. 30, 84, 2 *et saepe apud Ictos.* Vvlg. II Macc. 10, 3 μετὰ διετῆ χρόνον (*cf.* II reg. 13, 23 post tempus biennii). Svlp. Sev. chron. 1, 11, 6. 2, 19, 7. 2, 23, 6 dial. 1, 22, 5 Anon. Vales. 9, 42. biennio ante: Cic. Cluent. 14 lectum..., quem biennio ante filiae suae ... straverat. 68 leg. agr. 2, 49 Sull. 67 Att. 9, 10, 6 Liv. 3, 66, 3 *et 14ⁱᵉˢ* (*cf.* 43, 2, 8 ille ... triennio ante, hic biennio prius ... praetor fuerat). Ascon. Corn. p. 56 biennio ante quam haec dicta sunt. p. 79 Tac. ann. 6, 25 [3, 31]. ante biennium: *cf.* Plavt. Bacch. 388 hoc factumst ferme abhinc biennium. Vitr. 2, 3, 2. 2, 7, 5 Vell. 1, 12, 4. 2, 48, 2. 2, 54, 2 ante biennium, quam extingueretur Pompeius. 2, 112, 7 Ascon. Pis. p. 8 Corn. p. 68. 78 Plin. nat. 36, 170 Svet. Tib. 76. Scaev. dig. 31, 88, 11 ante biennium mortis suae. Papin. dig. 45, 1, 124 ante finem biennii. Hier. epist. 54, 18 ante hoc ferme biennium (57, 2. 77, 1). Avg. civ. 16, 32 Greg. M. epist. 6, 59 p. 434, 6. per biennium: Cic. Cael. 78 quem vos per biennium ... ducem vidistis. Verr. 4, 101 Liv. 3, 56, 4. 22, 33, 1. 23, 42, 6. 45, 3, 7. Vell. 2, 16, 4 per biennium continuum. Cvrt. 7, 11, 1. Plin. nat. 17, 150 sequens. 19, 166 Plin. epist. 10, 56, 4 Traian. Plin. epist. 10, 57, 2 Fronto p. 170, 8 N. Papin. dig. 40, 5, 23, 4. Lampr. Alex. 64, 1 per biennium, ad summum per triennium imperantibus (*cf.* Capitol. Max. Balb. 15, 7). Lact. inst. 5, 11, 15 Ivst. 5, 1, 1 Hier. epist. 66, 1. 71, 1. Vvlg. act. 19, 10 (ἐπὶ ἔτη δύο). Svlp. Sev. Mart. 3, 5. in biennium: Cic. Att. 14, 6, 2 etiamne consules et tribunos pl. in biennium, quos ille voluit? Plin. epist. 3, 9, 18 Prisco in biennium Italia interdictum. Edict. imp. Hadr. Vlp. coll. Mos. 13, 3, 2 in biennium aut triennium ad opus publicum dari (*cf.* Call. dig. 47, 21, 2 ad opus biennio dari). Vlp. dig. 43, 20, 1, 34 in biennium haec res extendetur. Pompon. dig. 33, 2, 6 continuum. intra biennium: Vell. 2, 23, 2 eum poena intra biennium consecuta est. 2, 45, 3 Colvm. 2, 2, 13. 3, 3, 3 (*cf.* 3, 9, 6 intra tempus bienni. *item* Cod. Iust. 8, 33, 3, 3ᵇ). Plin. nat. 25, 20. Qvint. inst. 1, 12, 9 intra biennium, quam verba recte formare potuerunt. Test. Dasum. (Corp. VI 10229) 89 intra biennium quam mo⟨rtuus ero⟩. Cels. dig. 45, 1, 99 (Pompon. dig. 45, 1, 27) Papin. dig. 45, 1, 124 Vlp. frg. Vat. 334. Marcian. dig. 20, 6, 8, 18 intra annum aut biennium. Gaivs inst. 2, 235. Lampr. Alex. 22, 8 intra biennium vel prope annum. ultra biennium: Tac. ann. 1, 1 neque decemviralis potestas ultra biennium ... valuit. Svlp. Sev. chron. 1, 42, 4 non ultra biennium regno potitus est (1, 42, 5. 1, 51, 5). in biennio: Corp. VI 18086 (Carm. epigr. 1581, 8) sic tamen in biennio vixit quasi qui vixisset sedecim annis. *Ihm.*

Biennius *v.* 1. Bienus.

Biēnor *v.* Bianor.

1. Biēnus, -a *et* **Biennius,** -a *nom. gent.; v. W. Schulze, Eigennamen p. 133, qui confert* Viennius *et praeterea* Benus *et* Bionius *et p. 587* Biesius, Biolenus. C. Bienus (Βιῆνος) Longus *procurator Lyciae a. 80* (*Prosopogr. I p. 237 n. 107*). Corp. VI 13584 Cn. Bieno Cn. liberto Onesidoro. 10006 Biena Cor⟨...⟩ ungentaria. XI 972 (*Regi Lepidi, periit*) Cn. Bienus (*an* -nn-?) L. f. Broccus ... IIvir Regio Lepido. Corp. VI 13583 C. Biennio qui vixit an. x C. Biennius ⟨...⟩ Claudianus.

2. Bienus *nom. vir. barb.* Inscr. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1891, 109 (*Coloniae Agripp.*) Bienus Gati f.

Bieratus *nom. gent.* Corp. VIII 3472 (*Lambaesi*) Q. Bierato M. f. Cordo Sab(atina) Mantua.

Biēsius, -a *nom. gent.; cf.* Bienus. *Βιήσιος in exercitu Hispano Q. Fulvi Nobilioris:* Appian. Iber. 47. Corp. inscr. Att. III 1138 ἐπὶ ἄρχοντος Βιησίου Πείσωνος Μελιτέως (*saec. II altera parte*). Corp. VI 13585 P. Biesio Euporisto Biesia Artemisia f(ilio). 13586 Bies⟨i⟩a P. l. Flora.

Bieti (*dat.*) *cogn. vir.* Corp. X 7237 (*Lilybaei*) M. Marcio M. f. Cla. Bieti Glauco patri senatoris equo publico exornato ... c. v. adlecto inter tribunicios ab imp. Caesare M. Aur. Commodo. *Otto.*

bifāriam *adv.* [*cf. c.* multi- tri- quadri-fariam *sim. Th.*]. Prisc. gramm. III 74, 28 bifariam ... et trifariam et omnifariam composita sunt a ferendo et praepositis dictionibus. 416, 27 bifariam, trifariam, quadrifariam et similia. Gloss. διπλῶς. διοσῶς. διχῶς. διφασίως (*cf.* bifarius *et* difariam). Plavt. Aul. 282 ut dispertirem obsonium hic bifariam. Cato agr. 20 labeam bifariam faciat habeat, quas figat clavis duplicibus, ne cadat. Varro ling. 10, 52 divisum (rust. 1, 13, 4. 2, 4, 14. Liv. 25, 32, 7 divisis bifariam copiis. 40, 6, 5. 41, 19, 8 bifarias *cod.* Pavl. Fest. p. 33 bisaeta porca dicitur, cuius a cervice saetae bifariam dividuntur. Ascon. Scaur. p. 29 bifariam se diviserunt. Cens. 14, 4 p. 25, 9. 23, 9 p. 51, 1 Chalc. comm. 66. 243. Avg. civ. 7, 6 mundum dividi in duas partes, caelum et terram; et caelum bifariam, in aethera et aera). Cic. Tim. 31 quia bifariam contrarie simul procedentia *sidera* efficiebant, ut quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo. Tusc. 3, 24 cum ... is ... motus aut boni aut mali opinione citetur bifariam. Messalla ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 bifariam cum populo agi non potest. Liv. 3, 23, 7 bifariam consules ingressi hostium fines ingenti certamine hinc Volscos hinc Aequos populantur. 3, 63, 5 gemina victoria duobus bifariam proeliis parta. 10, 21, 12 castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit (22, 40, 5). Svet. Aug. 100 bifariam laudatus est: pro aede Divi Iuli a Tiberio et pro rostris veteribus a Druso. Pavl. dig. 38, 10, 10, 15 patrui filius, item filia bifariam numerantur. 38, 10, 10, 18 bifariam patruo accepto. Mod. dig. 38, 10, 4, 2 cognationis substantia bifariam apud Romanos intellegitur (*cf.* Pavl. dig. 38, 10, 10, 7). Tert. spect. 6 a primordio bifariam ludi censebantur, sacri et funebres. nat. 2, 9 bifariam Romanorum deos recognoscimus, communes et proprios. anim. 52 hoc ... opus mortis ... bifariam distinxit humanus affectus, in ordinariam et extraordinariam formam. 16 Plato bifariam partitur animam per rationale et inrationale. Cens. 6, 9 p. 11, 28 bifariam diduci (deduci *trad.*) *semen.* Sol. 1, 93 mensurae ratio bifariam convenit. Hyg. astr. 1, 8 Tanais ... bifariam se coniciens in paludem. Mar. Victorin. gramm. VI 51, 6 metrum ... bifariam accipiemus. Hier. in Ioel 3, 12 *sqq.* p. 212 interpretantur. in Eph. 1, 4 p. 550 ad quod bifariam est respondendum. Sidon. epist. 2, 9, 6 eas (*narratiunculas*) bifariam ordi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas. Ps. Apvl. herm. p. 278 utraque acceptio bifariam tollitur. p. 279 bifariam fit sublata illatio.

bifārius, -a, -um [*ab adverbio* bifariam *ductum esse videtur, v. Skutsch, Indogerm. Forsch. 14 (1903) p. 488 sq. Th.*]. Gloss. V 348, 53 (403, 10) bipertitus (*trad.* bibarius *et* bisarius). 171, 36 bisfurius bisformis. IV 26, 2 bifarius bilinguis (*sic saepius*). 314, 4 bifarium bilinguem vel duplici ratione. 314, 5 bifarium bipertitum aut duas faciens (facies habens? *cf.* 592, 20). 601, 10 bifaria (*an* bifariam?) duobus sermonibus vel duplici ratione (*cf.* V 348, 52. 403, 9). *cf. etiam* bilinguis, vivarium (Gloss.). Not. Tir. 71, 85 bifaria. Tert. nat. 2, 2 Arcesilaus trinam formam divinitatis ducit ...; Xenocrates ... bifariam facit, Olympios et Titanios. Comm. instr. 1, 24, 11 quid in synagoga decurris saepe bifarius? (*i. anceps*, bifarios *CB*). Zeno 2, 55 agnum bifaria natura commissum. Amm. 14, 11, 8 ratione (18, 4, 3 Isid. ord. creat. 1, 1). 19, 9, 4 anxietate bifaria stringebatur. Char. gramm. I 173, 13 declinationem bifariam activorum et passivorum. Hier. hom. Orig. in Is. 6, 3 bifariam sciens sermonis auditionem et duplicem noscens constitutionem. Ps. Orig. tract. 9 p. 98, 15 habens ... eiusdem carnis bifariam originem. Isid. ord. creat. 8, 14 sub qua bifaria bonae et malae voluntatis dispositione. *adv.* **bifāriē**. Gloss. διχῶς. Victorin. Poetov. (?) fabr. mundi Migne 5, 313^B per duodenas horas bifarie divisus est lucis et noctis. Hier. hom. Orig. Luc. 11 p. 276 bifarie in scripturis sanctis crescere quid dicitur. Cassian. conl. 10, 2, 1 utriusque sacramenti sollemnitatem non bifarie ut in occiduis provinciis, sed sub una diei huius festivitate concelebrant (*inde* Isid. eccl. off. 1, 27, 3). Consent. gramm. V 382, 26 bifarie dividitur (in bifariam *cod. M*). Isid. diff. 1, 522 tumulus bifarie ... vocatur. Beda gramm. VII 229, 18. Zeno 1, 2, 5 bifarie inclyta *lex*.

bifax δίχρωμος διπρόσωπος διττός Gloss. II 30, 26. *cf.* II 54, 8 difrax διπρόσωπος. V 592, 35 (*Scal.*) bifax duos habens obtutus. Lib. gloss. befacis mendacis. [*cf. c.* bi- *et c.* facies. *Th.*]

bifer, -fera, -ferum [*cf. c.* bi- *et c.* ferre, *gr.* δίφορος. *Th.*]. [*ital. merid.* biferu, *hisp.* breva '*ficus*'. *M.-L.*] Gloss. II 279, 18 δί[α]φορος bifer. III 511, 55 bifera (*trad.* bibera) bis acuta (V 172, 20), *cf.* biceps, bipennis. Varro rust. 1, 7, 6 multa sunt bifera, ut vitis apud mare Zmurnae, malus [biferae ut] in agro Consentino. Verg. georg. 4, 119 biferique rosaria Paesti (Mart. 12, 31, 3 prataque nec bifero cessura rosaria Paesto. *cf.* Sol. 2, 2 bifera violaria). Colvm. 10, 403 praecox bifera descendit ab arbore ficus (5, 10, 11. Plin. nat. 15, 71 biferae alba ac nigra. 16, 114. Svet. Aug. 76 ficos virides biferas maxime appetebat. Macr. sat. 3, 20, 1 Ps. Orig. tract. 11 p. 124, 5). Plin. nat. 1, 16, 50 biferae, triferae *arbores*. 13, 121 similis et apharce, bifera aeque quam andrachle. 15, 91 nuper ... virum audivi biferas et iuglandes nuces habere se profitentem. 16, 114 malus silvestris bifera. 18, 189 bifera vite (*cf.* Itala deut. 22, 9 [Lugd.] non seminabis vineam tuam biferam, διάφορον, Vvlg. altero semine). Stat. silv. 1, 3, 81 pomaria. Serv. georg. 2, 150 biferae sunt arbores *mali*. *nota*: Manil. 4, 230 in bifero Centauri corpore. 5, 15 biferum Cetum. *potius a* bi- *et* ferus.

bifert duplicem fert Gloss. V 443, 11. [*si vera vox, cf. c. gr.* διφορεῖν. *Th.*]

biferus *v. l. 49.*

bifēstus, -a, -um [*a* bi- *et* festus. *Th.*]. Prvd. perist. 12, 66 diem bifestum sic colas memento.

bifido, -āvī, -āre *a* bifidus. Potam. tract. 2 p. 1415^B barbaries sectum a capite duabus eum (*Isaiam*) violento supplicio quasi offulis bifidavit iussitque a capite ... usque ad scapulas secari cervicem.

bifidus, -a, -um [*a* bi- *et* findere, *gr.* διοχιδής; *cf. c.* bisulcis. *Th.*]. Prisc. gramm. III 416, 29 bifidus trifidus quadrifidus et similia. Gloss. IV 25, 59 bifidum biformem, *sic saepius* (*plerisque locis* bitidum *trad. cf.* 211, 42 biditum biforme. V 592, 36 bitidum informe). V 172, 42 bifidum in duas partes fissum (IV 26, 7). IV 489, 9 bifidorum divisorum (592, 23). Schol. Hor. sat. 2, 2, 122 duplice: bifido. [*romagn.* befol '*baculum*'. *M.-L.*]

Ov. met. 14, 303 pedes. Colvm. 4, 33, 4 ridicas. Plin. nat. 8, 124 ungulae (Sol. 32, 30 Hil. in Matth. 6, 1 Amm. 22, 15, 21. *cf.* bifissus). nat. 11, 171 lacertis bifida et pilosa *lingua*, vitulis quoque marinis duplex. 13, 30 folia, cultrato mucrone, lateribus in sese bifida, tabellas primum demonstravere geminas. 15, 88 sunt bifidae putaminum carinae nucleorumque quadripertita distinctio. 16, 195 communia his pinoque, ut quadripertitos venarum cursus bifidosve habeant vel omnino simplices. 17, 112 mollibus bifidorum viminum fasciis. 17, 150 bifida ex stirpe fiunt *pedamenta*. Val. Fl. 1, 570 in bifidum discessit iter. Cypr. Gall. deut. 30 aequore dividuo, bifida dum pendet in unda (Prvd. cath. 5, 71 aequore). Vers. metr. Fortun. gramm. VI 290, 15 docuit patens labellum bifido iugare rictu. Prvd. psych. 647 cum dispositis bifida agmina longe duceret ordinibus. ham. 93 spargitur in bifidas male sana intentio luces et duplices geminis auctoribus extruit aras. Clavd. 10, 146 hispida tendebant bifido vestigia cornu. 21, 199 ad bifidos tractus ... perstrinxit iter *Rhenus* (26, 336 te Cimbrica Tethys divisum bifido consumit, Rhene, meatu. Rvt. Nam. 1, 241). Pavl. Nol. carm. 27, 220 quos ... Abraham ... Isac ... Iacob progenuere deo per inenumerabile semen et bifidum meritis caelestibus atque caducis. Prisc. perieg. 11 bifido sed brachia litore pandens artatur rapidos cursus ad solis utrimque assimilis fundae *tellus*. Fvlg. myth. 2 praef. p. 35, 10 bifida ambiguitate suspensus. Ennod. opusc. 9, 3 p. 416, 15 mundi fabricam ... bifida auctoritate solidavit.

? **bifīlum** [*a* bi- *et* filum. *Th.*]. Serv. Aen. 12, 375 bilicem 'li' longa est et accentum habet, sicut 'bifilum' 'fi' producitur, quia et 'fila' et 'licia' dicimus (bifilium *SR*, bififum *H*, trifilem *coni. Thilo*). *cf. Heraeus, Herm. 34 (1899) p. 171.*

bifissus, -a, -um [*a* bi- *et* fissus, *gr.* δίσχιστος; *cf. c.* bifidus. *Th.*]. Gloss. V 172, 43 bifissum quod supra (*praecedit* bifidum: in duas partes fissum). Sol. 52, 38 boves ... solidis ungulis nec bifissis (*cf.* bifidus *p. 1979, 67*). *Ihm.*

Bifonius, -a *nom. gent.* Corp. X 3550 (*Miseni*) Bifonio Celestino nat. Afer *militi classis*. *Otto.*

? **biforidant** duplicant Gloss. V 492, 57 (bifurcant? *Götz*). *cf.* Prvd. *infra l. 25.*

biforis, -e [*a* bi- *et* fores, *gr.* δίθυρος. *Th.*]. *nota: neutr. plur.* bifora Vitr. *l. 24; neutr. praeterea non legi.* Gloss. II 30, 27 bifores δίτρυποι δίαυλοι (*cf. Sonny, Archiv 12 [1902] p. 125; cf.* Verg. *l. 30*). IV 25, 48 bifores duplices ianuae, *sic saepius.* Ov. met. 2, 4 argenti bifores radiabant lumine valvae. Pont. 3, 3, 5 bifores intrabat luna fenestras. Vitr. 4, 6, 6 *antepagmenta* non fiunt clathrata neque bifora sed valvata. Prvd. psych. 666 ubi artum liminis introitum bifori dant (*cf.* Gloss. *l. 16*) cardine claustra. Pavl. Nol. carm. 27, 374 per arcus ... bifores. Apvl. Plat. 1, 14 quarum (*narium*) bifori via odor cum spiritu commeat. Sol. 2, 48 nidos moliuntur bifori accessu. Sidon. epist. 3, 13, 6 *aurium* fistulam biforem. carm. 11, 123 ignem per bifores regemunt cava buxa cavernas. Verg. Aen. 9, 615 biforem dat tibia cantum (Serv. *ad l.* bisonum, imparem *et ibid.* dissonum, dissimilem. *cf.* Hos. Geta Med. 419 Avson. 352, 16 Gloss. *supra l. 20*). Stat. Theb. 4, 668 aeraque tympanaque et biforem reticere tumultum imperat, attonitas qui circum plurimus aures *est*. Sidon. carm. 5, 495 ad biforem reboat nec tibia flatum.

bifōrmātus, -a, -um [*a* bi- *et* forma *vel* formare. *Th.*]. Cic. carm. frg. 33, 13 non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

bifōrmis, -e [*cf. c.* biformatus, *gr.* δίμορφος. *Th.*]. Not. Tir. 67, 41 (*seq.* triformis, quadriformis). Gloss. II 278, 2 δίμορφος biformis. 30, 32 biformes δί[σ]μορφοι. V 172, 45 biformes quae duas formas habuerint. *cf.* bifidus. biformis *apud* Vigil. Trid. *l. 73 nom. sing. potius quam abl. plur.*

de animantibus (plerumque fabulosis) et rebus: Verg. Aen. 6, 25 mixtumque genus prolesque biformis Minotaurus inest (*cf.* Sen. Phaedr. 1172 taurus biformis. Ennod. carm. 2, 103, 3 vacca biformis. Coripp. Ioh. 4, 610 pectus ... biforme *Minotauri*. Carm. epigr. 855 *l. 53*). Aen. 6, 286 Centauri in foribus stabulant Scyllaeque biformes (*cf.* Serv. *ad l.* Coripp. Ioh. 1, 213). Ciris 67 monstro ... biformi (*sic trad. in versu corrupto. cf.* Ov. met. 8, 156 monstri ... biformis. Paneg. 2, 4 p. 92, 24 monstrorum biformium. 3, 3 p. 103, 22 biformium bella monstrorum, *de Gigantibus*. Carm. epigr. 855 Teseus intravit monstrumque biforme necavit [*aet. infimae, Ticini in pavimento Theseum et Minotaurum exhibente*]. Prvd. psych. 569 portenti). Ov. met. 2, 664 pater (*i. Chiron*). *et saepius de Centauris*: Ov. met. 9, 121 Nesse. 12, 456. Lvcan. 3, 198 populum ... biformem (*cf.* Ov. am. 2, 12, 19). Stat. Ach. 2, 165 Anth. 622, 5. Clavd. 3, 329 nec plus nubigenas duplex natura biformes cognatis aptavit equis. Prob. Verg. georg. 3, 113. Sidon. carm. 5, 543 numquid mihi membra biformis Hylaei natura dedit? 14, 29 senex (*i. Chiron*). *cf.* Germ. 699. Ov. met. 4, 387 nati (*i. Hermaphroditi*). fast. 1, 89 Iane biformis (5, 424. Sept. Ser. carm. frg. 23, 1 dive biceps, biformis). Manil. 3, 257 Capricorni (Germ. frg. 4, 130). Colvm. 10, 427 inter lascivos Satyros Panasque biformes. Val. Fl. 1, 669 divosque. Tac. ann. 12, 64 biformes hominum partus (*cf.* Sen. Phaedr. 691). Carm. epigr. 253, 8 (*a. 246*) ⟨signa deum⟩ facie renovans dominamque biformem (*v. adnot. Buecheleri*). Firm. err. 21, 2 deus iste vester non biformis est, sed multiformis. Ivst. 2, 6, 7 Cecropem ... biformem tradidere, quia primus marem feminae matrimonio iunxit. Qverol. p. 31, 8 *cynocefalos* a pectore biformes, infra homines, sursum feras. Clavd. rapt. Pros. 3, 12 Glaucum. *nota*: Vigil. Trid. ad Ioh. 10 p. 557^B Alexandria ... numerosa daemonibus, biformis Anubibus, idolis multiformis semihominibus. *in imagine*: Hor. carm. 2, 20, 2 non usitata nec tenui ferar penna biformis per liquidum aethera vates (*falso interpretatur* Porph. biformem ... vatem se dicit, quod et lyrica scribat et hexametros. *item* Schol. *ad l.*). *pro homine turpi*: Ennod. carm. 2, 106, 1 tot rebus fallax, quid garris, pica biformis, semivir et tremulo qui vexas turpia lumbo? (*cf.* v. 4 'vir femina'). Cypr. Gall. lev. 169 filoque biformi. Pavl. Nol. carm. 19, 609 *crucem* (*syn.* bicornem). Chalc. transl. 17 biformi ... natura praeditos (*sc. milites in Platonis re publica*). 35 ex gemina biformique natura ... tertium naturae genus commentus est (*cf.* comm. 27 naturam non ... simplicem, sed bimembrem). Ps. Cens. 2, 6 p. 57, 16 quartum quodque eorum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*signorum zodiaci*) aut tropicum aut solidum aut biforme p. 57, 19 *signis zodiaci* tropicis proxima solida *sunt*, anteposita his biformia (deforme *et* deformia *trad.*). 3, 9 p. 59, 25 signa . . . biformia geminatione rerum omnium repetitionem significant et interim dilationem (*opp.* solida). FIRM. math. 3, 6, 31 in tropicis signis vel in erraticis vel squamosis vel in biformibus (*syn.* duplex 4, 6, 4. *cf.* 2, 10, 5. 4, 19, 19 biforme numen Veneris). MAR. VICTOR. gramm. VI 6, 13 e et o, quae biformes dicuntur, quia pro binis graecis apud nos ponuntur. 7, 23 e vocalis biformis (7, 27). PS. PALAEM. gramm. V 546, 21 adverbiorum biformis regula est. PRVD. psych. 761 quia fissa voluntas confundit variis arcana biformia fibris. AVG. epist. 241, 2 spiritum (*seq.* triformem deum). APRING. in apoc. praef. p. 1 biformem divinae legis historiam duplici sacramenti mysterio disserendam non nostrae humanitatis fragilitas aliter poterit enarrare.

biforus *v.* biforis.

bifrōns, -frontis [*a* bi- *et* frons, *gr.* διμέτωπος. *Th.*]. GLOSS. II 277, 56 διμέτωπος. *proprie de Iano* (*cf.* biceps, geminus *al.*): GLOSS. IV 586, 12 bifrons Ianus (V 271, 50). VERG. Aen. 7, 180 Ianique bifrontis imago. 12, 198. CYPR. idol. 2 p. 20, 10 bifrons exprimitur. AVSON. 333, 15 Iani mense bifrontis. 377, 2 ANTH. 852, 3. SERV. Aen. 7, 607 Ianum . . . apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse (*cf.* AVG. civ. 7, 4). SCHOL. Pers. 1, 58 Ianus dicitur bifrons esse, qui nec poterit derideri nec ei a tergo sanna fieri. MACR. sat. 1, 9, 4 ideo eum dici bifrontem putant, quod et praeterita sciverit et futura providerit. CARM. c. pag. 93. AVG. civ. 7, 7 istum bifrontem. 7, 8 Iani bifrontem imaginem. *ibid.* bifrontis simulacri interpretatio *et* simulacrum Iani bifrontis. *ibid.* de bifronte (-ti *pars codd.*). SIDON. carm. 7, 10 necte bifrontes, anceps Iane, comas. 23, 307 IORD. Rom. 95. *translate*: AVG. soliloq. 2, 10, 18 illud verum quaerere, quod non quasi bifronte ratione sibique adversanti, ut ex aliqua parte verum sit, ex aliqua falsum sit.

? **bifurcant** *v.* biforidant. **bifurcis, bifurcium** *v.* bifurcus.

bifurcus, -a, -um [*a* bi- *et* furca. *Th.*]. *forma* bifurcis, -e *l. 45.* bifurtius, -cium *l. 47 et 52.* OV. met. 12, 442 ramum (NVX 151). LIV. 33, 5, 9 leves et bifurcos plerosque et trium aut cum plurimum quattuor ramorum vallos. COLVM. 3, 18, 1 pastinum . . . vocant agricolae ferramentum bifurcum (*cf. l. 48*). 5, 11, 3 surculi sint bifurci vel trifurci. arb. 7, 5 ut quam acutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, findas eam (*vitem*). PLIN. nat. 16, 122 quaedam (*arbores*) bifurcae atque etiam in quinas partes diffusae, quaedam dividuae nec ramosae. 17, 124 ut taleae ex feracibus fiant arboribus, ne curvae neve scabrae aut bifurcae, ⟨ne⟩ tenuiores quam ut manum impleant. ITALA Ios. 8, 29 (Lugd.) regem . . . suspendit in ligno bifurco (ἐπὶ ξύλου διδύμου, VVLG. in patibulo). COMM. instr. 1, 19, 11 vertitur a se⟨se⟩ rotans cum ligno bifurci (*vix gen. neutr.*). GROM. p. 305, 22 terminus si bifurcus fuerit, samardacus dicitur, trifinium facit. *cf.* p. 360, 21 talem terminum nomine bifurtium (p. 363, 3). *neutr. pro subst.*: COLVM. 3, 18, 6 bifurco pastini (*cf. supra l. 36*). 4, 24, 10 focaneus palmes, qui solet in bifurco medius (melius *codd.*) prorepere. PETRON. 62 sudor mihi per bifurcum volabat. VEG. mulom. 2, 40, 2 L. ne . . . bifurcum (*sc. venarum*) tangas et iumentum occidas (*apud* CHIRON. 565 bifurcium *trad.*, *cf.* 7 *et* 17 bifurcio). [*raet.* bavork. *M.-L.*] *Ihm.*

Bifurcus *fundus in vicinia Romae.* GREG. M. epist. 14, 14 massam, quae Aqua Salvias nuncupatur, cum omnibus fundis suis, id est . . . villa Pertusa, Bifurco (Biforcum, Vifurcii, Bifurcu *alii*), Priminiano . . . .

bifurtius *v.* bifurcus. **bīga** *v.* bigae.

Biga *nom. figuli.* Biga fec., Bica fe. *sim. in vasculis*: CORP. XIII 10010, 293. 294. VII 1336, 146. 147. *Otto.*

bīgae, -ārum, *abusive* **bīga,** -ae *f.* [*factum ex* *dvi-iuga; *cf. c.* biiugus biiugis. *Th.*]. VARRO ling. 8, 55 nec non ut quadrigae, trigae, sic potius dvigae quam bigae *diceretur.* ISID. orig. 18, 36, 1 bigae . . . a numero equorum et iugo dictae. PRISC. gramm. II 126, 23 nec solum i, sed aliae quoque vocales . . . solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut 'biiugae bīgae' (*cf.* GRAMM. suppl. 113, 10). *num. sing. damnant* GRAMM. *post* VARRONEM: VARRO ling. 10, 24 sic bigae, sic quadrigae a coniunctu dictae. itaque non dicitur, ut haec una lata et alba, sic una biga, sed unae bigae, neque dicitur, ut hae duae latae, albae, sic hae duae bigae et quadrigae. *cf.* 10, 66 *sq.* 9, 63 *sq.* CAPER gramm. VII 104, 16 quadrigas trigas bigas pluraliter effer. CHAR. gramm. I 33, 7 DIOM. gramm. I 327, 34 EXC. Bob. gramm. I 549, 2. SERV. georg. 1, 192 numeri sunt tantum pluralis, ut . . . bigae, licet abutantur poetae (Aen. 2, 272. 5, 721. 12, 164). POMP. gramm. V 177, 24 'bigae' debemus dicere, invenimus 'biga' (167, 21 *affert* STAT. Theb. 1, 338). PHOC. gramm. V 428, 9 BEDA gramm. VII 265, 21. GLOSS. II 278, 51 singulare non habet (448, 51). *singul. habent*: SEN. Herc. O. 1520 PLIN. nat. 34, 89. 35, 27. 141 STAT. Theb. 1, 338 silv. 1, 2, 45. 3, 4, 46 TAC. hist. 1, 86 SVET. Tib. 26 ANTH. 197, 17 VVLG. Is. 21, 9 HIER. in Dan. 5, 1 in Ier. 25, 26 in Zach. 6, 1 p. 822 epist. 117, 11 CASSIOD. var. 3, 51, 6 HIST. Apoll. *saepius.* GLOSS. NOT. Tir. 112, 74 SCHOL. Arat. rec. interp. p. 290, 22. *tituli*: CORP. VI 33946. XIV 2991. IX 4208. X 6090 INSCR. Ephem. epigr. VIII 371 CORP. XI 6053. 6357. VIII 7103. bigiis: CORP. X 7295. vigis: ACT. Arv. a. 213 (Corp. VI 2086, 7). *et sic raro in codd., ex. gr.* GLOSS. II 448, 51 (*cf.* 597, 6 virga). βῆγαι: CONST. PORPH. cer. aul. I 70 p. 344. *compendium* big.: ACT. Arv. a. 219 (Corp. VI 2067, 11) CORP. XI 6356. *legitur inde ab* ENNIO (*deest apud* PLAVT. TER. CIC. *al.*). *lectio inc.* ACC. trag. 680.

proprie: *de duobus iumentis (equis) iunctis, tum de curribus binis equis aliisve animalibus instructis* (*cf. Pollack, PW. III 465*): AVG. civ. 19, 3 duos equos iunctos bigas vocamus, quorum sive dexter sive sinister pars est bigarum, unum vero eorum . . . bigas non dicimus, sed ambo simul. GRAMM. suppl. 241, 17 bigae *dicuntur*, quibus duo *equi copulantur.* GLOSS. II 277, 11 δίιππον biga (III 11, 7). 29, 49 biga ξυνωρίς (III 241, 4. 372, 13. *plur.*: III 173, 56 *al.*). III 302, 66 συνωρὶς δίπωλον biga. II 278, 48 δίπωλα hae bigae, singulare non habet (262, 32). V 348, 19 bigae, ubi duo equi curru iunguntur (402, 73). 563, 18 biga: duo equi sub uno iugo (*cf.* 492, 58). II 597, 6 virga: vehiculum ab equis duobus ductum. *cf.* LYD. mens. 1, 12 τὰ δίζυγα ἅρματα βίγας ἐκάλουν. VARRO Men. 457 aspicio *rusticum* bigas sequi cornutas. CINNA carm. frg. 1 at nunc me Cenumana per salicta bigis raeda rapit citata nanis (*i. mulis humilioribus, cf.* GELL. 19, 13). CATVLL. 55, 26 Rhesi niveae citaeque bigae. VERG. Aen. 12, 164 bigis it Turnus in albis. FEST. p. 178 October equus . . . bigarum victricum dexterior. PETRON. 39 in geminis . . . nascuntur bigae et boves. PLIN. nat. 7, 202 bigas prima iunxit Phrygum natio, quadrigas Ericthonius. SYMM. epist. 6, 40, 1 consulem currus, quo vehebatur, evolvit per ferociam bigarum. *nota*: PRVD. c. Symm. 1, 361 bigas frenare boves. VERG. Aen. 2, 272 *Hector* raptatus bigis (*cf.* AVSON. 235, 3). LIV. 1, 21, 4 ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit. MELA 3, 52 dimicant . . . bigis et curribus Gallice armatis. PLIN. nat. 8, 182 *vidimus tauros* bigarum . . . curru citato velut aurigas insistere. 37, 158 bigis vehi. SVET. Iul. 39 circensibus . . . quadrigas bigasque et equos desultorios agitaverunt nobilissimi iuvenes. Tib. 26 natalem suum . . . vix unius bigae adiectione honorari passus est *circensibus.* Dom. 4 sollemnes bigarum quadrigarumque cursus. ACT. Arv. a. 213 (Corp. VI 2086, 7) signum quadrigis vigis desultoribus misit (*cf.* a. 155 Corp. VI 2086, 44. a. 219 Corp. VI 2067, 11). CORP. VI 33946 vicit palmas in biga (*cf.* 33948). ITIN. Alex. 25 utrimque . . . equos bigas aurigantesque facile confixerant. VVLG. Is. 21, 9 iste venit ascensor vir bigae (ἀναβάτης ξυνωρίδος. *cf.* HIER. in Dan. 5, 1 in Ier. 25, 26). *de Luna, Aurora, sim.*: TERT. spect. 9 quadrigas Soli, bigas Lunae sanxerunt. ANTH. 197, 17 Lunae biga datur semper Solique quadriga. CASSIOD. var. 3, 51, 6 biga quasi lunae, quadriga solis imitatione reperta est. ISID. orig. 18, 36, 1 quadrigas Soli, bigas Lunae, trigas inferis . . . consecraverunt. 18, 36, 2 bigas lunae, quoniam gemino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte et die videtur. iungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. SCHOL. Arat. lat. rec. interp. p. 290, 22 luna bigam habere dicitur sive propter velocitatem sive pro eo, quod die et nocte apparet, sive quod hieme et aestate lucet, sol vero quadrigam propter quattuor tempora. *cf. Wissowa, Relig. und Kultus d. Römer p. 261. 392.* ENN. trag. 96 quae (*Nox*) cava caeli signitenentibus conficis bigis. VARRO Men. 92, 6 Lunae bigas. VERG. Aen. 5, 721 nox atra polum bigis subvecta tenebat. 7, 26 Aurora in roseis fulgebat lutea bigis (*cf.* ELEG. in Maec. 1, 125 VAL. FL. 2, 261 AVSON. 428, 1. 461, 1). CIRIS 38 purpureos inter soles et candida lunae sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 277 *de nocte*). MANIL. 5, 3 quadriiugis et Phoebus equis et Delia bigis. SEN. Ag. 818 tuas lente remeare bigas, pallida Phoebe. Herc. O. 1520 o decus mundi, radiate Titan, cuius ad primos Hecate vapores lassa nocturnae levat ora bigae (Phaedr. 312 nocturnas agitare bigas). LVCAN. 1, 78 obliquum bigas agitare per orbem (*de Luna*). VAL. FL. 3, 210 lentis haeret nox conscia bigis. 2, 295 soporiferas quae nunc trahis aequore bigas (*Luna*). SIL. 3, 59 immissis per caerula bigis (*de Luna*). STAT. Theb. 6, 688. 12, 297 lunaribus. 1, 338 rorifera gelidum tenuaverat aera biga *Titanis.* silv. 1, 2, 45 si alma per auras te potius prensum veheret Tithonia biga. 3, 4, 46 olorinaque iubet considere biga *Venus.*

artis opera: PLIN. nat. 33, 46 notae argenti fuere bigae atque quadrigae. *cf.* GLOSS. V 561, 38 *et* bigatus. PLIN. nat. 35, 27 cuius supra caput tabella bigae dependet. 35, 141 Cratinus comoedos . . . pinxit; Eutychides biga, ⟨qua⟩m regit Victoria, Eudorus scaena spectatur. *in statuaria*: *cf.* PLIN. nat. 34, 19 equestres . . . statuae Romanam celebrationem habent, orto sine dubio a Graecis exemplo. sed illi celetas tantum dicabant in sacris victores, postea vero et qui bigis vel quadrigis vicissent. 34, 20 non vetus et bigarum celebratio in iis, qui praetura functi curru vecti essent per circum; antiquior columnarum. PLIN. nat. 34, 71 Calamis et alias quadrigas bigasque fecit, equis semper sine aemulo expressis. 34, 72. 78. 34, 86 Aristodemus et luctatores bigasque cum auriga fecit. 34, 89 Tisicratis bigae Piston mulierem inposuit. *cf.* IVV. 10, 59 TAC. hist. 1, 86. HIST. Apoll. rec. A 10. 50 statua tua posita in biga. rec. B 10 ex aere bigam in foro ei statuerunt. 29. 50. *adde titulos*: CORP. XIV 2991 populo postulante bigam. IX 4208 (*sing.*). X 3704 huic cum . . . populus in spectaculis adsidue bigas statui postulasset. 6090 impendium bigae, quam populus ex collatione legativi epuli

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

offerebat, remisit. 7295 (*bis plur.*) INSCR. Ephem. epigr. VIII 371 (*Puteolis, saec. II/III*). CORP. XI 6053 ob dedication. bigae. 6356 huic prímo omnium ob eximias liberalitat⟨es⟩ ... big. pos(uit) ⟨pleb⟩s urb⟨ana⟩ ex aere conlato. 6357 (*sing.*). II 1086 honorato ab exercitibus ... bigís auratis et statuis equestribus. VIII 7103 (*sing.*).

translate: *cf.* GLOSS. II 570, 1 biga bina (biga iuga habens *Löwe, gloss. nom. p. 23*). VARRO Men. 87 properate vivere, puerae, qua sinit aetatula ludere, esse, amare et Veneris tenere bigas. DON. Ter. Phorm. 57 duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex cupitis altera. HIER. adv. Iovin. 1, 19 si duas bigas uxorum et concubinarum habuit Iacob. epist. 117, 11 sit biga, sit triga. AVG. trin. 3 pr. 1 ut eorum in Christo laudabilibus studiis lingua ac stilo meo, quas bigas in me caritas agitat, maxime serviam. SIDON. epist. 9, 15, 1 v. 4 pigrasque bigas ... spondeus addat.

derivata: bigarius, bigatus.

bigamus, -ī *m.* [*mutatum pro* digamus, *q. v. Th.*]. ISID. orig. 9, 7, 15 bigamus ... a numero uxorum vocatus. GLOSS. IV 25, 36 secundae uxoris maritus (488, 45. V 443, 18). 592, 25 qui secundam habet uxorem. 211, 36 qui duas habuit vel habet uxores (*cf.* 586, 7. 601, 11). V 271, 45 qui secundo nubat. CANON. Migne 56, 441^{A} quotquot virginitatem polliciti praevaricati sunt, professione contempta inter bigamos, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. 753^{C}. 756^{B} presbyterum ad nuptias bigami non comedere. *ibid.* paenitentiam petens bigamus. 762^{A} cum bigamis communicare. LVP. EVPHRON. epist. p. 66^{B} de clericis ... bigamis. CONC. Aurel. a. 541 p. 89, 12 si quis episcoporum ... aut bigamum aut internuptae maritum ad officium leviticae dignitatis ... promovere praesumpserit. GREG. M. epist. 1, 41^{a} p. 60, 18 bigamìs ... aperta fronte resistimus. 2, 37 p. 133, 9 ne bigamum ... ad sacros ordines permittas accedere. 4, 26 p. 261, 22. 13, 7 p. 373, 4. *cf.* binubus. *Ihm.*

Bigandar. *in* EPIT. Alex. 84 *corrupte sic legitur*: venit ad insulam Patala ... in ea regione dextra fluminis (*Indi*) Bigandar inest. *Otto.*

caio breialo sive **bigardio** NOM. GALL. chron. I p. 613, 10.

bīgārius, -ī *m. a* biga. LYD. mens. 1, 12 τὰ δίζυγα ἅρματα βίγας ἐκάλουν, ἐξ ὧν καὶ βιγάριοι (βηγ- CONST. PORPH. cer. aul. I 70 p. 344). NOT. Tir. 112, 79 bigarius. CORP. VI 10078 (*c. add.* 33940) hic iaceo bigarius infans. *falsa lectio ap.* ARNOB. nat. 2, 38. *cf. Pollack, PW. III 467.*

Bigastrēnsis *v.* Begastrensis. [*Ihm.*

Bigati *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 295. Bicatius *confert Bohn.* *Otto.*

bīgātus, -a, -um *a* biga. *de nummis* (*adi. et subst.*): *cf. Kubitschek, PW. III 476.* PAVL. FEST. p. 98 nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti (*cf.* FEST. p. 347, 14). PLIN. nat. 33, 46 notae argenti fuere bigae atque quadrigae; inde bigati quadrigatique dicti. GLOSS. V 561, 38 argenti ⟨bi⟩gati, ubi erat biga caelata. LIV. 33, 23, 7 aeris tulit ... ducenta triginta septem milia quingentos, argenti bigati undeoctoginta milia (33, 23, 9. 33, 37, 11. 36, 21, 11). 34, 46, 2 argenti infecti *pondo tot*, bigati *tot.* 36, 40, 12 bigatorum nummorum. LIV. 23, 15, 15 bigatosque quingentos ... numerare iubet. 34, 10, 4 argenti infecti *pondo tot* et signati bigatorum *tot.* 34, 10, 7. TAC. Germ. 5 pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. *in* EDICT. Diocl. 15, 37 καροῦχα βιγᾶτα *praebet fragm. G, vix recte (cf. Blümner, Maximaltarif p. 141). Ihm.*

Bigelis. IORD. Rom. 336 *imperator* Leo (*I*) ... Bigelem (Bigilem *L*) ... Getarum regem ... interemit. *cf. Seeck, PW. III 468. Otto.*

bigeminus, -a, -um *a* bi- *et* geminus. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 3 p. 1114^{D} quaerendum, utrum naturalis ista complexio et bigemina existentiae modo pura simplicitas unave sit an duae (*syn.* geminus). gramm. VI 133, 19 'equum sub aurata iuga media bigemina'.

bigemmis, -e [*a* bi- *et* gemma. *Th.*]. TREB. Claud. 14, 5 *dabis ei* anulum bigemmem unum uncialem. *in herba*: COLVM. 5, 5, 11 pro custodibus ... bigemmes reseces (recises *SA*) fiunt.

bigener, -a, -um [*a* bi- *et* genus, *gr.* διγενής; *cf. c.* degener. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 33 bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut ... muli ex equo et asina. ISID. orig. 12, 1, 56 quod (*genus equorum*) bigenerum dicitur, quod ex diversis nascitur, ut mulus. 12, 1, 61 in animantibus bigenera dicuntur, quae ex diversis nascuntur. GLOSS. IV 26, 3 bigener (-nes *cod.*) de duorum generibus natus. 585, 32 bigener (-nis *cod.*) de duobus generibus conceptus (314, 7 *et* 592, 26 *et* V 172, 46 bigenerum. V 402, 64 bigimen. IV 601, 12 biginem. 212, 5 bigene). *cf.* IV 592, 27 bigermen ex duobus generibus conceptum. 592, 28 bigermen e duobus seminibus germinatum. VARRO rust. 2, 8, 1 muli et item ⟨hinni⟩ bigeneri atque insiticii, non suopte genere ab radicibus.

bigera *v.* bicerres. [**bigermen**] *v.* bigener *l.* 72.

Bigerra *oppid. Oretanorum in Hisp. Tarrac., hodie* Becerra. LIV. 24, 41, 11. *cf. Hübner, PW. III 468.*

Bigerrī *v.* Bigerriones. **bigerrica** *v.* bicerres *et* Bigerriones.

Bigerriones *populus Aquitanicae* (*hodie* le Bigorre), *de quo cf. PW. III 468 et Hirschfeld, Corp. XIII 1 p. 48.* CAES. Gall. 3, 27, 1 Tarbelli, Bigerriones. PLIN. nat. 4, 108 Begerri (begerbi *trad.*, bigerriones *corr. m. 2 in cod. Paris. 6795*). PAVL. NOL. carm. 10, 246 digna ... pellitis habitas deserta Bigerris. *huc pertinet ut videtur* **Bigerrus** *nom. vir. apud* SIDON. epist. 1, 11, 3 insidias nescienti tam Paeonius quam Bigerrus *Arelatensis* has tetenderunt. *adi.* (?) **Bigerrus**, -a, -um. VIRG. gramm. epit. 2 p. 8, 13 Bigerro (Bigerrico *Rönsch*) sermone (*cf. Archiv 1, 1884, p. 461*). *adi.* **Bigerricus**, -a, -um. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 8 Bigerricam vestem brevem atque hispidam (*cf.* GLOSS. V 520, 23 *et* 563, 17 Bigerrica vestis). VEN. FORT. Mart. 3, 49 induitur sancto hirsuta bigerrica palla. SIDON. epist. 8, 12, 1 solet Bigerricus (bigericus *cod. Paris. 9551*) turbo mobilium aggerum indicia confundere. CONC. Aurel. a. 545 Mansi 9, 120^{D} civitatis Bigerricae. *cf.* bicerres, -us. *eorum oppidum* **Begorra** (Bi-, Bo-): NOT. Gall. 14, 11 (chron. I p. 607) castrum Bogorra (*sic codd. pler., v. l.* begorra, beorra, bigorra *al.*). GREG. TVR. Franc. 9, 20 (pactio Guntchramni p. 376, 16) civitatibus ... Benarno et Begorra (*v. l.* bigorra, begaro). RAVENN. p. 300, 5 Bigorrias. *adde* Begorra *in* MARTYROL. Hier. Kal. Mai. *et in nummis Meroving.* *adi.* **Bigerritānus**, -a, -um. AVSON. 400, 5 in fundo patriae Bigerritanae (begerit- *codd.*). CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 337^{D} episcopo Bigorritanae civitatis. CONC. Aurel. a. 541 p. 97, 11 Begoritanae ecclesiae. CONC. Matisc. a. 585 p. 173, 6 ecclesiae Bioretane. GREG. TVR. Franc. 9, 6 Beorretanae urbis (glor. conf. 48). glor. mart. 73 urbis Beorritanae (*item* ind. cap. p. 486, 24). *Ihm.*

Bigeste *mansio in Dalmatia; cf. Patsch, PW. III 468.* TAB. Peut. 6, 4 *et* RAVENN. p. 210, 8 Bigeste. *Otto.*

Bigi *v.* Vegium.

bignae geminae dicuntur, quia bis una die natae sunt PAVL. FEST. p. 33. [*cf. c.* bi- *et* gignere (g)nasci. *Th.*].

bigoda *v.* birotus. **Bigor** *v.* Vigor.

Bigorra, -itānus *v.* Bigerriones.

δίβαθμον **bigradum** GLOSS. II 276, 5. *a* bi- *et* gradus. *Ihm.*

Biguae monasterium *Carthagine.* PS. VICT. VIT. pass. 16 in monasterio Biguae contiguo basilicae quae dicitur Celerinae. *Otto.*

bigulis *v.* biiugus *l.* 58.

bihērēs duas habens hereditates. GLOSS. V 632, 43. *Ihm.*

Bihosc- *nom. vir. barb.* CORP. XIII 59 (*in Aquitania*) Sembetten⟨...⟩ Bihosci N⟨...⟩nis f.

genet. **Bihotarris** *nom. vir. barb.* CORP. XIII 136 (*in Aquitania*) Silvano Bihotarris f.

Bihotus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 230 (*in Aquitania*) Hercul(i) invicto Bihotus ex voto posuit. *sic legit Hirschfeld; cf.* Bihoxus.

Bihoxus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 321 (*in Aquitania*) Andostenno Andost. Bihoxus fil. *cf.* Bihotus.

Biioss... *nom. barb.* CORP. XIII 393 (*in Aquitania*). Bi⟨h⟩oss... *coni. Hirschfeld.* *Otto.*

biiugis *v.* biiugus.

biiugus, -a, -um *et* **biiugis**, -e [*a* bi- *et* iugum *vel* iungere, *gr.* δίζυξ, *cf. c.* bigae. *Th.*]. *cf.* PRISC. gramm. II 126, 23 *v. s.* bigae. NOT. Tir. 112, 57 biiugum (*praecedit* iugum). *antiquior forma in* -us *videtur* (*inde a* LVCR.): *cf.* SERV. Aen. 10, 576 biiugis] erit nominativus 'hic biiugus', nam alias biiugibus faceret, si esset tertiae formae ab eo quod est 'hic biiugis, huius biiugis'. *utramque usurpant* VERG. (biiugis: georg. 3, 91 Aen. 12, 355; biiugus 7^{ies}), VAL. FL. (-is 2, 566 *et* 6, 413; -us 7, 218), AVSON. (*singulis locis*). *formam in* -is *praeterea habent* CVLEX (*bis*) *et* SEN. trag. SVET. (PS. AVR. VICT. *cod. Landolfi*) APVL. CLAVD. PAVL. NOL. CARM. de Sod. (*singulis locis*). *gen. plur.* biiugum: OV. met. 4, 24 PRVD. c. Symm. 1, 128.

GLOSS. IV 601, 13 biiugis duobus anima⟨li⟩bus iunctis (inviatus *cod. b*, invictus *cod. a, m. 2 corr. in iunctus; an* iugatis? *cf.* V 271, 51 bigulis iugatis anima⟨li⟩bus). LVCR. 2, 601 *Magnam Matrem* cecinere poetae sedibus in curru biiugos agitare leones (VERG. Aen. 10, 253). VERG. georg. 3, 91 Martis equi biiuges (Aen. 12, 355 sistit equos biiugis. CVLEX 202. 283 MART. 1, 12, 8. CARM. epigr. 1279, 4 et tamen a biiugis non removerer equis, *in basi aurigae*). OV. met. 4, 24 biiugum pictis insignia frenis colla premis lyncum. VAL. FL. 7, 218 serpentibus. STAT. Ach. 1, 222 murice frenat acuto delphinas biiugos. PRVD. c. Symm. 1, 128 biiugum ... ferarum. LVCR. 5, 1299 biiugo curru belli temptare pericla (SIL. 2, 82. SVET. Cal. 19 curriculoque biiugi famosorum equorum [*inde* PS. AVR. VICT. epit. 3, 9 curru biiugi]. APVL. met. 4, 31 currus biiuges. AVSON. 400, 6 plaustro. COD. Theod. 14, 12, 1 [*a.* 386] carrucis biiugis). VERG. Aen. 5, 144 certamine. STAT. Theb. 2, 723 temone. *subst.* (*sc. equi*): LVCR. 5, 1300 et biiugo⟨s⟩ prius est quam bis coniungere binos et quam falciferos armatum escendere currus (*nisi* biiugo *retinendum est*). VERG. Aen. 10, 398 Pallas biiugis fugientem Rhoetea praeter traicit. 10, 452 desiluit Turnus biiugis (*i. de curru,* HOM. Il. 16, 733 ἀφ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε). 10, 575 biiugis (bigis *P*) infert se Lucagus albis. 10, 586 admonuit biiugos (10, 594 arripuit). SEN. Phaedr. 1101 haesere biiuges vulnere. VAL. FL. 2, 566. 6, 413 ANTH. 723, 4. AVSON. 408, 7 terni biiuges. *notanda*: TER. MAVR. 2712 biiugos qui capiant pedes *versus.* CLAVD. 1, 233 fasces. PAVL. NOL. carm. 27, 385 trina manus variis operata decoribus illam (*aulam*) excoluit, biiuges laqueari et marmore fabri, pictor imaginibus divina ferentibus ora. CARM. de Sod. 52 sunt intus natae biiuges mihi, nubilis aetas.

bilabrum δίχειλον (διχηλ- *cod.*) GLOSS. II 29, 46. *a* bi- *et* labrum. *Ihm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bilai *nom. barb.* CORP. VIII 19676 (*in prov. Num.*) Bilai Cantas i. s. v. a. XC. *Otto.*

bilamna, -ae *f. a* bi- *et* lamna. GROM. p. 352, 21 constituimus in bilamnis et olivastellum, in ipsis bilamnis fossatum fecimus.

bilanx, -ancis *a* bi- *et* lanx. GLOSS. III 270, 2 τάλαντον bilanx, talentum. V 403, 23 bilance tuiheolore (*dat., anglosax.*). [*it.* bilancia, *francog.* balance, *hisp.* balanza 'libra'. *M.-L.*] MART. CAP. 2, 180 sine bilance (blance *codd. Bern.*) libra. *nota*: VEN. FORT. carm. 6, 10, 33 nunc cape parva, cate et pollens duilance Dynami (due *vel* clue *vel* duo lance *codd.*).

? **bilatis** genus animalis pusilli[s] GLOSS. V 271, 35. *de* blattis (blatta) *cogitavit Goetz.*

bilbi *v.* lupa (cervaria) (GLOSS.).

Bilbilis *fluv.* (*cf.* Salo) *et opp. Celtiberorum in Hisp. Tarrac., hodie* El Cerro de Bambola. *cf. Hübner, PW. III 470 et Corp. II p. 410. 941. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v.* Birbil-: IVST. AVSON. (*l. 32*) PAVL. NOL. *et in titulis l. 35. 40.* Belbili: RAVENN. p. 309, 16 (*cf.* Belblitani *infra l. 37*). *acc. in* -im: PLIN. nat. PAVL. NOL. -in: MART. *lectio incerta* CONSENT. gramm. V 349, 5.
IVST. 44, 3, 8 Birbili fluvio. STRAB. 3, 162 Κελτιβήρων πόλις ... Βίλβιλις (PTOL. 2, 6, 57 Βιλβίς *X*). PLIN. nat. 34, 144 haec (*aqua*) alibi atque alibi utilior nobilitavit loca gloria ferri, sicuti Bilbilim in Hispania (*var.* birbilium). [20, 199 Bilbili *coni. Dalec.*] MART. 1, 49, 3 videbis altam ... Bilbilin, equis et armis nobilem (SIDON. carm. 23, 163 quem dat Bilbilis alta Martialem). 1, 61, 12 nec me tacebit Bilbilis. 4, 55, 11 saevo Bilbilin optimam metallo, quae vincit Chalybasque Noricosque. 10, 103, 1 municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis (INSCR. numm. Cohen I² p. 198 mun. Augusta Bilbilis. p. 241 mun. Aug. Bilbil.). 12, 18, 9 auro Bilbilis et superba ferro. ITIN. Anton. Aug. p. 437, 3 Bilbili (p. 439, 1). AVSON. 418, 57 ergo meum patriaeque decus columenque senati Birbilis (*sic VIIβ*, bilb- *PT*) aut haerens scopulis Calagurris habebit. PAVL. NOL. carm. 10, 223 Birbilim acutis pendentem scopulis. 10, 231 Birbilis. CORP. VI 2728 T. Acilius T. f. Capito Galeria Birbili mil. chor. X pr. XIII 612 (*Burdig.*) L. Antonio L. f. Gal. Statuto domo Bilbil. *incolae* **Bilbilitāni,** -ōrum. PLIN. nat. 3, 24 civium Romanorum Belblitanos (bilbilit- *R*², bellit- *EDR*¹). **Aquae Bilbi⟨li⟩tānōrum,** *hodie* Alhama (*cf. Hübner, PW. II 297 n. 19*). ITIN. Anton. Aug. p. 437, 2. 438, 14.

Birbilitāna *nom. mul.* CORP. XII 735 d. m. Metelliae Protidis matri Birbilitan. Lucinae.

bilbinus εἶδος ἀγγείου (*ed. Steph.*, αγγιον *cod.*) GLOSS. II 29, 57.

bilbit factum est a similitudine sonitus, qui fit in vase. Naevius 'bilbit amphora' inquit PAVL. FEST. p. 34. *cf.* GLOSS. II 29, 50 bilbit βομβύζει. 29, 38 bilibit ἐπισκιασμὸς φωνῆς. V 171, 23 biliuit adumbratio vocis aquae scaturientis. *v. etiam* balui. [*vox onomatopoetica. Th.*] *Ihm.*

Bilcaisio *nom. vir. barb.* CORP. XIII 5018 (*in Germ. sup.*) d. m. Cornelí Bilcaisionis fil. Publicia Perpetua coniugis.

Bile *v.* Bylae. **Bilem** *v.* Bilion.

Bileseton *nom. mul. barb.* CORP. II 3537 (*in Hispan. Tarrac.*) Pompeia M. f. Bileseton proba v⟨e⟩ixit. Bilitio *confert Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 419.* *Otto.*

bilex *v.* bilix. **Bilia** *v.* Billius.

? **biliābundus,** -a, -um *cf.* bilior. ITALA Luc. 6, 10 (cod. e) et circuminspexit illos omnes et vidit et viliabundus dixit illi homini: extende *eqs.* (περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς ⟨ἐν ὀργῇ *vel* μετ' ὀργῆς *add. aliq. codd.*⟩ εἶπεν). *cf. Rönsch, Itala p. 138.* *Hey.*

Bilias *v.* Scyllam.

Bilibgal *cogn. mul. barb.* CORP. VIII 6077 (*in prov. Numid., cf. p. 1835*) Dom⟨i⟩tiae Paeti f. Bilibgal. *Otto.*

? **bilībra,** -ae *f. cf.* bilibris. LIV. 4, 15, 6 Maelium ... frumentarium divitem bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse. *at haec lectio codicis Worm. parum certa*, bilibrelibris *M*, bilibre *rel.* CHIRON 447 salis tertiam partem bilibrae (*sic cod.*).

διλιτραῖος **bilībrālis** GLOSS. II 277, 53. *cf.* 570, 6 bilibralis bilibris.

bilībris, -e [*a* bi- *et* libra. *Th.*]. PRISC. gramm. III 416, 21 libra, bilibris, trilibris. vil- *codd.* PLAVT. DIOSC. bel- *l. 72.* ISID. orig. 16, 26, 6 sextarius ... bis assumptus nominatur bilibris (GLOSS. V 652, 48). GLOSS. II 277, 52 δίλιτρον bilibris dupondium. 570, 5 bilibris duas libras pensans. 30, 7 bilibre χοῖνιξ (III 197, 32). *cf. etiam* bilirus. EXC. metrol. chron. I p. 550 belibris olei lib. II sex. I. PLAVT. Mil. 853 ibi erat bilibris (uil- *trad.*) aula sic (auilis hic *trad.*) propter cados, ea saepe deciens complebatur. HOR. sat. 2, 2, 61 cornu ... bilibri. PLIN. nat. 18, 103 bilibres offae. MART. 11, 50, 9 ut emam grandemve lupum mullumve bilibrem (3, 45, 5). IVV. 6, 372 *testiculi.* VOPISC. Aurelian. 35, 1. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 20 ternos bilibres panes. PRISC. metrol. II p. 82, 7 dupondius nummus est bilibris. *subst.*: *v.* GLOSS. ISID. *supra.*
IREN. 5, 33, 3 *habiturum* unum quodque granum quinque bilibres similae clarae mundae. CHIRON 12 per singulos bilibres (*cf.* VEG. mulom. 1, 22, 11 L. a bilibribus incipiant). 251 lenticulam et ordeum pari mensura friges et ex eodem bilibres singulas ... dabis (VEG. mulom. 2, 6, 6 L. *cf.* 2, 6, 10). 483 tritici tosti bilibrem. VVLG. apoc. 6, 6 bilibris tritici denario et tres bilibres hordei denario (χοῖνιξ σίτου δηναρίου καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῶν δηναρίου. *cf.* GLOSS. *supra*). APIC. 7, 295 petasonem elixas cum bilibre ordei (orei *Schuch*). CARM. de pond. 96 selibramque ferunt mellis superesse bilibri. DIOSC. 5, 50 vilibre I. 5, 53 dactuli vilibres X. 5, 70 vilibres duas tusas. 5, 76 aromaticu et costu vilibres singulas tundes. 5, 93 arceutidos dimidia vilibre. 5, 112 una vilibre attica (*iter. ibid.*). ANTH. 678, 5 *vers. corruptus.* *cf.* bilibra *et* bilibralis. *Ihm.*

Bilicanus *nom. vir. barb.* CORP. VII 1336, 148 (*in patella, periit*) ofic. Bilicani.

Bilicatus *nom. vir. celt.* CORP. XII 5686, 130 *et* XIII 10010, 297 (*in vasculis*) Bilicatus f., offic. Bilicati *sim.* VII 1336, 149 (*in patella*). *saepe* Bilic., Bili. *in vasculis*: CORP. XII 5686, 128. 129. XIII 10010, 296. III 12014, 162. II 4970, 85. 6349, 6. Billicatus: CORP. XIII 10003, 4 (*in amphora*) Billicati. 10010, 299 (*in vasculis*) Billic. Billi. VII 1336, 152 (*in patella*) Billic. *haec Holder, Altcelt. Sprachschatz I p. 420 sub* Bilicius *posuit; cf. etiam* Bilicus. Billiccatus: CORP. XIII 10010, 297 (*in vasculis*) Billiccati.

Bilicedo *nom. vir. celt.; cf.* Billice⟨...⟩, Billiccednis. CORP. XIII 10010, 298 *et* III 12014, 161 (*in vasculis*) Bilicedo f. *cf.* 10010, 11 Abillicedo.

Bilichildis *nom. mul. germ.* *regina. ap.* VEN. FORT. carm. 6, 1, 51 Sigibercthus amans Brunichildae carpitur igne *et* 101 clarior aetheria, Brunichildis, lampade fulgens *in codicibus C P pro* Brunich- *substitutum est* Bilichildi. *cf.* 6, 1, 117, *ubi Saxonam Bilichildem istam fuisse ex cod. C discimus.*

Bilici *v.* Belgae.

Bilicus *et* **Billicus** *nom. vir. celt.* CORP. XII 5686, 131 (*in vasculis*) *a* Billicu⟨...⟩. *b* Bi⟨l⟩icu⟨?⟩. XIII 10010, 31 (*in vasculis*) Billicus, Billici m., of. Billici, Billicuso (*sic*). VII 1336, 150 (*in patella, periit*) of. Bilici⟨...⟩. *v. etiam* Bilicatus.

Biliēnus *v.* Billius.

Bilimasgram *statio Indiae; cf. Tomaschek, PW. III 471.* RAVENN. p. 40, 19.

? **Bilinema** *nom. barb.* CORP. VIII 10991 (*in prov. Tripolitana*) Aluruthia, Bilinema. *an* Aluruth, Iabil, Inema*? cf. adnotat. editoris.* *Otto.*

bilinguis, -e [*a* bi- *et* lingua, *gr.* δίγλωσσος. *Th.*]. GLOSS. II 29, 47 δίγλωσσος (276, 6. III 467, 49). 278, 55 δισσός. V 271, 26 bifarius (402, 67 *et saepius*). IV 25, 30 bilinguis: bifarius id est ⟨e⟩loquens (*cf.* V 171, 21). 431, 47 duas linguas sciens. 592, 37 duas linguas sciens, duplex in verbis vel fallaces (fallax subdolus *b*). V 514, 49 susurro: bilinguis, incentor litis, fallax, seditiosus (*cf.* II 594, 11. IV 289, 43. 571, 49. V 611, 35 VVLG. *et* SALON. *infra l. 76 sqq.*).
nota: PLAVT. Pseud. 1260 ubi amans complexust amantem, ubi ad labra labella adiungit, ubi alter alterum bilingui (*sc. osculo*) manifesto inter se prehendunt. *nota*: VARRO Men. 309 quare meas lubidines ac tibias bilinguos (NON. p. 229 tibia generis ... masculini: Varro): *obscurum, inesse videtur obscaenitas; cf.* PAVL. FEST. p. 116 *sub* lingula.

duarum linguarum peritus: GLOSS. *v. supra.* ENN. ann. 649 Vahl. Bruttace bilingui (LVCIL. ed. Marx 1124). PAVL. FEST. p. 35 bilingues Bruttaces Ennius dixit, quod Brutti et Osce et Graece loqui soliti sint. HOR. sat. 1, 10, 30 Canusini more bilinguis. PORPH. *ad h. l.* bilinguis dixit, quoniam utraque lingua usi sunt, sicut per omnem illum tractum Italiae, quoniam ex maiore parte Graeci ibi incoluerunt, ex quo Magnae Graeciae nomen accepit (*affert* ENN. LVCIL.). CVRT. 7, 5, 29 iam bilingues erant, paulatim a domestico externo sermone degeneres. AVSON. 401, 2 Ἄξιον Αὐσόνιος sermone adludo bilingui. *in imagine, i. q. fallax, subdolus*: GLOSS. *v. supra.*
PLAVT. Truc. 781 ne duplicis habeatis linguas, ne ego bilinguis vos necem. Persa 299 tamquam proserpens bestiast bilinguis et scelestus. VERG. Aen. 1, 661 domum timet ambiguam Tyriosque bilinguis (SERV. bilingues: fallaces; nec enim ad linguam rettulit, sed ad mentem). MANIL. 4, 576 ore. PHAEDR. 2, 4, 25 homo. SIL. 2, 56 discinctos inter Libyas populosque bilinguis. 16, 156. PS. CYPR. abus. 10 non percussor, non bilinguis, non ebriosus *episcopus* (*cf.* VVLG. I Tim. 3, 8 non bilingues [διλόγους], non multo vino deditos. HIER. epist. 14, 8). LACT. ira 4, 8 deceptor, bilinguis, malus. FIRM. math. 1, 2, 4 Afrorum malitiosa commenta et bilingues animos. GROM. p. 351, 11 neque fallax neque bilinguis sis. AMBR. parad. 12, 55 ideo bilinguis serpens habetur atque letalis, eo quod diaboli minister aliud lingua loquitur aliud corde meditatur. VVLG. prov. 8, 13 os bilingue detestor (διεστραμμένας ὁδοὺς κακῶν). 13, 8 verba bilinguis quasi simplicia. Sirach 5, 17. 6, 1 omnis peccator invidus et bilinguis (δίγλωσσος). 28, 15 susurro et bilinguis maledictus (δίγλωσσον. *cf.* SALON. in prov. p. 985ᶜ susurronem appellat incentorem litis et bilinguem, qui laudes verborum simulat et ideo quasi simplicia esse videntur verba ipsius. GLOSS. *supra l. 43*). DOCTR. apost. 2, 4 nec eris duplex in consilium dandum neque bilinguis (οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος). EXPOS. fid. Caspari anecd. p. 288, 4 qui fuit bilinguis, sit beneloquens. TERT. adv. Val. 1 per ambiguitates bilingues affirmant. ARNOB. nat. 5, 35 fabulas ... ambifarias ac bilingues. CLAVD. 15, 284 *insidias.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bilinguitās (-tātis) *f. a* bilinguis. CASSIOD. in psalm. praef. 15 p. 21ᶜ simplicitas, duplex et sine dolo bilinguitas. *Ihm.*

bilinuntia *v.* belin-. **Bilion** *v.* Billis.

χολῶ irascor **bīlior** (*cod.* vilior) GLOSS. II 477, 54. *cf.* biliabundus.

bīliōsus, -a, -um *a* bilis. ISID. orig. 10, 30 biliosus, quod semper sit tristis, ab humore nigro, qui bilis vocatur (GLOSS. IV 592, 29). GLOSS. biliosus *vel* viliosus: *ὀξύχολος, χολικός*, semper tristis, fellitus, armarius (amarus? *Goetz*). CELS. 1, 3 p. 19 *vomitus est* utilis plenis et biliosis omnibus. 2, 13 p. 58. CELS. 2, 4 p. 35 *quod excernitur*, si est aut lividum aut biliosum aut cruentum. 2, 6 p. 37 sputum ... biliosum et purulentum. 2, 7 p. 40 vomitus (4, 17 p. 143 *al.*). 2, 8 p. 47 alvus. 3, 22 p. 112 urina (4, 5 p. 126). biliosa *n. pl.*: CELS. 2, 12, 2 p. 57. 3, 12 p. 94 SCRIB. LARG. 186 MARCELL. med. 30, 10.

bilīrus (-līr-?) est qui duas liras habet GLOSS. V 616, 18 (bilibris *et* libras *prop. Goetz*).

bīlis, -is *f.* [*cf. c. aremor.* bestl *corn.* bistel bystyl *'fel'. Th.*]. *saepe per* v *scriptum in codd. et inscr.* (*v. inf.*); *hinc* PRISC. gramm. III 465, 13 bilis ..., quando fel significat, *per* b, *non* v, *scribitur.* MARTYR. gramm. VII 170, 14 *similiter.* *masc.?* PLAVT. frg. Friv. 2 *v. l. 34.* *abl.* bili: PLAVT. Amph. 727 LVCR. 4, 664 CIC. Tusc. 3, 11 SIDON. carm. 5, 127. bile: *inde ab* HOR. (carm. 1, 13, 4) *passim.* *plur.* (*Neue-Wagener I³ 603*): SCRIB. LARG. 136 PLIN. nat. 20, 84. 26, 73 APVL. met. 5, 31 SCHOL. Hor. ars 302 [VEG. mulom. 2, 114 L. *dett.*]. *cf.* GLOSS. II 477, 50 *χολή* hoc fel bilis pluralia non habet. GLOSS. *χολή, χολὴ μέλαινα, χολῶδες φλέγμα*, fellitus (-tum *Loewe*) flegma, fel, ira, commotio, languor, rixa, amaritudo, interioribus com⟨m⟩utatio, invidia, tristitia. *nota* IV 314, 8 bile iustum (*i. vile?*) vel invidia ira. *sim.* IV 592, 30. 489, 13 bilem amarum. V 171, 19 bili coles (*'h. e.* cholera' *Goetz*). *sim.* Plac. V 9, 13 (*al.*) bili colore. V 271, 34 biles *χολέρα* graece. 347, 38 bile atr (*anglos.; i. 'Eiter'*). *cf. etiam* V 400, 14 vilis venenum vel pestis. *vocabulum per totam habetur Latinitatem, sed perraro post* PLIN. nat. *sensu proprio.*

I *proprie* (*humor ex felle secretus*): *generatim*: ISID. orig. 10, 71 bilis ... humor est afficiens corpus. PLAVT. frg. Friv. 2 is (?) mihi erat bilis, querquera tussis, aqua intercus. CIC. Tusc. 4, 23 cum sanguis corruptus est aut pituita redundat aut bilis. 1, 56 sanguinem, bilem, pituitam. nat. deor. 2, 137 ab eo cibo cum est secreta bilis eique umores, qui e renibus profunduntur. LVCR. 4, 664 febris bili superante coorta est. HOR. sat. 2, 2, 75 simul assis miscueris elixa ..., dulcia se in bilem vertent (SCHOL. *cod. v gloss.* fel amaritudinis paratione). ars 302 purgor bilem sub verni temporis horam (*cf.* SCHOL. *ad h. l.*). CELS. 2, 3 p. 33 vomitus mixtus ... et bile et pituita (2, 4 p. 34 *al. apponitur* pituita. *item* PLIN. nat. 20, 23 *et saepe. cf. supra*). 2, 6 p. 38 *al.* 4, 18 p. 143 erumpit. 5, 26, 16 per os redditur (7, 23 p. 304 spumans). SEN. dial. 1, 3, 13 vomitu ... bilem suam regustantes. nat. 2, 59, 9 petet te gladius, petet lapis, petet bilis (*morbus*). 4, 13, 5 ebrietas ... praecordia bile, in quam vertitur, torret. epist. 55, 2 ut, si ... bilis insederat faucibus, discuteretur. COLVM. 6, 30, 7. 7, 5, 18. PERS. 2, 14 est scabiosus et acri bile tumet (SCHOL. melancholia). PLIN. nat. 22, 49 *potus datur* bile subfusis. 22, 54 iocinerum vitia, bilem subfusam, aegilopia. 28, 68 *urina* pallida *morbum significat* bilis. APVL. met. 2, 10 cave ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas (*cf. Otto, Sprichw. p. 217*). VEG. mulom. 2, 114 L. interdum bilis, quae cholera appellatur vulgo, solet iumenta vexare. 2, 115 si aridam bilem habuerit *iumentum* (*cf.* CHIRON 365 suspirium aridum, hoc est quam bilem [*cod.* vilem] aridam vocant quidam). PS. HIPPOCR. epist. 3 nascitur ... bilis acida et amara, quae dicitur mater morborum (7). CELS. 2, 1 p. 28 bilis atra, quam *μελαγχολίαν* appellant. PAVL. FEST. p. 29, 7 atra bilis ab atro, id est animi vitio dicta. GLOSS. *v. p. 1019, 20.* PLAVT. Amph. 727 delirat uxor. :: atra bili percita est: nulla res tam delirantis homines concinnat cito. Capt. 596 viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis? atra bilis agitat hominem (VARRO Men. 146 me bilem atram agitare clamitantes opinionem mihi insaniae ... confirmant). CATO agr. 157, 7 si bilis atra est et si lienes turgent *eqs.* CIC. Tusc. 3, 11 quasi vero atra bili solum mens ac non ... vel iracundia ... vel timore ... moveatur. CELS. 2, 1 p. 30 morbi, qui ex atra bile nascuntur. 2, 6 p. 37 bilis atra. 2, 7 p. 41. 2, 8 p. 46 vomitu atrae bilis (vomitus bilis: 5, 26, 10 *et saepe*). 2, 8 p. 49 *al.* 3, 18 p. 101 tristitia, quam videtur bilis atra contrahere. 3, 21 p. 109 *al.* SCRIB. LARG. 104 bilem atram generantes, quos *μελαγχολικοὺς* appellant. PLIN. nat. 21, 176 *medicamentum* detrahit bilem atram. 31, 64 APVL. apol. 50 PORPH. Hor. sat. 2, 3, 141 [APVL. met. 10, 25 medullitus dolore commotus acerrimaeque (aterr- *Oud.*) bili⟨s⟩ noxio furore perfusus]. CELS. 7, 18 p. 296 rufam bilem ..., viridem, ... nigram. SEN. epist. 94, 17 bilis nigra (*ibid.* furoris causa). 95, 16 suffusio luridae bilis (*i. morbus regius*). PLIN. nat. 25, 150 bilem nigram. splendida, vitrea bilis: *v. p. 1988, 19. 30.*

iuncturae ad I (*cf. sub II*): *subi. homines*: bilem: eicere: CATO agr. 141, 4 PS. HIPPOCR. epist. 7. reicere: PLIN. nat. 21, 120. 23, 106. expellere: HOR. epist. 2, 2, 137 elleboro. (e)vomere: CELS. 1 praef. p. 11, 24 (*app.* sanguinem ... cibum). 1, 3 p. 17, 29 *al.* reddere: PLIN. nat. 26, 35 per urinam. 31, 64 alterutra parte. *subi. res* (*medicamenta, sim.*): bilem: movere (*proprie et transl.*): PLAVT. Bacch. 537 non placet mi cena, quae bilem movet. :: num quae advenienti aegritudo obiecta est? CIC. Att. 2, 7, 2 HOR. epist. 1, 19, 20 (*opp.* iocum). SEN. dial. 5, 9, 4 bilem cibo temperant, quam maxime movet fatigatio. epist. 53, 3 nausia ... segnis ..., quae bilem movet nec effundit. MART. 5, 26, 3 bilem movit hic ... versus. IVV. 15, 15 Vlixes ... bilem aut risum fortasse quibusdam moverat. trahere: CELS. 4, 14 p. 139 (*subi.* tussis). PLIN. nat. 20, 84 *al.* (*saepe*). 25, 54 ex alvo. 26, 67 per alvum. detrahere: PLIN. nat. 20, 23. 82 *et saepe.* extrahere: PLIN. nat. 25, 150. 26, 40. 73 vomitione. 27, 139 utrimque. subtrahere: APVL. met. 10, 25. conligere: SEN. benef. 5, 12, 6 *al.* deducere: COLVM. 6, 30, 8. (de)pellere: COLVM. 7, 10, 5 (*cf.* 7, 5, 18) PLIN. nat. 23, 143. purgare: SCRIB. LARG. 136 PLIN. nat. 26, 52. minuere: PLIN. nat. 20, 243. siccare: 22, 83. augere: 22, 109. exinanire: 26, 57.

II *in locutionibus de affectu vel translate* (atra bilis, bilem movere, *sim. v. sub I*): HOR. carm. 1, 13, 4 fervens difficili bile tumet iecur ... nec mens mihi nec color certa sede manet. epod. 11, 16 meis inaestuet praecordiis libera bilis. sat. 1, 9, 66 meum iecur urere bilis. SEN. dial. 4, 26, 3 bilem in homines collectam in res effundere (IVV. 5, 159 per lacrimas. *cf. supra l. 5*). PERS. 3, 8 turgescit vitrea bilis (SCHOL. id est ira. vitrea: id est viridis, perspicua. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 141 *infra l. 29*). 4, 6 commota fervet plebecula bile. 5, 144 calido sub pectore mascula bilis intumuit (SCHOL. valida cupiditas). IVV. 6, 159 maritus nauseat atque oculis bilem substringit opertis (*de taedio?*). 11, 187 bilem tibi contrahat uxor. MART. CAP. 9, 999 turgens ... felle ac bile '...' inquit. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 946ᶜ propriam bilem ... retinetis (*iracundi*) in corporibus. SIDON. carm. 5, 127 livida coniunx ... suffusa ... bili coxerat internum per barbara corda venenum. CIC. or. frg. A XIII 21 metuendam ... hostis bilem et licentiam. HOR. sat. 2, 3, 141 male dicit ... vocando ... hunc ..., iussit quod splendida bilis (*cf.* PORPH. *ad h. l.*). SEN. contr. 3 praef. 16 non continui bilem et exclamavi *eqs.* PETRON. 90 si eiuras hodiernam bilem, una cenabimus. *nota* PLIN. nat. 11, 193 in felle nigro insaniae causa homini morsque toto reddito; hinc et in mores crimen 'bilis' nomine. STAT. silv. 2, 1, 58 accensum ... bile fera (*ibid.* ardenti ... ab ira). MART. 6, 64, 24 si quid nostrae tibi bilis inusserit ardor. 6, 64, 30 si dolor et bilis, si iusta coegerit ira. IVV. 13, 143 rem pateris modicam et mediocri bile ferendam. TAC. dial. 26 *Cassius Severus* quamquam in magna parte librorum suorum plus bilis (vis *codd.; coni. alii alia*) habeat quam sanguinis. PLIN. epist. 4, 11, 2 cui sententiae tantum bilis, tantum amaritudinis inest. 4, 27, 1 multa ... tenere, multa dulciter, multa cum bile *dixit.* SVET. Tib. 59 quae ... non tam ex animi sententia quam bile et stomacho fingerentur. FRONTO p. 96, 11 N. magna eius cum bile adiurare solebam. APVL. met. 5, 31 *Venus* infesta et stomachata biles Venerias. TERT. spect. 15 spiritum sanctum ... tranquillitate et lenitate et quiete et pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. *cf. ibid. infra.* scorp. 1 p. 146, 2 adinventa haereticorum venenorum quem non ... figant (*tamquam scorpiorum aculei*) ... in bilem, si non in mortem? anim. 58 torquetur bile, ira, taedio. fug. 10 malo invidiam ei facere ... quam bilem. adv. Marc. 1, 25 p. 78, 9 indignatio, bilis, nolentia *eqs.* 4, 30 p. 242, 20. SERM. Arrian. frg. 1, 20 p. 629ᶜ Beliac bilem habens in Esaiam. QVEROL. p. 38, 7 bilem tenere vix potest. PASS. Petr. 33 cum ... ille bilem pateretur (*λυπουμένου*). RVT. NAM. 1, 449 nimiae bilis morbum assignavit Homerus *in Bellerophonte* (*cf. Hom. Il. 6, 222* ὃν θυμὸν κατέδων. RVT. *ibid.* nigro viscera felle tument). CASSIAN. conl. 16, 8 fratres ... cita inimicus bile disiungit (*ibid.* gignit ... discordiam). SIDON. epist. 1, 2, 8. 4, 12, 3 tantam ... mihi bilem ... contrarietas excitavit. ENNOD. opusc. 2, 63 p. 307, 10 qui bilem furor accendat. *formula* sine bile *in titulis sepulcralibus* (*cf.* GLOSS. III 374, 66 sine bile *ἄλυπος*): CORP. VI 18918ᵃ, 10 (= 18918ᵇ, 6) cum quem vixi ... sine bile. 29736 sine ulla vile. IX 5478, 11 sine vile. XII 682ᵃ. XIV 3323, 15. *Hey.*

Bilisa *legitur in vase* CORP. III 6010, 248 (*periit*).

Bilisārius *v.* Belisarius.

Bilistages. LIV. 34, 11, 2 ab Ilergetum regulo Bilistage. 34, 12, 7 Bilistagi atque Ilergetibus. *Otto.*

bīlitātis amaritudinis GLOSS. V 171, 22. *a* bilis. *Hey.*

Bilitio, -onis *castrum Raetiae, hodie* Bellinzona; *cf. PW. III 254. 471.* GREG. TVR. Franc. 10, 3 ad Bilitionem huius urbis (*Mediolani*) castrum in campis situm caninis. RAVENN. p. 251, 15 Bellitiona (Guid. p. 458, 5 Bellinciona). *Ihm.*

Bilius *v.* Billius.

(**bilix**), -īcis [*cf. c.* trilix *et c.* licium. *Th.*]. VERG. Aen. 12, 375 lancea ... rumpit ... infixa bilicem loricam. *hinc* GLOSS. (*lemmata*: bilix, bilex, bilis, *sim.*): vestis, vestis duplici licio vel lurica, tuili (*anglosax.*), *δίμιτος, δίπτυχτον.* GLOSS. II 30, 14 bilices *δίπτυχτοι.* IV 314, 9 (*al.*) duplices. *cf.* biplex *et* ISID. orig. 19, 22, 23. *Hey.*

Bilix *nom. vir. barb.* CORP. III 12010, 9 (*in amphora*) Caer(elius) Bilix.

Billari *v.* Balarum.

Billeiēnsis *adi.* CORP. XV 4175 (*in amphora, a. 149*) Billeiense Terentiani ⟨...⟩. *fictum a fundi vel oppidi alicuius nomine; cf. Corp. XV p. 562.*

Billenus *sim. v.* Billius. **Billeon** *v.* Billis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

billeru *v.* bibulta. **Billicatus** *v.* Bilicatus.

Billicca *nom. mul. celt.; cf.* Billiccatus *sub* Bilicatus. CORP. XIII 2555 (*in prov. Lugudun., litteris fortasse saec. I*) Billiccae Gratiani fil. Luciola neptiae.

Billiccatidossus *nom. vir. celt.; cf.* Billiccatus *sub* Bilicatus. CORP. XIII 2541 (*in prov. Lugudun.*) C. Amand. Billiccatidos⟨si⟩ (*sic legendum videtur*).

Billiccatus *v.* Bilicatus.

Billiccednis *nom. mul. celt.; cf.* Bilicedo. CORP. XIII 6154 (*in Germ. sup.*) Caciro T⟨e⟩geϑϑi (filio) et Billiccedni patribus.

Billice⟨...⟩ *legitur in patellis* CORP. VII 1336, 151. *cf.* XIII 10027, 205. *cf.* Bilicedo, Billiccednis.

Billicuro *nom. vir. celt.* CORP. XIII 10010, 300 (*in vasculis Gallicis*) Billicuro, Billicuroni, Billicur.

Billicus *v.* Bilicus. **Billien-** *v.* Billius.

Billinus *cogn. vir.* CORP. VI 32893 L. Iul. Billino veterano. *cf.* Billus, Billo. *Otto.*

billis apud Afros appellatur semen humanum humi profusum PAVL. FEST. p. 34. *Ihm.*

Billis *fl. Bithyniae,* Βιλλαῖος; *cf. Ruge, PW. III 472.* PLIN. nat. 6, 4 fluvius Billis. TAB. Peut. 9, 4 Byleum fl. *statio* Bilion (*vel* Bilem, Guid.: Billeon) RAVENN. p. 364, 10. 99, 16. 530, 6.

Billius *et* **Bilius** (-ī-?), -a *nom. gent.* CORP. VI 6740 N. Billius Clemens. 6757 N. Billius N. l. Amandus. 6733. 5085? XIII 1756 (*Luguduni*) Billia T. fil. Veneria. III 14214, 1, 9 (*in Moes. inf., imperante Traiano*) C. Billius ⟨...⟩ecat. Dert(ona). VI 200, 3, 14 (*a. 70*) M. Bilius Epictetus. 13587 M. Bilius M. l. Eros. IV 1333? XI 6409 (*Pisauri*) T. L. Biliorum T. f. Bilia *Duili consulis a. 260 a. Chr. uxor, pudicitiae exemplum*: HIER. adv. Iovin. 1, 46, *si recte traditum est. cf. Klebs, PW. III 471.* Duilius Βίλιος *nominatur ap.* POLYB.

Billenus, Billenia, Billenius *nom. gent.* CORP. III 6790 (*in Lycaonia*) D. Billenus Rufus et M. Billenus Rufus fratre⟨s⟩ D. Billeno Rufo patri. VI 13588 Billeniae Sabinae matri ... C. Iulius Sabinus. V suppl. Pais 992 (*Albintimili*) Bi⟨l⟩lenius Onesimus. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 279, 5.* **Billeniānus** *cogn.* CORP. XI 6712, 125 C. Cluvi Billeniani. **Billiēnus,** -a *nom. gent.* CIC. Brut. 175 C. Billienus (Bilienus *pars codd.*) ... qui consul factus esset, nisi in Marianos consulatus et in eas petitionis angustias incidisset. *idem putatur fuisse is qui nominatur* CORP. III 7233 (*Deli*) Γαίον Βιλ⟨λ⟩ιη⟨ν⟩ὸν Γαίου ⟨υ⟩ἱὸν στρατηγὸν ἀνϑύ⟨π⟩ατον Ῥωμαίων (*cf.* p. 1307). CIC. epist. 16, 22, 2 Demetrius iste numquam omnino Phalereus fuit, sed nunc plane Billienus est. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 2 Bellienus verna Demetrii. CIC. Phil. 2, 91 tu ... illas faces incendisti ... et eas quibus incensa L. Bellieni (Billeni *V*) domus deflagravit. *ceterum v.* Bellienus. CORP. VI 32515, a, 24 (*a. 119*) T. Billienus Dexter Libarna *praetorianus.* 9532. 13589. 13590 Billienae Secundae Paezon C. Bellici Natalis (*consulis aut anni 68 aut 87*) ser. coniugi. 19008. 23261 Billienae Secundae (*eadem mulier* INSCR. Bull. comun. di Roma 1902 p. 90). XIV 3328 (*Praeneste*) C. Billieni C. l. Beati Lunulae. 3377 Billiena (mulieris) l. Tertia. IX 751 (*Larini*) Oppianica et Billiena. X 4044 (*Capuae*). IV 1125. V 138 (*Polae*). 2501 (*Ateste*) M. Billienus M. f. Rom. Actiacus legione XI proelio navali facto incoloniam deductus. 6103 (*Mediolani*). V suppl. Pais 231. CORP. VI 33675 ⟨..⟩ Bilíenus ⟨...⟩. **Billienius,** -a *nom. gent.* CORP. III 4057 (*in Pannon. sup.*) C. Cornelius C. f. Pom. Dert(ona) ... heres C. Billienius Vitalis f. c. (*cf.* C. Billius *domo Dertona supra l. 26*). 14066 Billieniae Donatae. **Billo** *cogn. vir.; cf.* Billus. CORP. IX 3521 (*Furfone*) T. Aienus V. f. Med., L. Billucidius L. l. Billo ... C. Opsius C. f. XII 2562 (*inter Augustum et lacum Lemannum*) Cn. Terentius Billonis f. Terentianus. *hoc celticum esse potest; cf.* Billicus, Billicatus *al. et* Bilo. **Billucidius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 3521 (*Furfone*) L. Billucidius L. l. Billo. **Biluenus,** -a *nom. gent.* CORP. V suppl. Pais 490 (*Atriae*) Cn. Bilueno Narcisso.

Billo *v.* Billius. **Billubium** *v.* Bilubium.

Billucidius *v.* Billius.

Billus *cogn. vir.; cf.* Billo *et* Billinus. CORP. XI 888 (*Mutinae*) Q. Gavius Billus.

Bilo *nom. vir. barb.* CORP. V 5041 (*Tridenti*) Priscus Bilonis Carci. *cf.* Billo.

Bilochus *v.* Belochus.

Biltēnsis *v.* Biltha.

Biltha *opp. Africae.* CYPR. sent. episc. 1 Caecilius a Biltha (Bilta *ap.* AVG. bapt. 6, 8, 11). *adi.* **Biltēnsis.** CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 160^{B} Felicianus episcopus Viltensis.

Bilubium *statio Dalmatiae; cf. Patsch, PW. III 472.* ITIN. Anton. Aug. p. 338, 2 Bilubio (Biludio *pars codd.*). TAB. Peut. 7, 3 Billubio. *pro hoc* RAVENN. p. 210, 11 Iulianum. *Otto.*

Biludium *v.* Bilubium. **Biluenus** *v.* Billius.

bilūōsus *v.* beluosus. **Bilus** *v.* Belus.

bilūstris, -e [*a* bi- *et* lustrum. *Th.*]. OV. am. 2, 12, 9 Pergama cum caderent bello superata bilustri. SIDON. epist. 4, 24, 1 tempus (9, 16, 3 v. 29). carm. 23, 299 bellum. GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 7 spatio bilustri temporis. *cf.* bilustrum.

bilūstrum, -ī *n. cf.* bilustris. GLOSS. IV 592, 38 bilustrum decem annis (V 402, 57 x annis). INSCR. christ. Leblant n. 418 (*saec. VI*) septimum necdum peragens bilustrum corpus huic sedi posuit beatae. GILD. Brit. 12 chron. III p. 32, 14 bilustro supra dicti turbinis necdum ad integrum expleto.

bilychnis, -e [*a* bi- *et* lychnus. *Th.*]. PETRON. 30 lucerna bilychnis. CORP. X 114, 17 lucerna⟨s⟩ bilychnes.

bimammius, -a, -um [*a* bi- *et* mamma. *Th.*]. PLIN. nat. 14, 40 *vites* cognomine bimammiae. *Ihm.*

Bimārcus *titulus saturae Varronis, quo se ipsum intellegi voluit.* NON. p. 530 Varro Bimarco. *sic saepe.* *Otto.*

bimaris, -e [*a* bi- *et* mare, *gr.* διϑάλασσος. *Th.*]. HOR. carm. 1, 7, 2 bimarisve Corinthi moenia. *et de eadem urbe*: OV. epist. 12, 27 Ephyren. fast. 4, 501 met. 5, 407. SEN. Oed. 282 at una bimares Sisyphi terras adit. AVSON. 387, 3. SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 68 bimari ... urbe. carm. 2, 476. OV. met. 6, 419 quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo (7, 405 trist. 1, 11, 5. *cf.* STAT. Ach. 1, 407 bimari ... vallo. RVT. NAM. 1, 320 litore). LVCAN. 8, 566 litusque malignum incusat bimaremque vadis frangentibus aestum. AVSON. 417, 69 bimaris iuga ninguida Pyrenaei. PAVL. NOL. carm. 10, 230 Calpen. PRISC. periheg. 146 Pontum. *nota*: *per iocum de pathico*: AVSON. 131, 5 bimarem ... patientia morbum adpetit et tergo femina, pube vir es.

bimarītus, -ī *a* bi- *et* maritus. GLOSS. IV 25, 43 bimaritus iterum maritus (*sic saepius*). *cf.* V 171, 24 secundus maritus. *v. Löwe, prodr. p. 73.* CIC. Planc. 30 bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina (*Laterensis*). HIER. adv. Iovin. 1, 49 nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum. adv. Rufin. 1, 32 mortuo bimarito novum virum in Christo resurgere. *apud* PLAVT. Cas. 974 dismarite *vel* bismarite *exhibet A*, tu marite *P.*

bimāter, -tris [*a* bi- *et* mater, *gr.* διμήτωρ. *Th.*]. *epitheton Dionysi, v. Jessen, PW. III 473.* *a correpta l. 41.* GLOSS. II 29, 58 bimater Διϑύραμβος ὁ Δι⟨ό⟩νυσος (30, 28 *trad.* bispater). V 271, 37 bimatur Liber pater (bimalcus *trad.* IV 212, 7. V 492, 61. *cf.* CARM. epigr. *l. 36*). OV. met. 4, 12 Bacchumque vocant ... ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem. VERS. metr. Bass. gramm. VI 255, 17 Bassareu, bicornis, Maenalie, bimater. CARM. epigr. 1519, 3 (= CORP. VIII 2632, *saec. II*) Leiber pater bimater (bimatus *lapis, cf.* GLOSS. *l. 33*). HYG. fab. 167 p. 20, 19 ex cuius (*Semelae*) utero *Iuppiter* Liberum exuit et Nysae dedit nutriendum, unde Dionysus est appellatus et bimater est dictus (SCHOL. Stat. Theb. 7, 166). CLAVD. carm. min. app. 6, 2 thyrsitenens bimāter trieterice Nysie Liber (ANTH. 751, 2).

bimātor duplicator GLOSS. IV 25, 41 *et saepius. cf.* 212, 17 duplator (doplatur *var.*). 314, 11 duplicator duplator (592, 40). 488, 44 *trad.* disputator.

1. bīmātus, -ūs *m.* [*a* bimus. *Th.*]. *i. bimi animalis aetas*: COLVM. 7, 3, 6 femina (*ovis*) post bimatum maritari debet. 7, 4, 4 mares castrati, cum bimatum expleverint, enecantur. PLIN. nat. 9, 89 *polypi* ultra bimatum non vivunt. 9, 93 neque his bimatu longior vita. 11, 73 vita bimatum non transit. SERV. Aen. 4, 57 qui (*dentes ovium*) non nisi circa bimatum apparent (6, 39). SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 ante bimatum. ITALA *et* VVLG. Matth. 2, 16 a bimatu et infra (ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. *cf.* CYPR. epist. 58, 6 ut ... a bimatu et infra qui fuerant necarentur. AVG. serm. ed. Mai 111, 2). MACR. sat. 2, 4, 11 pueros Herodes intra bimatum iussit interfici. GLOSS. V 50, 20 bimuli animantes bimatum agentes. LEX Sal. 3, 2 si quis bimum aut anniculum usque ad bimatum furaverit. CORP. VI 19632 Ianuarius in bimatu obiit. XIII 2262 in bimatu (*christ. ut vid., v. adn. Hirschfeldi*).

2. bīmātus (-a, -um) *a* bimus. GLOSS. V 271, 27 bimatus vel t⟨r⟩imatus puer II vel trium annorum. *cf.* IV 25, 53 bimatus idemque (*'incertum quae glossa olim praecesserit'*). CORP. VI 36545^{a} (= 30664, 1) Laurentius vimatus *i. duorum annorum* (*item* vimat⟨...⟩ *ut videtur in* INSCR. christ. Rossi I 18 *a. 291*). VIII 2632 *v. sub* bimater *l. 37.* PLIN. VAL. 5, 28 haedos anniculos seu bimatos.

Bimbelli *v.* Binbelli

bimembris, -e [*a* bi- *et* membrum; *cf.* bicorpor. *Th.*]. GLOSS. II 279, 9 δίσωμος bimembris. 29, 42 bimembres δίμελοι, δίμορφοι, δίσωμοι. IV 212, 9 bimembres Centauri (V 271, 44). 489, 1 bimembris Centauri medii hominis mei (homines medii equi? *Götz*). 592, 41 bimembrius Centauri, medietas in homine. 601, 17 bimembri Centauri. CORNIF. carm. frg. 2 Centauros foedare bimembres (SIL. 3, 41 STAT. Theb. 1, 457. SIDON. carm. 23, 295 Peliaco ... bimembri). *item de Centauris*: VERG. Aen. 8, 293 tu nubigenas, invicte, bimembris Hylaeumque Pholumque ... mactas. OV. met. 12, 240 ardescunt germani caede bimembres (12, 494. 15, 283 epist. 2, 71). STAT. Theb. 12, 554 Ossaei bello cecidere bimembres. CLAVD. 8, 543. *adde* GLOSS. *supra et* SCHOL. Stat. Theb. 4, 139 utroque: hominis et equi, quod bimembres sunt, id est humano et equino. OV. epist. 9, 99 formaque bimembri. IVV. 13, 64 puero. ANTH. 317, 1 monstrum feminei bimembre sexus (*de puella hermaphrodita*). 682, 1 cornute bimembris *Pan.* AVG. enchir. 87 absit ... ut illum bimembrem, qui nuper natus est in Oriente ...: absit, inquam, ut unum hominem duplicem ac non potius duos, quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus (*syn.* monstrosus). c. Iul. op. imperf.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 117 ut bimembrem bestiam fingeres. CHALC. comm. 27 *Plato* docet naturam non esse simplicem sed bimembrem (28). AVG. mus. 4, 17, 36 licet igitur minimum (*circumitum*, περίοδον) bimembrem, medium trimembrem et ultimum quadrimembrem vocare; hoc enim Graeci δίκωλον, τρίκωλον, τετράκωλον vocant.

bimē(n)stris, -e [*cf. c.* bi- *et c.* mensis. *Th.*]. -n- *trad. apud* HOR. OV. PLIN. nat. 8, 45 SVET. AVSON. *abl. in* -e: OV. *l. 15.* VARRO rust. 2, 2, 13 bimestri tempore (AVSON. 419, 32 spatio). PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 consulatus bimestris (SVET. Claud. 14 Nero 14). LIV. 9, 43, 6 bimestri stipendio (semestri *Mommsen*). PLIN. nat. 2, 60 *stella* stationalis, senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris, cum ceterae utraque statione quaternos menses non impleant. 18, 70 bimestre *triticum*. PANEG. 10, 33 p. 239, 11 cura. AMBR. epist. 18, 7 bimestres imperatores. HOR. carm. 3, 17, 15 porco bimenstri (OV. fast. 6, 158 porca ... bimenstre). PLIN. nat. 8, 45 bimenstres *catuli leaenae.*

bimēnstruus, -a, -um [*cf. c.* bime(n)stris *et c.* menstruus. *Th.*]. GLOSS. II 277, 57 διμηναῖος bimenstruus (277, 58 *neutr.*). *in* COD. Theod. 11, 5, 3 (*a. 436*) *editur* per dimenstruum tempus (dismenstrum *cod. V*, bimenstruum *Beck*).

bimēstris *v.* bimenstris.

bimeter, -tra, -trum [*cf. c.* dimeter dimetrus. *Th.*]. GLOSS. IV 586, 17 bimetrum geminum metrum (V 271, 48). SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 89 bimetra ... arte. 9, 15, 1 litteras bimetras. *Ihm.*

Bimius, -a *nom. gent.* CORP. IX 278 (*Caeliae*) A. Bimio ⟨Flac⟩ci f. Flac. '*ASIMIO fortasse praeferendum est propter nomen Dasimiorum in Apulia non rarum*' *Mommsen. cf.* CORP. XIII 10010, 3095 ff (*in vasculo Gallico*) Bimius. XII 5686, 1168 (*in vasculo*) Bim⟨...⟩.

? **Bimottia** *nom. barb.* CORP. XIII 4007 (*Treveris, periit*). *Otto.*

bimulus, -a *a* bimus *deminutive. femin. l. 41 et 44. lectio incerta* CHIRON 690, *ubi trad.* binmulas. GLOSS. V 50, 20 bimuli animantes bimatum agentes: dicuntur enim et trimuli trimatum agentes, id est bimuli trimulique. 616, 15 (*Scal.*) bimuli vel trimuli (binuli vel trimales *cod.*) sunt infantes duos annos vel tres ⟨nati⟩, matrum ubera lactantes (*cf.* HIER. *l. 39*). CATVLL. 17, 13 nec sapit pueri instar bimuli tremula patris dormientis in ulna. LIV. perioch. 52 filio bimulo admodum. SVET. Cal. 8 prope bimulus *Gaius.* QVEROL. p. 51, 22 restat, ut te dicas bimulum. AMBR. off. 1, 41, 203 quid de bimulis loquar. HIER. epist. 39, 2 bimuli trimulique et ubera materna lactentes (*v.* GLOSS. *l. 33*). HIST. Apoll. rec. A 34 habeo ... filiam bimulam. CORP. VI 16739 (= CARM. epigr. 156) Daphino filio bimulo. 22321 (= CARM. epigr. 1220) Maximus hic recubo dulcissimus infas bimulus in tertium escendens. XIV 2482 filiae iam garrul(a)e, bimul(a)e nondum, quae vixit anno uno m(ensibus) III d(iebus) X. V 7950 mor⟨t(uus)⟩ bimulus mes(ium) VI die(rum) XIIII.

bīmus, -a, -um [*factum ex *dvi-himos, cf. c.* hiems *et c. ind.* himáh '*hiems*', *gr.* δύσ-χιμος, χίμαρος '*capra intra primum vitae annum*', *schol. Theocrit. 1, 6. Th.*]. CASSIOD. (ex Eutyche) gramm. VII 200, 5 bimus trimus quadrimus quasi a bis ter quater hieme dicta (ALBIN. gramm. VII 298, 13 bimus quasi bihiemis). MARTYR. gramm. VII 170, 10 si a numero bis ... composita fuerit, per b mutam scribetur veluti ... biennium, bimum, biga, biduum. GLOSS. IV 331, 30 dimus bimus (V 597, 37). *cf. Löwe, prodr. p. 363.*
i *longa* CORP. VI 12297 *p. 1992, 10.* [*francog. aquit.* bime '*vacca bima*', *forjul.* bime '*agnellus bimus*'. *M.-L.*]

de animantibus et rebus: GLOSS. II 29, 43 διετής (*sic saepius*). 30, 5 bimum διαιτής (*scr.* διετές). III 432, 24 bimum διετῆ. II 276, 40 διετία hoc biennium, bima (*at* 29, 44 bima διετῆ). V 492, 60 biennalis. CATO agr. 17, 2 nuces bimae ... et anniculae. 47 ubi vitis bima erit, resicato; ubi trima erit, eximito (COLVM. 4, 15, 3 PLIN. nat. 17, 211). HOR. carm. 1, 19, 15 bimi cum patera meri (CORP. IV 2551 = 5520 *vinum, in amphora. cf.* VALG. carm. frg. 5, 2, *ubi* bimi *pro* vini *coni. Vnger*). OV. trist. 3, 10, 16 solet in multis bima manere locis *nix.* COLVM. 4, 7, 3 ut bimo potius utamur *malleolo* (*opp.* anniculus, *ut saepe*). 4, 31, 1 viviradix. 4, 31, 3. 4, 33, 3. 5 supputari debet bima, quin etiam trima. PLIN. nat. 13, 37 anniculasque transferunt et iterum bimas *palmas.* 17, 83 arborem nec minorem bima nec maiorem trima transferre quidam praecipiunt. 17, 105 *surculi.* 17, 211 traducem. 18, 195 semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. 19, 89 *pastinaca.* 26, 61 *scamonium.* 35, 170 *lateres.* PALLAD. 3, 25, 2 plantas bimas aut trimas. VARRO rust. 2, 1, 13 in bubulo pecore minoris emitur annicula et supra decem annorum, quod a bima aut trima fructum ferre incipit neque longius post decimum annum procedit (*cf.* COLVM. 6, 21, 1. 6, 28 PALLAD. 4, 13, 6 CHIRON 743). 2, 2, 14 neque pati oportet minores quam bimas saliri *oves* (COLVM. 7, 3, 7 PLIN. nat. 8, 187). 2, 4, 7 *sues* (PETRON. 47 unum bimum ..., alterum trimum, tertium vero iam se⟨xen⟩nem). 2, 5, 12 habeo tauros ... unum anniculum, alterum bimum (2, 5, 18. *cf.* 2, 5, 13 *vaccas.* PLIN. nat. 8, 176. 11, 169 boves). 3, 6, 2 *pavones.* 3, 9, 9 *gallinae.* NIGID. frg. Gell. 16, 6, 12 hostias. VERG. georg. 4, 299 vitulus bima curvans iam cornua fronte quaeritur (*cf.* COLVM. 6, 26, 2 melius bimus quam anniculus castratur *vitulus*). COLVM. 6, 29, 4 bimus equus (*ibid.* dum bimus sex mensium est. PLIN. nat. 8, 162. 163). 7, 6, 8 anniculae vel bimae capellae ... submitti haedum non oportet. neque enim educare nisi trima debet. sed anniculae confestim depellenda suboles. bimae tamdiu admittenda, dum possit esse vendibilis (PLIN. nat. 8, 200 *caprae* concipiunt ... aliquando anniculae, semper bimae, in trimatu utiles. ORIBAS. syn. 4, 16). PALLAD. 4, 13, 7 ubi tempus bimae aetatis excesserint *pulli.* VELL. 2, 75, 3 minus bimum hunc Tiberium Caesarem. CENS. 17, 14 p. 35, 25 *hominis.* IVST. 17, 3, 17 filium, bimum admodum parvulum. RVFIN. hist. 1, 8, 1 pueros ... a bimis et infra (ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω παῖδας). CORP. VI 5861 (*e columb.*) bimus decessit. 6081 (= 12297) Aretusa Scarip. Neronis bíma (26544 = CARM. epigr. 1820 minus bima). 17196 Ephebus Aucti f. bimus et mensum III dies XIIII vixit. V 213 P. Pollentio Gemino bimo mens. IX dierum XXIIX. XII 2277 filio. *notanda*: PLANC. Cic. epist. 10, 24, 3 in castris Bruti una veterana legio, altera bima, octo tironum. LAMPR. Heliog. 35, 2 tredecim annorum princeps, semestres alii et vix annui et bimi. CIC. epist. 3, 8, 9 de hac quoque sententia bima decedat (*de prorogando in biennium imperio*). OV. Pont. 4, 9, 64 sic tu bis fueris consul, bis consul et ille, inque domo bimus (binus *codd. pler.*) conspicietur honor. MART. 12, 32, 3 pensione pro bima. POMPON. dig. 23, 2, 6 ut ... aestimatio eius bima dumtaxat facienda sit. ALF. dig. 23, 4, 19 annua bima trima quadrima *die* (VLP. dig. 33, 1, 3 pr. annua bima trima die. POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 *et passim apud ICtos*).
neutr. pro subst.: CATO agr. 133, 3 ubi bimum (biennium *ed. princ.*) erit, ramum tenerum infra praecidito (*cf.* 52, 1 *et adn. Keilii ad* 35, 2). VARRO rust. 2, 5, 17 castrare non oportet ante bimum. *cf.* MARTYR. *p. 1991, 50* GLOSS. II 276, 40 *p. 1991, 57.*
derivata: bimulus, bimatus, bimator (?).

bīnārius, -a, -um *a* bini. LAMPR. Alex. 39, 9 formas binarias *aureorum*, ternarias et quaternarias et denarias ... resolvi praecepit (*cf.* binio). AVG. serm. 252, 8 divisionem quippe binariam binarius numerus additus indicaret. FAV. EVL. p. 11, 26 octo binarii generis cybus est. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 322, 25 quas (*propositiones*) si binario multiplicem. 3, 9 p. 225, 23 numerum (arithm. 1, 9 p. 17, 15. 2, 28 p. 117, 5 *et passim de numero.* PS. BOETH. geom. p. 397, 5 *sqq.* ISID. lib. num. cap. 3 'de binario numero'. 11, 59). PROB. inst. gramm. IV 121, 12 sunt vocabula binaria, ut puta se. PROB. cath. gramm. IV 32, 30 secunda forma *casuum* binaria dicitur (EXPLAN. in Don. gramm. VI 544, 16 SACERD. gramm. VI 483, 32). MAR. VICTORIN. gramm. VI 94, 12 complexio (94, 15 de binaria).

bīnātim *a* bini. MART. CAP. 3, 325 cur singulatim dicimus, binatim ternatimque non dicimus? FACVND. defens. 9, 1 p. 742^c sapiens lector intellegat quanto possint in omnibus eius libris binatim ac singillatim posita repetiri. *Ihm.*

Binbellī *Ligures.* PLIN. nat. 3, 47 Ligurum celeberrimi ... citra *Alpes* ... Binbelli (*sic A, cett.* Bimbelli).

Bincamus *nom. vir.* CORP. VIII †14232 (*Carthagine*) Bincamus fidelis in pace.

Binda *v.* Vina. **Bindogladia** *v.* Vindogladia.

Bindus *deus Iapodum Neptuno consimilis, cuius tituli ad fontem quendam inventi sunt; cf. Ihm, PW. suppl. I 251.* CORP. III 14325 Bindo Neptuno sacrum. Proculus Parmanic. praepos(itus) (*sc. Iapodum*) v. s. l. m. 14326 B⟨i⟩ndo Neptuno sacr. Licinius Teuda praep. et pri⟨nc(eps)⟩ Ia⟨p⟩odum. 14323. 14327. 14327¹. 15062. 15068.

Binēnsis *v.* Vina.

Bineses *Persa.* AMM. 25, 7, 13 (*a. 363*) Bineses (Binis *V*) e numero nobilium optimatium. 25, 9, 1.

Bineta. CORP. V 5148 (*Bergomi*) Atestia Ide Atestiae Tertiae patron(ae) ... et Capitoni Binetae et Martiae et Primul. delicatis. *Otto.*

Bingium, -ī *opp. Vangionum in Germ. super., hodie* Bingen; *cf. PW. III 475; Corp. XIII 2 p. 456.* TAC. hist. 4, 70 Tutor Treveris comitantibus vitato Mogontiaco Bingium concessit. AMM. 18, 2, 4 civitates ... Antennacum et Vingo. AVSON. Mos. 2 transieram celerem nebuloso flumine Navam, addita miratus veteri nova moenia Vingo (*sic Mommsen,* Vinco *Minola,* vico *codd.*). NOT. dign. occ. 41, 10 Bingio. 41, 22 praefectus militum Bingensium (bringentium *codd.*), Bingio. ITIN. Anton. Aug. p. 253, 4 Vingio *et* Bingio *codd., item* p. 374, 4 Vingio. TAB. Peut. 3, 2 Bingium. ITIN. Tungr. (Dessau 5839) ⟨Bi⟩ngium. RAVENN. p. 227, 7 Bingum. *adde* CORP. XIII 6211 praef(ectus) Bin⟨gi(i) ripae Rheni?⟩. **Bingēnsis** *l. 65.* *Ihm.*

? **Binhdo** *nom. mul. barb.* CORP. III 5483 (*in Norico, periit*) Binhdo coniux. *sunt qui conferant* Bindus. *Otto.*

bīnī, -ae, -a [*aut a bis ductum aut aequandum c. lituan.* dvynu '*gemini*'. *Th.*]. PRISC. gramm. II 126, 23 nec solum i, sed aliae quoque vocales ... solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut ... bis uni (*sic ADr al.* GRAMM. suppl. 113, 10, *item* PRISC. gramm. III 112, 18 *R.*) bini. VARRO ling. 8, 55 *analogon si essent vocabula* a duobus duini, non bini, diceretur. *genet. plur. masc. et neutr. saepius* binum *quam* binorum, *fem. semel* CHALC. comm. 40.
GLOSS. bina δισσά, τοῦτ' ἔστι δύο. *in* VVLG. *et* ITALA *saepe pro graeco* δύο δύο. *cf. p. 1994, 18.* VARRO ling. 9, 64 ut duo tria sunt multitudinis, sic bina trina; *formae singularis, sed notione multitudinis* LVCR. 4, 451. 5, 879 ANTH. 791, 25 NEMES. cyn. 123 IVL. VAL. 1, 3 RVFIN. hist. 4, 7, 3 PAVL. NOL. carm. 27, 152. 210 MART. CAP. 2, 107 CYPR. GALL. gen. 136 (?). 476 GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sidon. epist. 9, 16, 3 vers. 36 Coripp. Ioh. 2, 157 Gloss. II 570, 1 (?). *cf.* Sedvl. carm. pasch. 3, 90 bis bina cervice. *nota ambiguitatem vocis natam ex. gr.* βινεῖν (Cic. epist. 9, 22, 3). [*sard.* binu, *ven.* bina. *M.-L.*]

I *distributive: inprimis in eisdem vel paribus actionibus, praesertim saepius repetitis, in descriptionibus rerum naturae, actionum rusticorum, medicorum, artificum sim., rerum symmetricarum al.*:

1 *generaliter: notandi sunt alii numeri distributivi* singuli, terni *al. saepius coniuncti sive oppositi* (*cf.* bis *p. 2006, 81 sqq.*). *non omnia quae habui attuli*: Plavt. Epid. 211 *ducunt secum* pueros, virgines, binos ternos, alius quinque (quisque *codd.*). Lvcil. ed. Marx 1061 culcitulae accedunt privae centonibus binis. Cato agr. 3, 5 trochileas ... binis funibus ... ducunt: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces. 14, 3 duae *tegulae non integrae* pro una, conliciares quae erunt pro binis putabuntur. 18, 2 pavimentum binis vasis. 18, 5 binas *trabeculas* pro singulis eo supponito. 49, 1 *vineam* deputato, binas gemmas ne amplius relinquito. 79. 149, 2 bubus domitis binis (bimis *cod.*), cantherio uni ... domino pascere recipitur. 150, 2. 161. Cic. Verr. 1, 34 tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias (2, 30. 3, 130). 4, 116. 118. 188. 189. 194. 196. 197. 5, 32 binos *scyphos sigillatos* habebam. Font. 19 Servaeum ... binos victoriatos *exegisse*. leg. agr. 2, 93 anteibant lictores ... cum fascibus bini. p. red. in sen. 36 (?). de orat. 3, 198 terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant. orat. 224 saepe ... singulis *spondeis* utendum est, plerumque binis ..., non fere ternis amplius. 226. leg. 3, 7 censores ... bini sunto. Att. 6, 1, 9 propter casum navigandi per binos tabellarios misi Romam litteras. Lent. Cic. epist. 12, 15, 4 binae profectae erant ad Dolabellam legationes *post Trebonii caedem ceteraque facinora*. Caes. Gall. 4, 17, 3. Lex Iul. munic. (Corp. I 206) 92 bina *stipendia* semestria, quae ei pro singuleis annueis procedere oportet (102). Varro frg. Non. p. 555, 9 qui gladiis cincti sine scuto cum binis gaesis essent. ling. 8, 10. 8, 48 omnia debuerunt esse bina. rust. 1, 14, 2 palis ... latis perforatis et per ea foramina traiectis longuris ... binis. 2, 1, 18 in omnibus binis mensibus ante faciunt. 2, 2, 5. 2, 8, 5 hisce *mulis* ... binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur. 2, 10, 8. 3, 7, 9 *columbarum* pulli nascuntur bini. Lvcr. 4, 449 omnia quae tuimur fieri tum bina tuendo, binaque lucernarum ... lumina *eqs.* Sall. Catil. 20, 11. Verg. georg. 1, 172 *aratro* binae aures ... aptantur (Serv. *sine necessitate* duae). 4, 95 *de apibus*: ut binae regum facies, ita corpora plebis. Aen. 5, 306 bina dabo ... spicula ... omnibus hic erit unus honos. 5, 557 bina ferunt ... hastilia *pueri* (7, 688). Ov. met. 12, 432 caudice ... misso, quem vix iuga bina moverent. 14, 205 quo *tempore* vidi bina meorum ter quater adfligi sociorum corpora terrae. rem. 441 ut pariter binas habeatis amicas (449 solacia bina). S. C. Frontin. aq. 100 eos qui aquis publicis praeessent ... lictores binos. Liv. 1, 52, 6 ut ex binis manipulis singulos faceret binosque ex singulis. 6, 36, 11 cum bina iugera agri plebi dividerentur (8, 11, 14). 7, 14, 7 mulis strata detrahi iubet binisque tantum centunculis relictis .... 7, 37, 2. 9, 44, 3 an consulto binos consules ... *Piso* transcenderit, incertum est. 21, 13, 7. 21, 45, 7. 23, 29, 5 *Numidis* desultorum in modum binos trahentibus equos (35, 28, 8). 23, 45, 7 quos binae acies consulares numquam sustinuerunt. 24, 34, 6 iunctae *navibus* aliae binae quinqueremes. 25, 5, 9. 29, 25, 11. 30, 17, 14. 38, 35, 9 novos exercitus, binas legiones, scribere. 37, 40, 2 partes eas interpositis binis elephantis distinguebat. 41, 3, 6 (41, 4, 3). 44, 29, 5 vecti nocte binis ... lembis Macedones. Manil. 1, 545 quantum a terris atque aequore signa *zodiaci* recedunt tantum bina patent (*sc. sextam partem circuli, quantum efficit radius circuli*). 1, 548. 551. 554. 594 per binas vertex a vertice partes divisus duplici summa circumdat Olympum (*i.* $6+6$, $5+5$, $4+4$). 2, 159 binis *astris* insiste. 2, 175. 179. 2, 698 cum tricenas per partis sidera constent, rursus bis senis numerus diducitur omnis. ipsa igitur ratio binas in partibus esse dimidiasque docet partes. 2, 733. 3, 219. 243. 306. Vitr. 4, 3, 4 ut ⟨in⟩ intercolumniis reliquis bini (-is *GH*) *triglyphi sint conlocati*. 5, 4, 3 harmonia tetrachordum et tonos et dieses habet binas. Pavl. Fest. p. 221 pararium aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Germ. 454 pars aequa rotarum dividitur, binos ut si qui desecet arcus. Cels. 4, 19 p. 145. Sen. Herc. f. 38 qua Sol ... binos ... tinguit Aethiopas. Oed. 360 capita paribus bina consurgunt toris *tauri*. benef. 7, 9, 4 iunguntur *uniones* inter se et insuper alii binis superponuntur. nat. 1, 11, 2 historici ... binos ternosque *soles* adparuisse memoriae tradunt (1, 13, 1 *cf.* Clavd. 18, 6). Cvrt 7, 7, 32 equi binos armatos vehunt. Colvm. 7, 6, 7 pessima est fetura *caprarum*, cum matres binae ternos haedos efficiunt. 8, 8, 10. Mela 2, 13 binis ... poculis qui plurimos rettulere *interfectos* perpotant. Plin. nat. 2, 34. 66 Veneris ... stella excedit eum (*signiferum*) binis partibus. 8, 68 *cameli Bactrianae* bina habent tubera in dorso. 8, 95. 132. 8, 202 *de capris*: feminarum generositatis insigne laciniae corporibus e cervice binae dependentes. 9, 46. 73 nullis *piscibus pennae datae* supra quaternas, quibusdam ternae, quibusdam binae, aliquis nullae. 9, 97. 101. 10, 13 excludunt *aquilae* pullos binos. 11, 128 bisulcis bina *cornua* ⟨natura⟩ tribuit. 11, 131. 168 quinto anno incipiente amittit *equus* binos *dentes*. 11, 183 in Paphlagonia bina perdicibus corda. 11, 272 binis et in aversa capitis parte oculis hominem. 12, 23. 32 *seruntur* bina iuxta composita semina. 16, 163 latera harundini calamoque in rotunditate bina. 18, 75 *hordeo* sunt bini anguli. 18, 78 spicae quaedam esse binos ordines, habent quaedam plures usque ad senos. Sil. 8, 493 spicula bina gerunt *proeliantes*. Stat. Theb. 3, 198 bina per ingentes stipabant funera portas *Thebani*. Qvint. inst. 11, 3, 98 binos ... digitos distinguimus. decl. 305 p. 196 quae miserorum inter binos metus cunctationes! Svet. Dom. 4 quaestoriis muneribus ... ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret bina paria e suo ludo postulandi. Flor. epit. 4, 11, 6 Caesaris naves a binis remigum in senos nec amplius ordines creverant. Itala iud. 5, 28 (Lugd.) quia tardabant currus eius venire, quia tardabant bini ascensores eius (δισσοὶ ἀναβάται *aliquot codd. graeci*)? Paneg. 11, 9 cunctas ... civitates unis aut binis epistulis ... imperatoris repentinam induisse ... iuventutem. Vopisc. Aurelian. 26, 4 nulla pars muri ... non binis et ternis ballistis occupata. Chalc. comm. 40 *numerorum* intervalla binum medietatum capiant interiectionem. Hier. epist. 48, 19 omnia animalia, quaecumque bina ingrediuntur. Vvlg. gen. 6, 19 ex cunctis animantibus universae carnis bina (δύο δύο) induces in arcam.

nota: *substantiva mensurae, ponderis, aeris, temporis quibuscum saepe coniungitur*: *affero*: Cato agr. 19, 1 stipites arboresque binis pedibus altiores. 41, 4 Caes. Gall. 7, 23, 1 Varro rust. 3, 10, 3 Sall. hist. frg. 3, 36 Vitr. 5, 1, 6. 7, 3, 1. 2. 7, 4, 5 Colvm. 4, 33, 3. 5, 5, 3. Vitr. 7, 1, 6 digitūm. Cvrt. 8, 9, 28 cubitorum. Plin. nat. 5, 34. 7, 75 *al.* 7, 28 palmarum. 12, 23 stadia (23, 26). 26, 108 palmorum (27, 116). Scrib. Larg. 8 p. X̶ (70). *de pedibus metricis*: Mar. Victorin. gramm. VI 42, 13 Porph. Hor. ars 252. Varro rust. 1, 10, 2 iugera. Liv. 6, 16, 6 Plin. nat. 18, 7 Ivv. 14, 163. Varro rust. 2, 1, 18 mensibus. 2, 4, 13. 14 Plin. nat. 9, 89. 10, 159. 2, 34 annis. 10, 161 dies. 28, 66 horis. Nemes. cyn. 121 soles (*i. annos*). Avson. 334, 87 trihoria mensis (393, 62). Varro rust. 2, 4, 15 libras. Plin. nat. 9, 64 libras ponderis. 11, 184 drachmas ponderis. 26, 115 drachmis. 28, 109 obolis (28, 119). Cels. 4, 19 p. 145 cyathos (Colvm. 8, 4, 5). Colvm. 2, 3, 2 sextarios. 12, 20, 8. 12, 21, 5. 12, 52, 10 arb. 5, 4. 12, 20, 7 amphoras. 12, 21, 2. 3. 5 urnas. Scrib. Larg. 186 coclearia. Plin. nat. 18, 102 semodios. 31, 94 congios. Cic. Verr. 4, 118 milia nummum. 4, 116 H̶S̶ binos. 4, 188. 189. 194. 196 Svet. Iul. 38. Cic. Verr. 4, 197 denarios (Petron. 45, 71 Tac. ann. 1, 17). Liv. 43, 5, 8 ex binis milibus aeris. 43, 6, 10. 14. 43, 8, 8. 44, 14, 4. 44, 15, 8. 45, 42, 11 Colvm. 3, 3, 8. Maecian. distrib. 28 sextulae. *nota*: Mart. 12, 55, 6 binos quater a nova moneta *petit Aegle*.

2 *specialia*: *copulatur cum certis numerorum notionibus, adverbiis vel aliis vocibus separationis, ut* utrimque, unusquisque *al.*: Plavt. Poen. 222 binae singulis ... datae nobis ancillae. Sisenna hist. 36 ad binum milium numero sauciis utrimque factis. Cic. Arat. 316 sex tantae ... partes (*sc. ut radius*) bina pari spatio caelestia signa *zodiaci* tenentes. leg. agr. 2, 27 binis comitiis ... de singulis magistratibus iudicare. 2, 85 si ... unicuique vestrum ... bini pedes *campi Martii* adsignentur. Verr. 4, 116 ad singula medimna ... H̶S̶ binos ... cogebantur dare. de orat. 1, 261 ut una continuatione verborum ... binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur. 1, 213 'o M. Druse, patrem appello', — haec ... duo binis pedibus incisim. Tim. 28 ut in singulis *partibus* essent bina *intervalla* media. Att. 7, 14, 2 distribuit binos *gladiatores* singulis patribus familiarum. epist. 7, 11, 1 ut a singulis interregibus binas advocationes postulent. Polio Cic. epist. 10, 33, 3 binis tabellariis in duas navis impositis. Caes. Gall. 3, 15, 1 singulas binae ... naves circumsteterant. 4, 17, 6 utraque *tigna* ... binis utrimque fibulis ... distinebantur. civ. 1, 25, 10 in quarta quaque earum *ratium* turres binorum tabulatorum excitabat. 1, 58, 4 singulas binis navibus obiciebant. Varro ling. 8, 76. 10, 37 ea verba bina habent eundem λόγον. rust. 1, 5, 4. 1, 10, 2 bina iugera ... a Romulo primum divisa ... viritim. *ibid.* ut sint in utramque partem binae *centuriae*. 2, 9, 7 ut bini catuli unius canis numerum obtineant, ut solent bini agni ovis. 2, 10, 11. 3, 3, 1. 3. 3, 3, 6 omnibus tribus his generibus sunt bini gradus. Lvcr. 4, 291 *de speculis*: aeribus binis quoniam res confit utraque. 5, 879 nec ... esse queunt ... corpore bino ex alienigenis membris compacta. Ov. fast. 2, 644 *duo domini* bina ... serta tibi binaque dona ferunt. Liv. 3, 30, 7 bini *tribuni plebis* ex singulis classibus *creati sunt*. 3, 69, 8. 4, 47, 6 coloni ... mille et quingenti ... bina iugera acceperunt (6, 16, 6. 8, 21, 11). 23, 22, 5. 23, 42, 9 bini consules cum binis consularibus exercitibus (29, 26, 2). 25, 9, 16. 27, 36, 12. 30, 17, 13 equos duo phaleratos, bina equestria arma. 33, 42, 8 tritici deciens centena milia binis aeris populo discripserunt. 37, 11, 13 contis ... binis *quinque navium* a prora prominentibus. 37, 41, 7 ab axibus rotarum utrimque binae eodem modo diversae deligabantur falces. 42, 1, 2. 42, 31, 2. Manil. 1, 700 *lacteus orbis* tris ... secat medios gyros et signa ferentem partibus e binis. 2, 719 singula ... retinent binas in sidere quoque dimidiasque sui partes. Vitr. 4, 3, 8. Cels. 7, 18 p. 295 *cum* κρεμαστήρων utroque binae descendunt et venae et arteriae. 8, 15 p. 356 *in spatha* bina foramina tribus locis sunt. Sen. rem. fort. 16, 6 cuius auriculis utrimque patrimonia bina dependeant (benef. 7, 9, 4). Cvrt. 7, 5, 27 electis DCCCC fere bina talenta equiti dedit. Colvm. *saepius.* Scrib. Larg. 8 salis, nitri ... singulorum p. X̶ binum (70). Plin. nat. 2, 119 sunt ... bini *venti* in quattuor caeli partibus. 11, 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

struunt *apes* orsae a concamaratione alvi textumque velut a summa tela deducunt, limitibus binis circa singulos actus. 11, 126 bina capitis unius cornua. 11, 165 terrestrium minutis quadripedibus primores *dentes* bini utrimque longissimi (11, 168). 11, 256 iynx … utrimque binos *digitos* habet. 12, 75 in utraque gente bina genera. 17, 211. 18, 47. 32, 148 QVINT. inst. 9, 4, 65. 9, 4, 80 cum constent quattuor pedes binis *syllabis*. PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 18 donec bina hostium spolia singuli referrent. *nota* TAC. ann. 15, 72 bina nummum milia viritim manipularibus divisit. SVET. Iul. 76. 84 duo quidam … iacula bina gestantes. Aug. 38 binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 constituit, ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur. EDICT. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 liberi tres et tres liberae cum binis comitibus. APVL. apol. 89. PS. APVL. Ascl. 11 manibus et pedibus utrisque binis. TERT. anim. 6 bina *corpora* … in unius uteri ambitu. 31 si … binae *animae* … usque uno utero resumuntur. AVIEN. Arat. 1045 *sex partes* dimensa spatii sic lege locantur bina ut decisis includant partibus astra. AMM. 19, 12, 19 infans ore gemino cum dentibus binis. FAV. EVL. p. 9, 19 septimus *numerus* … *non* creatur ex binis unius generis numeris. HYG. astr. 3, 1 in utrisque auribus binas *stellas*. 3, 25 p. 92, 11 in unaquaque earum (*Chelarum*) binas *stellas*. SCHOL. Germ. Bas. p. 64, 7. VVLG. Ezech. 41, 24 ex utraque parte bina erant ostiola (*bis*). PAVL. NOL. carm. 28, 23 geminas *cellas* binis historiis ornat pictura fidelis. AVG. civ. 9, 13 p. 384 his binis … carere utrisque non possunt. p. 386 quaedam … cum binis alterutrorum … communia. 15, 14 p. 86 *quadraginta* dies non binas ac paulo amplius horas habebant. *pro numeris res ipsae diversae complures nominantur. etiam de hominibus et rebus quae per se semper compluria extant*: HIRT. Gall. 8, 2, 2 *legioni XIII* adiungit legionem XI … binis cohortibus … relictis reliquum exercitum in … agros Biturigum inducit. LIV. 4, 34, 4 singulis captivis ab equite ac centurione sorte ductis, quorum eximia virtus fuerat, binis. 9, 36, 6 *Fabius et servus* gaesis … binis armati. 24, 7, 1 praemissis Hippocrate atque Epicyde cum binis milibus armatorum. 24, 11, 2 binas *legiones* consules sibi sumere, binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam optineri. 24, 44, 1. 3. 25, 3, 3 consulibus bellum cum Hannibale et binae legiones decretae. 26, 1, 5. 27, 36, 12. 28, 10, 10 exercitus ita divisi: consulum alteri, quem C. Claudius …, alteri, quem Q. Claudius … — eae binae legiones erant — habuissent exercitum. 29, 13, 4. 31, 8, 5. 32, 28, 9. 33, 4, 5 Thracum … et Illyriorum … par numerus, bina milia erant. 34, 53, 2. 36, 17, 1. 37, 2, 12. 39, 38, 7. 39, 55, 7. 40, 36, 6. 41, 14, 10. 42, 57, 8. 45, 16, 3. MANIL. 4, 593 hos (*Boream Eurum Austrum Zephyrum*) inter binae mediis e partibus aurae exspirant. 4, 849 pariter … bina *ecliptica signa* laborant (4, 859). COLVM. 2, 2, 11 in principio atque exitu fossae … binis saxis … constitutis. 7, 6, 2 *capro* sub maxillis binae verruculae … dependent. SVET. Otho 10 binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios et ad Messalinam Neronis. VLP. dig. 1, 13, 1 praef. Romulum et Numam Pompilium binos quaestores habuisse. AVSON. 390, 4 bina dedit *nepos* nostris … iuga nominibus (*i. patri et filio nomina avi et patris, patris et filii*). HYG. astr. 3, 10 p. 85, 18 *Andromeda* habet … in pedibus … binas *stellas* (SCHOL. Germ. Bas. p. 100, 7 in cubitis binas). RVFIN. hist. 4, 7, 3 velut quandam bestiam bino ore sibilantem binisque linguis … venena vibrantem, Saturninum … et Basilidem produxit. PAVL. NOL. carm. 27, 210 *apostolos et patriarchos* agmine bino, per duodena deus signavit nomina patres. AVG. civ. 16, 8 p. 136 homo quasi lunatas habens plantas et in eis binos tantummodo digitos. SIDON. carm. 2, 401 retinacula bina cothurnis mittit in adversum vincto de fomite pollex. INSCR. christ. Hisp. 176 dextra laevaque binos porticos arcos.

in enuntiatis, quae temporis notiones continent: PLAVT. Mil. 212 bini custodes semper totis horis occubant (NEP. Ages. 1, 2 (?) PLIN. nat. 11, 126). CIC. Brut. 333 singulis aetatibus binos oratores laudabiles constitisse. nat. deor. 2, 102 binas in singulis annis reversiones. epist. 7, 1, 3 venationes binae per dies quinque. SALL. Catil. 6, 7 annua imperia binosque imperatores sibi fecere. NEP. Hann. 7, 4 quotannis annui bini reges creabantur (VERG. ecl. 5, 67 pocula bina [SERV. *male* 'duo'] quotannis … statuam olivi). CORP. XIV 3613 *gente Homonadensium* redacta in pot[estatem imp. Caesaris] Augusti populique Romani senatus … supplicationes binas (*annuas?*) … [decrevit]. VERG. ecl. 2, 42 bina die siccant ovis ubera. OV. met. 1, 626 suis vicibus capiebant *lumina* bina quietem. GERM. frg. 2a16 annuus est Veneri cursus … binos Gradivus perficit orbis. CELS. 3, 3 p. 78 accessiones … singulis diebus … binae pluresve concurrunt. 4, 19 p. 145 per intervalla temporis … cyathos binos … sumere. 5, 25, 9 bina catapotia mane, bina noctu. SEN. dial 6, 17, 5 parum erit simul binis coire (PLIN. nat. 14, 117 binos congios simul haurire. AVSON. 377, 2 spectas tempora bina simul). PLIN. nat. 6, 58 binae aestates in anno, binae messes media inter illas hieme. 11, 168. 17, 7 fructu annuo addicto binis milibus nummum. 32, 36 haec … bina vesperā *dantur*. 33, 118 *minii* ad bina milia fere pondo annua. MART. 3, 10, 1 constituit … pater tibi milia bina menstrua. QVINT. inst. 6, 3, 77 *Vatinio dicenti* se iam bina milia passuum ambulare *Cicero*, 'dies enim', inquit, 'longiores sunt'. PLIN. epist. 6, 4, 5 ut timori meo cotidie … binis epistulis consulas. SVET. Iul. 38 annuam … habitationem … ad bina milia nummum … remisit. 76 utroque anno binos consules substituit. APVL. apol. 89 binos cuiusque anni consules. VOPISC. Aurelian. 9, 7 aureos Antoninianos diurnos binos. AVSON. 261, 1 imperium binis fuerat sollemne quod olim consulibus Caesar Iulius optinuit. PAVL. NOL. carm. 27, 152 sanctorum ut amore duorum binum habeam natalem hodie. CORIPP. Ioh. 2, 157 bino perstringit … hordea culmo (*sc. in anno*).

nota structuram bini in: PLAVT. Persa 471 compendi feci binos panes in dies (SCRIB. LARG. 111 dantur … in diem ligulae binae). CATO agr. 3, 5 in iugera oleti CXX vasa bina esse oportet. CIC. Verr. 3, 133 describebat censores binos in singulas civitates. VARRO rust. 2, 2, 20 in *centenas* pellitas *oves* … binos *homines*. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 62, 12 IIviri quicumque erunt, ii⟨s⟩ IIviri⟨s⟩ in eos singulos lictores binos … habere ius potestasque esto. LIV. 1, 43, 9 quae bina milia aeris in annos singulos penderent. 4, 52, 7 in legationes … coacti sunt binos equites adicere. 9, 41, 7 binae tunicae in militem exactae. 22, 23, 6 *ut* argenti pondo bina et selibras in militem praestaret. 31, 49, 5 *ut* in singulos annos bina iugera agri acciperet. 31, 50, 1 frumenti vim … binis aeris in modios populo diviserunt. 37, 29, 8 binis in ordinem navibus. 43, 6, 10 munera omnibus in singulos binum milium aeris data (43, 6, 14. 44, 15, 8. 45, 42, 11. COLVM. 3, 3, 8 vineas … binis milibus in singula iugera posita⟨s⟩. PLIN. nat. 18, 130 tax⟨at⟩io *raporum* in libras sesterti … bini (33, 159). TAC. ann. 2, 87 binos … nummos … in singulos modios. SVET. Iul. 76. LABEO dig. 33, 1, 17, 1 in annos singulos binos culeos.

coniungitur cum praepositione separativa inter: CATO agr. 18, 2 inter binos stipites vectibus locum p. XXII. CIC. Verr. 3, 130 dies XXXV inter binos ludos. Phil. 12, 27 inter bina castra (CAES. civ. 3, 19, 1. 3, 37, 2 LIV. 3, 60, 3. 4, 18, 3. 21, 59, 2 *al.* FRONTIN. strat. 2, 5, 33). VARRO rust. 2, 2, 10 inter haec bina loca. LIV. 40, 8, 12 inter binos … reges. VITR. 8, 6, 3. PLIN. nat. 17, 160 inter bina semina. 17, 171 vites. PS. QVINT. decl. 9, 19 scopulos. VEG. mil. 3, 16. 4, 6. 4, 23 intra binos parietes. *cum verbis separandi*: CIC. Arat. 94 quas *stellas* intervallum binas disterminat unum. VARRO ling. 9, 74 res in binas dividi partis (rust. 1, 5, 4. 3, 3, 3. CELS. 8, 1 p. 324 *foramina* in bina itinera dividuntur. PLIN. nat. 13, 38 *palmae* in binos se dividunt truncos). LVCR. 1, 533 quicquam nec frangi nec findi in bina secando *posse videtur* (*cf.* SEN. Herc. f. 336). MANIL. 3, 383 hic locus in binas annum noctesque diesque … dirimit. SEN. Phoen. 433 binas … diduxit acies … *Iocasta*. MART. CAP. 2, 289 disgregare. LIV. 4, 27, 2 bina castra hostium parvo inter se spatio distantia (38, 4, 5 FRONTIN. strat. 2, 10, 2). *vice versa cum verbis iungendi*: CAES. Gall. 4, 17, 3 tigna bina … inter se iungebat. VARRO ling. 8, 10 eodem illo 'et' omnis binos consules colligare (-ere *F*). 9, 68 bina … coniuncta aedificia. rust. 2, 8, 5 LVCR. 5, 1300. SALL. Catil. 20, 11 binas … domos continuare. LIV. 24, 34, 6 iunctae … binae quinqueremes (CVRT. 4, 3, 14). COLVM. 12, 16, 1 PLIN. nat. 37, 163. FRONTIN. strat. 3, 9, 8 binas naves … contabulavit. *cf.* PROP. 2, 1, 22 bina coisse vada (OV. fast. 6, 94 SIL. 15, 516).

partes singulae accuratius describuntur: VARRO ling. 5, 11 omnium rerum initia esse bina, ut finitum et infinitum …. 8, 47 habent quaedam *voces* binas *formas*, ut cervus, cerva. 8, 59 alia *verba, quae contraria non habent, efficiunt* bina, ut … currens ambulans, cursurus ambulaturus. 9, 55. 9, 68 bina … aedificia … unum … alterum. 9, 74. 10, 22. 10, 54. rust. 1, 5, 4 binas … species … prima … altera. 1, 47, 1 summa *cacumina* integenda binis tabellis dextra et sinistra deligata. 2, 10, 11 bini homines … uterque horum. 3, 3, 3 binas species … in prima parte … altera specie. 3, 3, 6 bini gradus, superiores … inferiores. frg. Non. p. 542, 20 binas tunicas … subuculam et indusium. OV. fast. 1, 627 bina … pariter Tegeaeae sacra parenti pro pueris fieri virginibusque. LIV. 25, 5, 6 triumviros binos … alteros, qui … alteros qui. 25, 7, 5. 37, 41, 7. MANIL. 2, 193 tempora … bina …; hiemem … ver (*cf.* GERM. 267). SEN. nat. 3, 12, 2 elementa bina, maria ⟨et feminea⟩. 4, 2, 6 COLVM. 4, 6, 1. PLIN. nat. 12, 75 bina genera, terrenum et facticium. 18, 218 binis modis … aut enim … aut. 36, 149 binos *aëtitas lapides* … marem ac feminam. PS. QVINT. decl. 9, 19. APVL. mund. 10 ventorum binae sunt species: qui …, illi, qui. Socr. 4 p. 127 habetis … bina animalia, deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate …. apol. 103 an binis verbis respondeam … 'dentes splendicas (splendidos *codd.*)': ignosce munditiis. 'specula inspicis': debet philosophus …. Plat. 1, 9. PS. APVL. Ascl. 6 alimenta … sunt bina, animi et corporis. ITALA Sirach 33, 15 (Aug. civ. 11, 18 p. 486) intuere in omnia opera altissimi bina bina (*debebat semel* bina; δύο δύο), unum contra unum. LACT. inst. 2, 9, 5 terrae … binas partes contrarias inter se … orientem … occidentemque. 2, 10, 1 *animalia* bina, id est diversi sexus singula. MAR. VICTORIN. gramm. VI 129, 30 binae bases, hoc est breves ac longae. AVIEN. Arat. 608 bina crepuscula … seu nox … adolet cum caerula flammas, seu … cum. AVSON. 10, 12 bina venena (*sc. toxica et argentum vivum*). SERV. georg. 1, 33 bina signa, unum … et unum. VEG. mil. 2, 15 bina missibilia, unum maius … aliud minus. HIER. epist. 123, 12 de inmundis animalibus bina … masculus et femina. MART. CAP. 4, 396 proloquia … differentias habent binas, in quantitate et qualitate. 5, 458 bina asserta … purgationem et deprecatio-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem. *efficit partem maioris numeri*: GERM. 527 in sex signiferum si quis diviserit orbem aequales partes, succumbet regula binis inferior signis. CELS. 5, 27, 10 p. 204 *adversus angues* proficit herba vettonica vel cantabrica vel centaurion ... singulae binaeve tritae. COLVM. 4, 27, 4 trigeminis palmis ... binos detrahere oportet. PAVL. dig. 28, 5, 82 (81) pr. quinque partes ... binas ... unam. LACT. opif. 5, 2 *de pedibus animalium*: ex ... vasculo corporis quattuor fecit extantia ... bina ... bina. VVLG. Marc. 6, 7 vocavit duodecim et coepit eos mittere binos. Luc. 10, 1 designavit dominus ... septuaginta duos et misit illos binos. *cf.* MANIL. 2, 698.

substantive: *neutri generis*: CIC. nat. deor. 2, 49 bis bina. VARRO ling. 8, 59. 76 in aliis *verbis* bina sunt, quae ⟨de⟩sint ab eadem voce declinata. 9, 64 *cf. p. 1992, 80.* 10, 49 bina ad singula conferuntur. LVCR. 1, 533. OV. fast. 1, 144 cernere ... bina licet. QVINT. inst. 9, 3, 81 bina binis *opponuntur*. ITALA Sirach 33, 15 *cf. p. 1996, 72.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 4 haec ... in binis unum. RVFIN. Orig. in gen. 2, 2. MACR. somn. 1, 6, 3 bis bina, quae sunt quattuor. 1, 5, 17 bis bina bis, quae sunt octo (2, 2, 10). MART. CAP. 2, 107 *tetras intra se* bis binum tenet. 3, 289 *ordo* disgregabitur in bina. CASSIOD. var. 3, 8, 2 pridem tibi secundum morem veterem exactionem binorum et ternorum fuisse delegatam. 7, 20 binorum et ternorum titulos, quos a provincialibus exigi prisca decrevit auctoritas ... ad scrinia comitis sacrarum largitionum transmittere (7, 21. 22. 7, 20 *et* 21 *tit.* formula binorum et ternorum si per iudicem agantur *sive* per officium agantur. 7, 22 *tit.* formula commonitorii illi et illi scriniariis de binis et ternis). *nota*: VARRO rust. 1, 27, 2 *neque terram* minus binis (*i. binis vicibus sim.*) arandum. *masculine et feminine*: VARRO ling. 8, 55 *cf. p. 1992, 76.* BELL. Hisp. 3, 6 iubet binos equites (*pro* equos) conscendere. LIV. 28, 2, 8 singuli binique velut cum paribus conserere pugnam cogebantur. 31, 42, 4 binis ... ex manipulis aquandi causa missis. SEN. contr. 1, 5, 1 iam binae rapiuntur. 9 praef. 4 athletae binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. VAL. MAX. 3, 2 ext. 7 binos inter se dimicare iussit. COLVM. 1, 9, 8. MELA 3, 62 *ut* harundinum fissa internodia ... binos ... vehant. QVINT. decl. 365 p. 398 quid interest, bini an singuli dissentiant? FRONTIN. aq. 97 ex iis, qui in unoquoque vico habitarent ... binos praeficere. SVET. Iul. 80. HIL. syn. 8 synodos Ancyra atque Arimino congregandas et a singulis provinciis Gallicanis binos ... eo esse venturos. AMM. 19, 5, 6 *ballistae* nonnumquam binos forabant. AVG. civ. 9, 13 p. 386 si haberent *daemones* ... duo quaedam sua, non cum binis alterutrorum, ... communia. SIDON. epist. 3, 3, 7 e numero tuorum vix binis ... post proelium desideratis.

cum numeris: *pendet a cardinali*: PLAVT. Bacch. 1050 binos ducentos Philippos iam intus ecferam. *multiplicativis*: CIC. nat. deor. 2, 49 *cf. supra l. 11.* LVCR. 5, 1300 *equos* bis ... binos. MANIL. 1, 548 bis bina ... astra. 1, 588. FAV. EVL. p. 4, 13 bis bini fit quartus *sc. numerus.* p. 5, 2 MACR. somn. 1, 6, 3 MART. CAP. 2, 107. 170 CYPR. GALL. gen. 476 CASSIOD. inst. div. 7 CORP. VIII 21337. AVSON. 408, 21 *de numero sex*: ter binos. MART. 9, 31, 3 quater binos ... orbes (12, 55, 6 *aureolos*). NEMES. cyn. 173. AVSON. 160, 4 undecies binas ... Olympiadas. 365, 1 ter binos deciesque novem ... annos. 396, 28 binas *ostreas* decies semelque denas. 396, 32 binas ter decies *ostreas*, semel quaternas. FAV. EVL. p. 19, 22 sex decies bini. MACR. somn. 1, 5, 17 bis bina bis, quae sunt octo. SEDVL. carm. pasch. 3, 90 bis bina cervice. *nota*: CASSIOD. inst. div. 4 bis binum (*i. quartum*) locum *codex* tenet in ordine. *regit numeros partitivos*: CIC. Verr. 4, 165 binis centesimis faeneratus est (*bis.* 4, 168). 4, 181 quinquagesimae. MANIL. 3, 570 trientes. MAECIAN. distrib. 28 sextulae. *coniungitur cum aliis numeris distributivis*: PLIN. nat. 7, 71 triceni bini *dentes* viris attribuuntur. 36, 69 *duo obelisci* quadragenum binum cubitorum. LIV. 10, 46, 15 militibus ... centenos binos asses ... divisit (10, 30, 10. 39, 7, 2).

II *duo, deminuta vi distributiva; plerumque apud poetas*: PLAVT. Persa 317 boves bini hic sunt in crumina. TER. Phorm. 789 ex eis praediis talenta argenti bina ... capiebat. VERG. ecl. 3, 30 *vitula* binos alit ubere fetus. Aen. 1, 313 bina manu ... crispans hastilia (SERV. antiquus mos est ... bina pro duobus poni. GLOSS. IV 431, 48. 592, 42. VERG. Aen. 12, 165 OV. met. 14, 344 SIL. 16, 526). 5, 61 bina boum ... Acestes dat numero capita in navis. 5, 96 caedit binas de more bidentis. 8, 168 *Anchises mihi* dedit ... frena ... bina (SERV. duo debuit dicere). 9, 261 bina dabo ... pocula. PROP. 2, 1, 22 Xerxis ... imperio bina coisse vada. 4, 8, 80 *Lygdamus* pedibus vincula bina trahat. OV. met. 7, 240 statuit *Medea* aras e caespite binas, dexteriore Hecates, ast laeva parte Iuventae. ars 2, 72 data sunt ... corpora bina fugae. rem. 158 refer ad patrios bina tropaea deos (epist. 4, 66. 16, 242. 20, 214 VAL. MAX. 6, 9, 14). epist. 4, 105 aequora bina suis obpugnant fluctibus Isthmon (4, 106 utrumque mare. *cf.* fast. 6, 495 *terra* (*sc. Isthmos*) freta bina repellit. *similiter* SEN. Herc. f. 336 *parum accurate de Lyco*: bina findens Isthmos exilis freta [*versus a Peipero damnatus*]). 6, 122 pignora ... bina ... dedi. 8, 30 instant officio nomina bina (*sc. uxoris et fratris*) tuo. fast. 1, 96 Ianus bina ... oculis obtulit ora meis. 2, 418 fingit *lupa* lingua corpora bina sua. 5, 143 bina gemellorum quaerebam signa deorum. 6, 94 Tatium fortemque Quirinum binaque cum populis regna coisse suis. trist. 3, 8, 34 aegra est utraque pars (*corpus et mens*) aeque binaque damna fero. MANIL. 1, 20 bina mihi ... lucent altaria. 1, 283 immotus *axis* ... in binas Arctos (*sc. maiorem et minorem*) ... derectus. 2, 805 *nisi quattuor cardines orbem volantem* nectant ... in vincula, bina per latera *mundi* atque imum templum, summumque cacumen. SEN. Phaedr. 1214 *Theseus loquitur*: patuit ad caelum via, bina ut viderem funera (VAL. FL. 5, 39 MART. 10, 71, 6) et geminam necem. Phoen. 433 binas ... diduxit acies *Iocasta.* VAL. FL. 3, 413 socios adhibere sacris armentaque magnis bina deis (*cf. p. 1997, 68/69*). STAT. silv. 4, 9, 8 noster *libellus* binis decoratus umbilicis. CARM. poet. min. V 64, 16 candiduli bini *sedeant*, unicus atque niger ... fulgentes bini .... CLAVD. carm. min. app. 2, 28 *Iuno* binos in tua membra iubet ... ire dracones. *speciatim cum pluralibus tantum sive eis quae certa quadam significatione modo pluraliter leguntur*: SERV. Aen. 8, 168 'bina' ... secundum Ciceronem non dicuntur nisi de his, quae sunt numeri tantum pluralis (ISID. diff. 1, 159). CIC. Manil. 9 hostium copiis. Phil. 12, 27 castra (CAES. civ. 1, 74, 4. 3, 19, 1. 3, 37, 2 HIRT. Gall. 8, 10, 2 BELL. Afr. 79, 2. LIV. *saepissime nota* 27, 47, 4 bina ... castra, una ... altera. VAL. MAX. 1, 6, 2 SEN. Herc. f. 389 SIL. 7, 217. 15, 516. 17, 177 FRONTIN. strat. 2, 5, 29. 33. 2, 10, 2 SVET. Iul. 39 FLOR. epit. 3, 17, 5 ISID. diff. 1, 159). Att. 5, 3, 1 litterae (5, 3, 2 binae *litterae* ... quarum alterae ... alterae. 5, 4, 1. 6, 1, 9 binas *litteras*, unas ... alteras ... utrasque. 14, 19, 1 epist. 4, 14, 1 *al.* SYMM. epist. 1, 42, 1). LIV. 35, 23, 11 arma (SIL. 9, 410 ISID. diff. 1, 159). MART. 10, 75, 7 Kalendae. QVINT. decl. 308, 210 tabulis (*sc. testamenti.* VLP. dig. 28, 3, 11. 47, 2, 27, 1. CAPER gramm. VII 108, 8 binas tabulas dicimus, non duas: semper enim pluraliter tabulas dicimus). EDICT. Iulian. dig. 3, 2, 1 bina sponsalia binasve nuptias. PAVL. dig. 7, 1, 30 aedes ... aliarum ... alteras (MARCELL. dig. 8, 2, 10. PAPIN. dig. 8, 2, 36 binas aedes ... utrasque. PAVL. dig. 8, 4, 7 praef. VLP. dig. 30, 41, 3. 31, 47 LABEO dig. 32, 31 NERAT. dig. 39, 2, 47 *bis*). *cum vocibus, quarum saepius pluralis quam singularis numerus legitur*: VARRO ling. 9, 64 bigae. 10, 67 quadrigae. LIV. 1, 10, 7 opima ... spolia (VAL. MAX. 2, 7, 15 spolia. PLIN. nat. 7, 103 PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 18). *Bannier.*

bīnio, -ōnis *m. a* bini (-us). *nummus* (*cf. Kubitschek, PW III 476*): GLOSS. II 30, 2 binio δίνουμμα. 30, 3 biniones δηνάρια. HEGES. 5, 24, 3 biniones aureos. ORIGO Rom. chron. I p. 148, 5 binionem aureum. *cf.* binarius. ISID. orig. 18, 65 iactus *tesserarum* ... a numero vocabatur: unio, binio *eqs.*

Biniōnītae, -ārum *a* binio. *haeretici*: PRISCILL. tract. 1 p. 5, 10 quis enim est qui ... haereticorum dogmata stulta non damnet, qui ... dividunt unitam in dei virtute substantiam et magnitudinem Christi tripertito ecclesiae fonte venerabilem Binionitarum scelere partiuntur. 3 p. 49, 8 Binionitarum error. *editor in app. crit.* Ebionitarum *legendum censet, at in indice p. 175 confert* Vnionitas. *Ihm.*

Binna *nom. mul. barb.* CORP. VIII 2808 (*Lambaesi*) M. Antonius M. fil. Collin. Sabinus Caesarea Augus. ... Varia Binna coniunx.

Binnagar *opp. Indoscythiae; cf. Tomaschek, PW. III 474.* PTOL. 7, 1, 61 Βινάγαρα. RAVENN. p. 43, 7 Binnagar.

? **Binnastas** *opp. Aegypti.* RAVENN. p. 129, 12. '*fortasse* Bubastus' *editores.* *Otto.*

binoctium, -ī *n.* [*a* bi- *et* nox; *cf. c.* biduum. *Th.*]. PRISC. gramm. III 416, 25. TAC. ann. 3, 71 plus quam binoctium abesset. AVIEN. ora 699 cursus carinae biduo et binoctio est (AMM. 30, 1, 8).

binōminis, -e [*a* bi- *et* nomen, *gr.* διώνυμος. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 36 binominis, cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius (*ad* PLAVT. *rettulit Reitzenstein; cf.* cognominis). OV. met. 14, 609 sub Ascanii dicione binominis Alba ... fuit. Ib. 417 binominis Iri. Pont. 1, 8, 11 urbs ripae vicina binominis Histri (*eadem clausula* SIL. 1, 326 STAT. silv. 5, 1, 89 AVSON. Mos. 106). FIRM. err. 7, 7 hos binomines (*Bursian,* hihomines *cod.*), id est Liberum et Proserpinam. *Ihm.*

Bintha *opp. Osrhoenae.* NOT. dign. or. 36, 28 contra Bintha. *estne* Birtha? *cf. Fraenkel, PW. III 498.* *Otto.*

binūbus, -ī *m.* [*cf. c.* bi- *et c.* nubere, *gr.* δίγαμος. *Th.*]. CASSIOD. hist. 9, 38 p. 1156B Novatiani circa Phrygiam binubos non recipiunt. NOVELL. Iust. 2, 2, 1 contra binubos poenae communes et viri sunt et mulieris. 22, 28 mortis binubi parentis observari tempus (δευτερογαμήσαντος). *Ihm.*

? **Binus** *cogn. vir.* CORP. XI 4670 (*Tuder, periit*) C. Tintirius Binus.

Binzea *opp. Phrygiae vel Galatiae; cf. Ruge, PW. III 480.* RAVENN. p. 110, 13. *cf.* Οὐίνζελα PTOL. 5, 4, 6. *Otto.*

Bio *v.* Bion.

biocōlyta, -ae *m.* [*gr.* βιοκωλύτης. *Th.*]. GLOSS. V 527, 41 viocolita qui violentias prohibet (582, 47). NOVELL. Iust. 29, 5 biocolytas, id est violentiarum inhibitores. 134, 1 aut biocolytas aut latronum expulsores. *Ihm.*

Biokno *in patella et signaculo aereo* CORP. VII 1336, 154 *et* INSCR. Ephem. epigr. III p. 148 n. 138. *num genuina?*

Biolēnus, -a *nom. gent., cf.* Bienus. CORP. IX 3445 (*Peltuini*) Biolenae Quintae.

1. Biōn, -ōnis (Bio *tituli*), Βίων, *nom. vir. graec.* **1** *Borysthenites* (*cf. v. Arnim, PW. III 483*): CIC. Tusc. 3, 62 facetum illud

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bionis. SEN. dial. 9, 8, 3 Bion eleganter ait. 9, 15, 4 Bion. benef. 7, 7, 1 Bion. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 60 disputationes Bionis philosophi. . . , hic autem Bion, qui Sophistes cognominatus est. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 60 Bion Aristofanis comici pater (par *coni. Buecheler*) dicitur fuisse. **2** *Soleus, cf. Schwartz, PW. III 483*: VARRO rust. 1, 1, 8 Bion Soleus *de rebus rusticis consulendus*. PLIN. nat. 1, 6 ind. auctor. *ex* Bione. 1, 8 ind. auctor. *ex* Bione Solense. 1, 10. 14. 15. 17. 18 ind. auctor. 6, 179 Bion. 6, 180. 183. 191. 193. *alii*: *in exercitu Darei*: CVRT. 4, 13, 36 Bion quidam transfuga . . . ad regem (*Alexandrum*) pervenit. Caecilius Bion: PLIN. nat. 1, 28 ind. auctor. *ex* Caecilio Bione qui περὶ δυνάμεων scripsit. 28, 200 Caecilius Bion. *cogn. libertorum ignobiliumque virorum*: CORP. VI 9753 P Státió P. l. Bioni. XI 1484 (*Pisis*) P. Publilius Bio. 5514 (*Asisi*)? VIII † 13500 (*Carthagine*) Bio et Felix. *in vasculis et patellis* Bio fecit *sim.*: CORP. XIII 10010, 302. VII 1336, 153. 154 (?). II 4970, 86. 164 (?). *adi.* **Biōnēus,** -a, -um, Βιώνειος. HOR. epist. 2, 2, 60 Bioneis sermonibus et sale nigro.

2. Bion *v.* Vtum. **Biōnēus** *v.* 1. Bion.

Bionta *cogn. mul. barb.* CORP. V 5176 (*Bergomi*) C. Statius Cirusi f. . . . Lucíliai L. f. Biontae. *Otto.*

[**Biopator**] *incertum quid lateat* SERV. Aen. 3, 349. *v. adn. crit.* *Ihm.*

Biora *mansio in Sardinia; cf. Mommsen, Corp. X p. 811.* ITIN. Anton. Aug. p. 81, 3 Biora (Piora *duo codd.*). *Otto.*

Bioretānus *v.* Bigerriones.

bios (*acc.* bion) *genus vini.* PLIN. nat. 14, 77 apud Graecos cura clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt bion, ad plurimos valitudinum usus excogitatum. 23, 53 ficticium *vinum* non potest videri quod bion appellavimus (*ὀμφακίτης vocatur apud Diosc. 5, 12*). *Ihm.*

Biōsimus *cogn. liberti*, Βιώσιμος. CORP. VI 36312 L. Scribonius L. l. Biosimus. *Otto.*

biothanatus, -a, -um [*gr.* βιοθάνατος, *cf.* biaeothanatus. *Th.*]. ISID. orig. 10, 31 biothanatus, quod est vi mortuus. GLOSS. IV 592, 43 biothanatus bis (*lege* vi) mortuus, thanatus enim graeco sermone mors dicitur. V 403, 1 biothanatas seolfbonan (*anglosax., acc. plur. ut videtur*). LAMPR. Heliog. 33, 2 praedictum eidem erat a sacerdotibus Syris biothanatum se futurum. FIRM. math. 3, 2, 3 *Saturnus*, si crescentis Lunae Mars radios exceperit, biothanatos facit (3, 11, 1 *et sic saepius plur.*). 3, 4, 24 mortem . . . decernit biothanatam aut repentinam (3, 11, 5 biothanata morte pereuntes, *et saepius*). FILASTR. 85, 2 quidam . . . ex his veluti biothanati moriuntur sese dantes ad praecipitium (*cf. ibid.* honestae mortis). SERV. Aen. 4, 386 dicunt physici biothanatorum animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimum tempus fati compleverint. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 209 Lemures: umbras terribiles biothanatorum. ars 467 quasi occidit et quasi biothanatum fecit. carm. 3, 9, 15 (gloss. app. p. 383) bis patiar mori: id est biothanata fieri. PS. AMBR. epist. 2 (53), 16. CASSIAN. inst. 7, 14, 2 *Iudas* vitam ipsam communi exitu finire non meruit eamque biothanati morte conclusit (*inde* GLOSS. V 424, 43 biothanati laquei). conl. 2, 5, 5 vix . . . potuit obtineri, ut non inter biothanatos reputatus memoria . . . iudicaretur indignus. *nota*: COMM. instr. 1, 14, 8 secede ab istis, qui sunt biothanati facti (*cf.* 1, 36, 5 morte viventes).

Biotia *etc. v.* Boeotia.

biōticus, -a, -um βιωτικός. MAR. VICTOR. gramm. VI 51, 7 metrum . . . bifariam accipiemus: nam aut poeticum metrum est aut bioticum. bioticum metrum est quod in usu vitae et humana conversatione taxatur. *sim.* DIOM. gramm. I 474, 9, *ubi traditur* bioticon. SERV. Aen. 3, 718 controversiarum more epilogos dedit *Vergilius* sex istis prioribus libris, quos et esse bioticos voluit. nam singulis res singulas dedit, ut primo omina, secundo pathos, tertio errores, quarto ethos, quinto festivitatem, sexto scientiam. *Ihm.*

Biōticus, -a *cogn. libertorum*, Βιωτικός. CORP. VI 14950 Ti. Claudius Aug. lib. Bioticus. 27778 Cn. Turpili (Cn. l.) Biotici. 34623 *Aureliae* Bioticae. *Otto.*

bipālium, -ī *n.* [*a* bi- *et* pala. *Th.*]. GLOSS. IV 25, 60 bipalium (-llum *codd.*) ferramentum rusticum. *cf. Olck, PW. III 487.* CATO agr. 45, 1 locus bipalio subactus siet beneque terra tenera siet (COLVM. 3, 5, 3 *ager* bipalio prius subigi debet. PLIN. nat. 16, 173. 17, 69. 17, 125). 46, 1 eum locum bipalio vertito (6, 3. 48, 1 semen. 151, 2. VARRO rust. 1, 24, 4 bipallo *cod.* 1, 37, 5. COLVM. arb. 1, 5 bipalo *SA*. PLIN. nat. 18, 236 vineae satum vertere bipalio oportet). COLVM. 4, 1, 3 si ager bipalio moveatur. 4, 30, 3 *ager* debet converti bipalio (11, 3, 11 satis erit non alto bipalio, id est minus quam duos pedes ferramento novale converti). 4, 32, 1 harundo minus alte pastinato, melius tamen bipalio seritur. 5, 6, 6 pingui solo et modice humido bipalio terram pastinabimus (arb. 29, 1 simulatque terram bipalio [-lo *SA*] repastinaveris). 11, 2, 17 pastinatur . . . terreni iugerum . . . ad bipalium, cui est altitudo duorum pedum. PLIN. nat. 17, 159 solum . . . pastinari debet, ternos pedes bipalio alto. 18, 230 solum seminariis bipalio praeparare.

bipalmis, -e [*a* bi- *et* palma. *Th.*]. bipalmus *p. 2000, 1.* VARRO rust. 3, 7, 4 tabulae fictae ut sint bipalmes. LIV. 42, 65, 9 bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat crassitudine digiti. PS. APVL. herb. 3 ramis longitudine bipalmis. 8 thyrsis bipalmis (*cf.* ISID. orig. 17, 9, 65).

bipart- *v.* bipert-.

bipatēns, -tis [*a* bi- *et* patere patens. *Th.*]. *cf.* biforis. SERV. Aen. 2, 330 *l. 11 sqq.* MARTYR. gramm. VII 170, 10 *a bis numero* bilinguis, biformis, bipatens. PRISC. gramm. III 416, 28 bipatens, tripatens et similia. SERV. Aen. 10, 5 bipatentibus physice dixit, nam caelum patet ab ortu et occasu. est autem sermo Ennianus (ENN. ann. 61 Vahl.), tractus ab ostiis, quae ex utraque parte aperiuntur, unde et modo 'bipatentibus' apertis intellegimus (SERV. auct. *ad l.* bipatentibus, quod intrantibus et exeuntibus pateant). Aen. 2, 330 bipatentibus, quia geminae sunt portae. et quidam 'bipatentibus' praesumptum accipiunt, quia 'bi' particula non praeponitur, neque verbis neque participiis; nemo enim dicit 'bipateo' et 'bipatens'. sed praeponitur appellationibus, ut 'bipennis'. GLOSS. II 30, 13 bipatens διχάνοικτος (*ita f*, διγωννκτος *cod.*, διχανέῳκτος *vel* διχόπτνκος *h*). 30, 12 bipatentibus διχόθεν ἀνεῳγμένοις. V 9, 6 (= 50, 22 = 171, 27 bipatentia bis patentia, bis aperta (*cf.* 50, 21). 171, 28 duas valvas habentia. IV 25, 46 ianuis apertis (488, 49). 592, 44 ianuis apertis, duobus ostiis. 601, 19 bipatentibus: patentibus, domus duplices. ENN. *supra l. 9.* VERG. Aen. 2, 330 portis alii bipatentibus adsunt (SERV. *l. 7. item* portis: CYPR. GALL. lev. 279 Ios. 41 PAVL. PETRIC. Mart. 6, 119 VEN. FORT. Mart. 1, 7). Aen. 10, 5 considunt tectis bipatentibus. AVSON. 146, 3 bipatens pugillar expedi. PAVL. NOL. carm. 27, 481 paries mediis spatio bipatente columnis. 28, 153 valvis (SIDON. epist. 5, 17, 8).

bipeda *v.* bipedus.

bipedālis, -e [*a* bi- *et* pes, *gr.* δίποδος; *item* bipedus, bipedaneus. *Th.*]. *compendia in titulis v. l. 39. 40.* GLOSS. IV 212, 18 bipedalis duorum pedum, *sic saepius.* V 171, 29 bipedalem id est duorum pedum (IV 25, 38 *et* 488, 41 bipedale). CATO agr. 14, 2 clatros in fenestras maioris bipedalis x. VARRO rust. 1, 8, 6 subiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae. CAES. civ. 2, 10, 1 musculum pedes LX longum ex materia bipedali. 2, 10, 3 tigna bipedalia (VITR. 5, 1, 8. 9). Gall. 4, 17, 6 trabibus. HOR. sat. 2, 3, 309 ab imo ad summum totus moduli bipedalis. VITR. 2, 8, 4 parietes. 3, 3, 4 retractiones . . . graduum nec minus quam sesquipedales nec plus quam bipedales faciendae videntur. 5, 10, 2 tegulae (*bis.* 7, 1, 7. 7, 4, 2. CORP. XV 651ᵃ tegl. bipedal. doliar. *item absolute in lateribus*: CORP. XV 362 bipedale dolia. 532 bip. 1684 bipeda. *cf. Blümner, Technologie II p. 21*). COLVM. 8, 3, 7 inter se bipedalis latitudinis spatio distent. PLIN. nat. 16, 57 bipedali hiatu. 16, 200 crassitudine. 20, 253. 25, 19 altitudine. SVET. Aug. 43 erat bipedali minor *adulescens*. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 46 pumilio . . . intra bipedalem staturam. AVG. c. epist. fund. 19 PS. AVG. categ. 8 MART. CAP. 4, 363. 4, 372 quid enim bipedali tripedalive contrarium?

bipedāneus, -a, -um *cf.* bipedalis. COLVM. 2, 2, 21 humus. 4, 1, 2 scrobe (4, 1, 5. 5, 5, 17. 12, 16, 4 arb. 4, 2, 3 PALLAD. 2, 15, 4). 4, 1, 1 super altitudinem bipedaneam. 4, 30, 5 spatiis. 5, 1, 2 scrobis in longitudinem altitudinemque defossus tripedaneus abunde est, latitudine tamen bipedanea (11, 2, 28). 11, 3, 4 modum altitudinis . . . bipedaneum. PLIN. nat. 17, 143 populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali.

bipedus, -a, -um [*cf. c.* bipes. *Th.*]. GLOSS. II 30, 11 bipedus δίποδος. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 483, 15 *substantia* vel alba vel bipeda vel iacens. *subst.* **bipeda,** -ae *f.* PALLAD. 1, 19, 1 solum . . . bipedis sternatur vel minoribus laterculis (1, 39, 2). 1, 39, 2 super has pilas bipedae constituantur binae in altum. 1, 39, 5 si tubulos nolis inponere super arcus ac virgas, bipedas constitues ferreis ancoris conligatas. 6, 11, 2 antequam rudus siccetur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita ut calce viva ex oleo temperata bipedarum canales . . . impleantur. *cf.* bipedalis (tegula) *supra l. 38 sq.*

bipennifer (-a, -um) *a* bipennis *et* ferre. OV. met. 8, 391 bipennifer Arcas. 4, 22 bipenniferumque Lycurgum. trist. 5, 3, 39 bipenniferi . . . Lycurgi. *Ihm.*

bipennis (bipinnis), -e [*duo vocabula inter se confusa, alterum a* penna *ductum, alterum a* pinna. *Th.*]. PRISC. gramm. II 339, 7 'bipennis' commune est et habet etiam neutrum, ideo ablativum 'a bipenni' facit. PROB. app. gramm. IV 199, 6 bipennis, non bipinnis. SERV. Aen. 2, 479 bipenni: ecce nomen, quod reservavit antiquitatem, quia veteres 'pennas' dicebant, non 'pinnas'. *trad.* bipinn-: VARRO Men. 272. 274. 441 VERG. georg. 4, 331 *in R* PHAEDR. 4, 7, 7 COMM. instr. 1, 17, 8 *in C* NON. p. 79 VEG. mil. 4, 46 *bis* PHOC. gramm. V 430, 12 GLOSS. III 204, 30. 325, 58. IV 25, 37. 26, 4. 314, 14. 432, 1. 586, 15. 592, 47 *et* 48. V 50, 24. 271, 36. 427, 40. 492, 62. 565, 19. *cf. p. 2001, 77.* vip-: GLOSS. II 400, 52. 495, 51. III 204, 30. *a poetis dactylicis ponitur in fine hexametri praeter* VERG. Aen. 2, 627 crebrisque bipennibus instant (CLAVD. 20, 414) *et* TIB. 1, 6, 47 ipsa (*sacerdos Bellonae*) bipenne suos caedit violenta lacertos. QVINT. inst. 1, 4, 12 nec miretur *puer*, cur *fiat*. . . a 'pinno', quod est acutum, securis utrimque habens aciem 'bipennis', ne illorum sequatur errorem, qui, quia a pennis duabus hoc esse nomen existimant, pennas avium dici volunt (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 479. ISID. orig.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 1, 46 pinnum ... antiqui acutum dicebant, unde et bipennis et pinna. *cf.* GLOSS. V 9, 8 bipennem bis acutum; pennum enim dicimus acutum (50, 23). 171, 30 bipennem securem qu⟨a⟩e duas pinnas habet id est acutas partes. *cf. infra l. 31.* NON. p. 79 bipinne (*M*, bipennis *C*) manifestum est id dici, quod ex utraque parte sit acutum. SERV. auct. Aen. 11, 651 bipennis ... dicetur, quod ex utraque parte habeat aciem, quasi duas pennas quas veteres dicebant. ISID. orig. 19, 19, 11.

utrimque pennas habens, i. q. δίπτερος: de volatilibus: VARRO Men. 272 (Non. p. 79) ut ciconiae, quarum bipinnis fulminis plumas vapor perussit. 274 (Non. *ibid.*) delunae (*corr.*) bipinnis (bipennis H^2G) ut levis passerculus. PLIN. nat. 11, 96 nullum *insectorum*, cui aculeus in alvo, bipenne est. *de securi*: GLOSS. IV 26, 4 bipinnis bis acutus (-tas *trad.*). V 638, 46 bipennis ab utraque parte acutum. 492, 62 bipinni qui utrisque partibus secures habet. 171, 31 bipennis dicitur, qui utrimque (-trumque *trad.*) habet aciem. VARRO Men. 389 (Non. p. 79) ferream ... bipinnem (bipennem *GH*) securem (PAVL. FEST. p. 19). VERG. Aen. 11, 135 ferro sonat alta bipenni fraxinus (SERV. *ad l.* ad epitheton transtulit nomen proprium; nam bipennis per se plenum est et securim significat). *subst.* **bipennis,** -is *f.* (*cf.* PRISC. gramm. II 160, 4. CASSIOD. gramm. VII 170, 12 GRAMM. suppl. 117, 18). *acc.* -em: VERG. georg. 4, 331 *et passim. abl. plerumque* -i: VERG. Aen. 2, 479 *et passim.* -e: TIB. 1, 6, 47. ITALA psalm. 73, 6 (Hier. epist. 106, 86) *pars codd.* COMM. instr. 1, 17, 8. GLOSS. IV 25, 37 bipinne secure. *cf.* PHOC. gramm. V 430, 12 haec navis bipinnis, hic ignis similiter ablativum in i mittunt, quae saepe poetae per e solent efferre. PRISC. *v. p. 2000, 70.* GLOSS. II 279, 7 δίστομος πέλεκυς bipennis (400, 52 haec uipennis). 30, 17 bipennis δίστομος ἀξίνη. 495, 51 πέλεκυς (517, 47. III 23, 35). 570, 8 bipennis securis. IV 601, 21 securis bis acuta. V 50, 24 securis ambas partes acutas habens. 563, 19 securis quae (quem *trad.*) ambas (*sic*) capita acuta habet. 419, 4 bipennem securem bis acutam (427, 40. 403, 15 acuatem). IV 432, 1 bipinnibus securibus. VEG. mil. 4, 46 p. 165, 1 bipinnis est securis habens ex utraque parte latissimum et acutissimum ferrum (p. 164, 9). *cf. Mau, PW. III 488.* *in usu medicorum*: VARRO Men. 441 (Non. p. 99) hic bipinnis, ille forcipes dentharpagas (bipinsile forcipendent harpagae *trad.*, bipensiles *al.*). *ad caedendas arbores*: VERG. georg. 4, 331 validam in vites molire bipennem (bipin- *R*). Aen. 2, 627 ornum cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant eruere agricolae. HOR. carm. 4, 4, 57 duris ... ilex tonsa bipennibus. OV. met. 8, 766 saevam ... inhibere. PHAEDR. 4, 7, 7 utinam nec umquam Pelii nemoris iugo pinus bipinni concidisset Thessala. LVCAN. 3, 433 raptam vibrare (*cf.* DRAC. Orest. 258). VAL. FL. 1, 122 undique ... delatum nemus et docta resonare bipenni litora. SIL. 10, 529 sonat acta bipenni ... silva. STAT. silv. 1, 3, 61 *arbor* saevas passura. CLAVD. 8, 345 sumptā ... quercum stravisse bipenni. rapt. Pros. 3, 377 *Ceres* armata bipenni. SIDON. carm. 7, 325 secta bipenni Hercynia. CORIPP. Ioh. 4, 1119 per nemus omne bipennes congeminant ... ictus. Iust. 4, 37 quadratā caesa bipenni fraxinus. *usus varius*: VERG. Aen. 2, 479 *Pyrrhus* correpta dura bipenni limina perrumpit. 5, 307 caelatam ... argento ferre bipennem (SIL. 16, 445). TIB. 1, 6, 47 *v. p. 2000, 79* (COMM. instr. 1, 17, 8 *Duellonarii* dorsa sua allidunt [*i. caedunt*] parca bipinne [*C*, bipenne *B*]). SEN. Herc. O. 799 impressa fugax taurus bipenni (VAL. FL. 1, 192 pinguia letifera perfringere colla bipenni. 4, 337 validā caedunt armenta. SIL. 5, 64 pressam ... ad colla bipennem *taurus* ... ferens. 16, 263 victima ... admotae stabat subiecta bipenni. CORIPP. Ioh. 6, 152 in adversa percussus fronte bipenni taurus). SEN. Ag. 46 ictu bipennis. 897 armat bipenni Tyndaris dextram (IVV. 6, 657 Tyndaris ... bipennem insulsam et fatuam dextra laevaque tenebat). PETRON. 89 vers. 24 alta ... bipenni latera *Laocoon* pertemptat. 132 ter corripui terribilem bipennem (*sc. ut mentulam resecarem*). PLIN. nat. 8, 26 poplitem elephanti dextra caedit venator ac praeacuta bipenni. STAT. silv. 3, 1, 126 valida ... solum ... bipenni ... fodit. TAC. agr. 10 formam totius Britanniae Livius ..., Fabius Rusticus ... oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere. APVL. met. 9, 2 me lanceis illis vel venabulis, immo vero et bipennibus, quae facile famuli subministraverant, membratim compilassent. ITALA Ezech. 9, 2 (Tert. adv. Iud. 11 p. 732 Oehl.) uniuscuiusque bipennis dispersionis (πέλυξ [*cf.* GLOSS. III 325, 58 πέλυξ bipinnus], כְּלִי מַפָּצוֹ, VVLG. vas interitus) erat in manu eius. HIER. epist. 106, 86 (*ad* psalm. 73, 6) ex Hebraeo vertentes ita diximus et nunc scalpturas eius (*sancti?*) pariter bipenni (-ne *v. l.*) et dolatoriis deraserunt (ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέρραξαν αὐτήν, VVLG. in securi et ascia deiecerunt eam. Eucher. form. 7 p. 46, 1 in bipenne et ascia. p. 46, 3 bipennis geminata adflictio. GLOSS. IV 592, 48 bipinnis geminata ultio). EDICT. imp. Diocl. 7, 36 in bipenni (βιπιννίου *in frg. gr. Journ. of hell. stud. 1904 p. 195*). AMM. 26, 8, 10. PRVD. perist. 1, 55 praebenda cervix ad bipennem publicam. CLAVD. 20, 414 duris haurire bipennibus Hebrum (SIDON. carm. 5, 209 Ligerim ... bipenni excisum per frusta bibit). rapt. Pros. 3, 79 Dryades dixere gementes Tartarea Furias debellavisse bipenni. SIDON. carm. 5, 246 excussisse citas vastum per inane bipennes. DRAC. Orest. 235 pastor rapit ... bipennem. 342 bipenni ... perire. 522. *ad pugnandum*: OV. met. 5, 79 Actoriden Erytum, cui lata bipennis telum erat. CVRT. 3, 2, 5 *Barcanorum equites* armati bipennibus. SIL. 2, 190 saevam ... perlibrans mediae fronti (STAT. Theb. 8, 487 in galeam librata). 2, 201 rapta properans caedem ostentare bipenni. 2, 624 proiecta. 4, 15 revocant (*i. iterant*) ... nova fornace bipennis. 5, 287 fulgentem portans in bella. 5, 499 corripit aeratam iam dudum in bella. 8, 550 aclydis usus erat factaeque ad rura bipennis. 14, 490 saevā truncatur membra (*i. manus*). 16, 56 retro iactare. 16, 63 barbaricam ... incutit. CORIPP. Ioh. 4, 560 solae apparent post scuta bipennes. Iust. 3, 178 ancipites splendescere luce. *imprimis Amazonum*: *cf.* VERG. Aen. 11, 652 validam dextra rapit indefessa (*Camilla*) bipennem. OV. met. 12, 611 Thermodontiaca malles (*sc. Achilles*) cecidisse bipenni. STAT. Theb. 12, 525 truncae. CLAVD. 18, 333. GLOSS. IV 212, 20 bipennis securis Amazonica. penum dicebant antiqui [bis] acutum (-to *cod.* 586, 15). 592, 47 biceps securis Amazonica bis acuta. 314, 14 securis Amazonica (489, 2 Amagonicarum. V 271, 36).
nota imag.: AVG. c. acad. 3, 10, 22 quam (*definitionem*) si succidere tentabis, rediet bipennis in crura (*proverbialiter? v.* ascia *supra p. 762, 61 sqq.*).

synonyma: ascia, (dolabra), dolatorium, securis. *compos.*: bipennifer. *Münscher.*

[**bipensilis**] *v.* bipennis *p. 2001, 38.*

Biperaria *ins. maris Hadriatici.* RAVENN. p. 408, 12. *Otto.*

bipertio (-īvī), -ītum (-īre) [*ductum a* bipertitus. *Th.*]. GLOSS. IV 25, 50 bipertit in duas partes dividit. V 563, 12 bipertit duobus dividit. IV 212, 19 bipertit duobus erogat (586, 9. V 563, 15). II 277, 6 διήρηται vipertita est. NOT. Tir. 66, 82 bipertitur. COLVM. 11, 2, 5 hiems bipertitur (11, 2, 36 ver). DICT. 2, 32 per campos exercitu bipertito (*cf.* 2, 41 campo).

bipertītio, -ōnis *f. a* bipertitus. AGENN. grom. p. 65, 20 omne genus controversiarum ex quadam materiali vipertitione generatur. constat autem haec bipertitio aut in fine aut in loco.

bipertītus (bipart-), -a, -um [*a* bi- *et* pars partitus. *Th.*]. *forma* bipart- *rarior in codicibus.* GLOSS. II 277, 54 διμερής bipertitus bipertita (*cf.* AMBR. *l. 61*). 30, 9 bipertiti διχῶ⟨ς⟩ μερισθέντες. IV 586, 8 bipertitum duabus partibus divisum. 211, 43 duabus partibus partitum (*sim. saepius*). 314, 13 bifarium vel in duas partes divisum (592, 46). V 403, 21 herbid (*? anglosax.*). VARRO ling. 5, 17 bipertita divisione (*cf.* HIL. trin. 6, 12). rust. 1, 5, 4 secunda pars ... est item bipertita, de hominibus ... et de reliquo instrumento. 1, 37, 1 dies lunares ... quodam modo bipertiti (*cf.* SCHOL. Arat. p. 193, 17 bipertitam lunam, διχόμηνι σελήνη. p. 276, 11. COMPVT. Carth. 2, 14 unum diem bipartitum vel duplicatum). frg. Non. p. 77 melos in cantibus est bipertitum: unum ..., alterum .... RHET. Her. 4, 7, 10 bipertita ... erit ... elocutionis praeceptio (*cf.* PS. ORIGEN. tract. 1 p. 11, 15 praecepta). CIC. inv. 1, 72 argumentationem (1, 67 quadripertita ... tripertita ... bipertita. QVINT. inst. 5, 14, 5 quadripertitam et tripertitam et bipertitam quoque fieri posse ratiocinationem). top. 76 quae ... virtute fidem faciunt, ea bipertita sunt. 85 ex altero genere, quod erat bipartitum. PLIN. nat. 5, 43 bipertitos tradit *Homerus* Aethiopas, ad orientem occasumque versos (*Od. 1, 23 τοὶ διχθὰ δεδαίαται. cf.* AMM. 31, 2, 17 [i]bipertiti per utramque mundi plagam Halani). LACT. opif. 16, 11 in illo sanguine bipertito, qui est conclusus in corde. CHAR. gramm. I 150, 22 *forma casualis* (150, 34 DIOM. gramm. I 308, 8. 13 POMP. gramm. V 172, 3 PROB. nom. gramm. IV 214, 8. 18). TYCON. 1 p. 7, 26 templum. p. 1, 12 *corpus Christi* (p. 8, 5. 10, 13). 4 p. 38, 31 ecclesiae (p. 41, 22). p. 43, 1 Aegyptus. p. 46, 13 Tyrus. p. 49, 17 Aelam. 5 p. 63, 3 Hierusalem. p. 65, 7 Salomone. 7 p. 71, 25 lucifer. p. 75, 31 orbis. AMBR. Noe 9, 28 in illa intestinorum reflexione ac sinuatione bipertita ac tripertita haeret cibus. Abr. 1, 2, 4 anima nostra διμερής est, hoc est bipertita (*cf.* GLOSS. *l. 34*). VVLG. Sirach 47, 23 ut faceres imperium bipartitum (γενέσθαι δίχα). AVG. civ. 17, 3 bipertita non tripertita erunt eloquia prophetarum (*ibid. iterum*). gen. ad litt. 1, 1 p. 3, 4 divina scriptura (*cf.* 8, 19 p. 258, 8). 3, 7 p. 68, 25 locum. PS. ORIGEN. tract. 2 p. 17, 20 populum (3 p. 31, 24). 4 p. 38, 9 corporis. MART. CAP. 4, 371 quantitas bipertita est, quod alia discreta est, alia continua. SIDON. epist. 2, 5, 1 bipertitae litis forma. 5, 1, 3 condicio. 5, 17, 6 acclamationibus. *et saepius.* PRISC. gramm. II 577, 6 species pronominum. ISID. sent. 2, 25, 1 bipartita est causa peccandi, id est operis et cogitationis. VIRG. gramm. epit. 5 p. 26, 12 qualitas nominum non bipertita ... sed multipertita. *nota*: AVSON. 420, 4 raptio Helenae, quae opinione veterum bipertita est.

adv. **bipertītō** (bipart-). GLOSS. διμερῶς. διοχίστως. διχῶς. RHET. Her. 1, 11, 18 illos distribuisse dupliciter et bipertito. CIC. Flacc. 32 bipartito classem distributam fuisse. Catil. 3, 5 illi ... occulte ad pontem Mulvium pervenerunt atque ibi in proximis villis ita bipertito (bipart- *v. l.*) fuerunt. Phil. 10, 13 equitatus, qui in Syriam ducebatur bipertito. inv. 3, 86 id fit bipertito: nam tum causa, tum res ipsa removetur. top. 28, 90 hi cernuntur bipertito, et natura et instituto. CAES. Gall. 1, 25, 7 conversa signa bipertito (bipart- *Q*) intulerunt. 5, 32, 1 conlocatis insidiis bipertito in silvis. OV. rem. 443 secta bipertito (bipart- *vulg.*) cum mens discurrit utroque, alterius vires subtrahit alter amor. LIV. 40, 32, 6 equites bipartito in eos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

emissi. VITR. 1, 3, 1 aedificatio ... divisa est bipertito ... una ... altera ... (4, 7, 1 longitudo ... dividatur bipertito). MAR. VICTORIN. defin. p. 47, 20 reprehensio definitionis ... fit bipartito.

adv. **bipartītē**. BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 974[D] ut parem numerum, qui bipartite secatur, aut bonum habitum virtutis; nam et bipartite sumptum est a duobus quae paria sunt. *ibid.* qui bipartite utitur. *ibid.* eo quod in duo secari significat bipartite secari.

bipēs, -pedis [*i. q. gr.* δίπους, *ind.* dvípāt dvipát *'bipes', cf. c. umbr.* dupursus *'bipedibus'; a* bi- *et* pes. *Th.* (*cf. infra l. 31*)]. PRISC. gramm. III 416, 24 bipes tripes quadrupes decempes et similia. *cf.* NOT. Tir. 58, 15 *sq.* GRAMM. suppl. 116, 32 communia duorum generum ... bipes tripes. *cf.* 132, 28. MART. CAP. 3, 301 tertia *species* (*sc. S littera praecedente E terminatorum*), quae etiamsi aliquam inter se habent differentiam in declinatione, tamen quoniam incremento syllabarum pares sunt in obliquis casibus, in unam speciem rediguntur ut 'Ceres bipes merces'. *neutr. plur.* bipedia: AVG. mor. Manich. 2, 9, 14. 17 MART. CAP. 4, 346. GLOSS. II 278, 47 δίπους bipes. V 632, 42 bipes duorum pedum.

NAEV. trag. 28 bipedes (dvipedes *Ribbeck*) volucres (*cf.* ORIBAS. syn. 4, 16 omne genus avium bipedum a quadrupedum digestiviliora sunt). VERG. georg. 4, 389 magnum qui (*Proteus*) piscibus aequor et iuncto bipedum curru metitur equorum (SERV. *ad l.* equi ... marini prima parte equi sunt, postrema resolvuntur in pisces. *cf.* CIRIS 395 VAL. FL. 2, 508 PERVIG. Ven. 10). PLIN. nat. 8, 131 *ursi* ingrediuntur et bipedes; arborem aversi derepunt (*cf.* APVL. flor. 3 p. 16 velut ursum bipedem). 10, 186 *Aegyptii mures* bipedes ambulant. AVG. mor. Manich. 2, 9, 14. 17 animalia bipedia (*cf.* MART. CAP. 4, 346). RVRIC. epist. 2, 43 tergus aprunum me *tibi* indico transmisisse, ut, dum nos volatilia, quae transmisisti, deliciamur, tu bipede de quadrupede facto satieris. *speciatim de homine* (*opp.* animal quadrupes) [*cf. iuncturam umbr. dat. plur.* dupursus peturpursus, *ind.* dvipát cátuṣpat *'zwei- und vierfüssiges, Mensch und Tier'. Th.*]: CIC. dom. 48 hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadripedum impurissimo rem publicam perdidisti. PLIN. epist. 1, 5, 14 Regulus omnium bipedum nequissimus (APVL. met. 4, 10). LAMPR. Alex. 9, 4 ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus. *cf. Otto, Sprichw. p. 56. adde*: LABER. mim. 92 bipedem bliteam beluam. IVV. 9, 92 alium bipedem sibi quaerit asellum (HIER. epist. 27, 3 revertimur ad nostros bipedes asellos). AMM. 31, 2, 2 ut bipedes existimes bestias *Hunnos*. AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 90 eruditissime bipedum. CIC. nat. deor. 1, 95 quid ... obstat, quo minus *deus* sit beatus, si non sit bipes? PLIN. nat. 11, 243 terrestrium *animalium* solus homo bipes (10, 171). QVINT. inst. 5, 10, 61 animal genus (*est*), mortale species, terrenum vel bipes differens. SCHOL. Germ. Bas. p. 90, 1 *Sagittarium* complures centaurum putant, alii negant, quod quadrupes esse non videatur, sed stans bipes sagittetur. LACT. opif. 8, 2 *hominem deus* bipedem ... constituit. MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 13 homo est animal ... bipes. p. 24, 18 'bipes' ... propter alia animalia positum est, quae plurimis pedibus innituntur. AVSON. 336, 39 qui bipes et quadrupes foret et tripes omnia solus. PAVL. NOL. epist. 28, 1 p. 241, 2 Victor epistularum nostrarum veredarius pedes aut veredus bipes, victor longissimarum viarum. MART. CAP. 4, 346 si quaeratur quid inter hominem intersit et equum, sufficit ut dicamus quod homo bipes est. BOETH. herm. pr. 2, 11 p. 151, 18 (*abl.* bipedi). p. 156, 24. herm. sec. 5, 11 p. 355, 28 (*abl.* bipede). *mensa*: MART. 12, 32, 11 ibat tripes grabatus et bipes mensa.

bipinnis *v.* bipennis.

διπλοῦς **biplex** duplex GLOSS. II 278, 41. *cf.* V 592, 42 biblex duplex. II 570, 9 biplex duplex tuili (*anglosax., pertinens ad* bilex). *v. Löwe, prodr. p. 73 sq. cf.* bilix.

biplicitās duplicitas alterplicitas GLOSS. V 592, 14 (*Scal. ex Osberno; cf. Löwe, prodr. p. 73 sq.*).

Bipo *v.* Dipo.

bipotēns *a* bi- *et* potens. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 32 p. 1065[A] *anima habet* vitalem potentiam et intelligentialem, bipotens enim et gemini luminis. *Ihm.*

Bippa f(ecit) *scriptum videtur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 303.

Bipplium *statio in Carnis.* RAVENN. p. 221, 19. *Otto.*

Bippolīnus *v.* Beppolenus.

biprōrus, -a (-um) [*gr.* δίπρωρος, *a* bi- *et* prora. *Th.*]. HYG. fab. 168 p. 31, 15 dicitur Minerva navem fecisse biproram (277 p. 153, 15). *Ihm.*

Biracatus *nom. vir. celt.; cf.* Biracus. CORP. XIII 5522 (*in Germ. sup.*) dis manibus ⟨.. I⟩uli Biracilli C. Iul. Biracatus pater. 5529 Litugeni Biracati (filii). 10010, 304 (*in vasculo*) Biraca⟨tus?⟩.

Biracellum *opp. Etruriae septemtrionalis; cf. Hülsen, PW. III 489.* PTOL. 3, 1, 43 Βιράκελλον.

Biracia *v.* Biracius.

Biracillus *nom. vir. celt.; cf.* Biracus *et* Biragillus. CORP. XIII 5522 (*in Germ. sup.*) dis manibus ⟨.. I⟩uli Biracilli C. Iul. Biracatus pater. *in vasculis* CORP. XII 5686, 132. XIII 10010, 305. 10011, 162[b]. *cf.* Biragillus.

Biracius *nom. vir. celt.; cf.* Biracus. CORP. V 4153 (*inter Cremonam et Brixiam*) P. Mucius Birací f. XIII 6776 (*in Germ. sup.*) M. Biracius (*ut videtur*) Indutiu⟨s⟩. Biracia *legitur in vasculo* CORP. II 6257, 31 (*editor non vidit*; Biracia⟨...⟩ *in indice*).

Biraco *nom. vir. celt.; cf.* Biracus. CORP. III 5698 (*in Norico*) Belatullo Biraconis f. ... et Ategnatae Malsonis f.

Biracsaccarēnsēs, -ium *pop. Africae proconsularis.* INSCR. Mélanges Boissier 1903 p. 210 (*Bisicae, a. 374/5*) cur(atore) r(ei) p(ublicae) castelli Biracsaccarensium. *cf.* CORP. VIII 12286 (*ibid., saec. II*) civitas BIR · AQ · SACAR (*sic legit editor*).

Biracus *nom. vir. celt.; cf.* Biracius, Biraco, Biracillus, Biracatus. CORP. XIII 5630 (*in Germ. sup.*) Martiae Biraci. INSCR. Revue épigr. V p. 2 n. 1520 (*in Gallia Narbon.*) Vectit⟨...⟩ Biraci⟨...⟩. *cf.* Biracos *ap. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 423.*

Biraeon *v.* Bereum.

Biragicius *nom. vir. celt.; cf.* Biragillus. CORP. XIII 10010, 306 (*in vasculis*) Biragici(us) *et* Biracic.

Biragillus *nom. vir. celt.; cf.* Biracillus *et* Biragicius. CORP. XIII 10010, 305d[2] (*in vasculo*) Birag⟨i⟩lli. 10011, 162[a] Biragi(lli). VII 1336, 155 (*in patella*) Biragilli.

Birarci *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 307.

Birbatrī (*genet.*) *cogn. vir.* CORP. X 290 (*Tegiani, aetate liberae rei publicae*) L. Oppi M. f. Birbatri.

Birbienī (*genet.*) *legitur in patella* CORP. VII 1336, 158 (*videtur periisse*).

Birbilis *v.* Bilb-.

Bircius, -a *nom. gent.* CORP. X 6710 (*Anti, periit*) Birciae Ampliatae C. Bircius Epaphroditus patronae. *Otto.*

birēmis, -e [*a* bi- *et* remus, *cf. c. gr.* διήρης. *Th.*]. DVB. NOM. gramm. V 572, 25 biremas dicebant antiqui naves, nunc biremes melius (*affert* VERG. Aen. 1, 182). PS. ASCON. Verr. p. 172 trieris ternos remorum ordines habet; ita et biremis et quadriremis et deinceps dicuntur. ISID. orig. 19, 1, 23 biremes ... naves sunt habentes remorum ordinem geminum. GLOSS. II 277, 51 δίκωπος biremis. 30, 22 biremis δίκωποι διήρεις. V 9, 12 (= 50, 25) duorum remorum navis ex unaquaque parte (*et saepius* duorum remorum). IV 432, 2 navis duos remos habens (592, 50). V 563, 20 navis cum duobus remis. II 570, 7 qui in duobus locis remigat. V 347, 29 biremis: ordo super alium (402, 60). 171, 32 biremes naves quae duorum remorum ordinibus aguntur. *cf. Luebeck, PW. III 490.* SISENNA hist. 106 navisque triginta biremis, totidem myoparonas. MON. Ancyr. 4, 46 triginta rostrátae náves trirémes aut birémes, plures autem minores inter se conflixerunt. *per ellipsin*: VARRO *v. l. 48.* CIC. Verr. 6, 51 haec biremis (6, 59). CAES. civ. 3, 40, 2 quattuor biremes subiectis scutulis impulsas vectibus in interiorem portum traduxit. BELL. Alex. 16, 6 capitur hoc proelio quinqueremis una et biremis cum defensoribus remigibusque. VERG. Aen. 1, 182 Phrygiasque biremis (SERV. *ad l.* quidam ... biremes ad suum tempus volunt dixisse Vergilium, negantes Troicis temporibus biremes fuisse. Varro enim ait post aliquot annos inventas biremes). 8, 79 geminasque legit de classe biremis. LIV. 28, 8, 7 tres quadriremes et biremes totidem. PLIN. nat. 7, 207 biremem Damastes *auctor est* Erythraeos fecisse. VAL. FL. 8, 427 patriaeque biremes (*i. Colchicae*). SIL. 17, 275 STAT. Theb. 6, 19. TAC. hist. 5, 23 biremium quaeque simplici ordine agebantur. ann. 4, 27 tres biremes adpulere. SVET. Iul. 39 biremes ac triremes quadriremesque. Aug. 16 biremibus Pompeianis terram legentibus. Cal. 15 praefixo in biremis puppe vexillo. CLAVD. 15, 369. 21, 367. HOR. carm. 3, 29, 62 biremis ... scaphae. LIV. 24, 40, 2 lembis biremibus. LVCAN. 10, 56 parva ... biremi (*cf.* 8, 562). *Ihm.*

Bireum *v.* Bereum *et* Beroea.

Birgaius *nom. vir.* (?) *legitur in* INSCR. Ephem. epigr. III p. 143 n. 126 (*in Britannia*).

Birgusia *v.* Berg-.

Biriamus *nom. vir. barb.* CORP. VIII 5454 (*in prov. procos., non descript. ab editore*) Postima Biriami f.

Biribam *nom. vir. barb.* CORP. XIII 7323 (*in Germ. sup., saec. III in., ut videtur*) memoriae Biribam Absei (filii), dec. a⟨l⟩ae firmae cata⟨f⟩ract(ariae) ... oriundo ex provincia Mesopotamiae domo Rac ... (*aut* Rag ...). 5328? *Otto.*

Biric *nom. mul. semit.* CORP. VIII 6845 Etinia Biric. *cf.* Barag, Boroc.

Birichi *cogn. mul. semit.* CORP. VIII 15914 Grania Birichi. *cf.* Biric, Birihbal, Birihut. Birict, Birici (?). *Jacobsohn.*

Biricho *v.* Brachio.

Biriciana, -ōrum *statio in Raetia; cf. Ihm, PW. III 490.* TAB. Peut. 4, 3 Biricianis. *Otto.*

Birict *cogn. vir.* (?) *semit.* CORP. VIII 17222 Birict Bicis f. 15733 C(...) Biric⟨t⟩. *correctum pro* Birici. *sed cf.* 17019 Birici ⟨.⟩ Frontones f(ilius). 17022.

Birictbal *cogn. vir. semit.; cf.* Birict. CORP. VIII 5392 Birictbal Secundus.

Biricus *cogn. mul. semit.* CORP. VIII 6892 Iulia Q. filia Biricus. *cf.* Biric.

Birihbal *cogn. mul. semit.* CORP. VIII 16034 Gerrenia L. f. Birihbal. *cf.* Birict, Birictbal. Baric, Barigbal. Berect, Berecbal. Burucbal.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Birihut *cogn. mul. semit.* CORP. VIII 16768 Cottia Birihut pia. *cf.* Biric, Birichi (*an* Birīc, Birīchi?). *Jacobsohn.*

Birila *ins. iuxta Britanniam sita; cf. Hübner, PW. III 490.* RAVENN. p. 441, 4 Birila (ririla *unus cod.*).

Biritos *sim. v.* Berytus. **Birium** *v.* ad Bibium *sub* bivium.

Birius, -a *nom. gent.* CORP. VIII 16977 (*in prov. procos.*) Iulia Biri Felicis fi(lia). 17022 Birius Fortunatus. IX †1391 (*Aeclani*) Biriae Iuliae. XIII 10010, 308 (*in vasculis*) Birius f. *cf.* Birrius *et* Virius. *Otto.*

birodium *v.* birotus. **Biroē** *v.* Bereum.

Biron *v.* 1. Boron. **Bironīcē** *v.* Berenice.

birota, -is *v.* birotus.

birotus, -a, -um [*a* bi- *et* rota, *cf. c. lituan.* dviratis '*birotus*'. *Th.*]. [*raet.* biert. *M.-L.*] NON. p. 263 curriculus ... brevissimum vehiculi biroti genus. *subst.*: GLOSS. III 321, 68 δίτροχον birrotis (*cf.* COD. Theod. *l. 23*). IV 592, 49 birotum genus vehiculi (V 583, 11 genus vehiculi cum duabus rotis). 488, 54 birodium genus vehiculi (*cf.* NOT. Tir. 112, 63 birodium). COD. Theod. 8, 5, 8, 1 (*a. 357*) raedae mille pondo tantummodo superponi, birotae ducenta, veredo triginta. 8, 5, 8, 2 octo mulae iungantur ad raedam aestivo ... tempore, hiemali decem; birotis trinas sufficere iudicavimus. COD. Theod. 8, 5, 9 (*a. 357*) nec passim raedarum tractorias vel evectiones birotum (birotarum *Gothofr.*, *cf.* GLOSS. *supra l. 15*) faciat. COD. Theod. 6, 29, 2, 2 (*a. 357*) ut habens unius copiam raedae flagitet duas, aut raedam usurpet, cui birotum vel veredum ⟨postu⟩lare permissum est. *cf.* NOT. Tir. 91, 32ᵃ bigoda *et fragm. tituli* CORP. VI 33942 biroti. *Ihm.*

Birralis *statio Mesopotamiae.* TAB. Peut. 11, 4 Birrali.

Birranī *v.* Bibrani.

Birrantus *nom. vir. celt.* CORP. XIII 6030, 2 (*in vasculo*) Birrantus. 10010, 310 (*in vasculis*) Birranti m., Birrantu, Birrant. 10011, 46.

Birrantinus. CORP. XIII 10010, 309 (*in vasculo*) Birrantin⟨i?⟩.

birrhus *v.* birrus *l. 76.* **Birrī** *v.* Hiberi.

Birria *nom. gladiatoris, Πυῤῥίας? cf.* Byrria. ASCON. Mil. p. 33 gladiatores ... ex quibus duo noti Eudamus et Birria. *Otto.*

Birriānus *v.* Birrius.

birrica vestis ex lana caprarum valde delicata GLOSS. V 347, 41 (402, 68). *a* birrus *aut a* burra *derivatum esse videtur.* *Münscher.*

Birrio *v.* Birrius.

Birrius, -a *nom. gent.* (*v. etiam* Birius). HOR. sat. 1, 4, 69 Caeli Birrique latronum (PORPH. Byrrius; SCHOL. Hor. Celius et Birrius perditi adulescentes fuerunt hoc tempore). PLIN. nat. 1, 19 ind. auctor. *ex* Q. Birrio. CORP. VI 449 (*a. 83*) M'. Birrius M'. l. Hierus. 8777 M'. Birrius Agathopus ... T. Aelius Cyriacus Aug. lib. 13591 M'. Birri Albani. 13592. 13593. 13594. XI 1245 (*Placentiae*) Birrius Masclus 1251 (*ibid.*). V 2101 (*in Venetia*) Birriae L. f. 2906 Birrius Voltiom. f. Sumbica Ostiala, Birria Frem(antio), Birria Quarta, Birria Voltiom. f. Tertia. 4168 (*inter Cremonam et Brixiam*). XIII 5318 (*in Germ. sup.*) Birrius Martius. III 2799 (*in Dalmatia*) Birrius Fortunius. 14754. *in vasculis Gallicis*: CORP. XIII 10010, 311 Birrius f., Birri m. Birria Secundilla *est* CORP. XII 1562 (*Deae Augustae*); *sed cf.* Byrrius. *adi.* **Birriānus,** -a, -um. TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 6, 96 fund. Birrianum Velleianum. **Birro,** -onis *nom. gent.* CORP. V 4125 (*inter Cremonam et Brixiam*) L. Birroni Quartioni T. Pinnius For⟨tis⟩. *cogn.*: CORP. XV 7510 (*in fistula*) Pup(orum) (?) Petilliorum Birronis et Cl⟨i⟩t(i). V 1805 (*in Venetia*) P. Veidius C. f. Birro ... C. Veidius P. f. 5307 (*Comi*) C. Virius C. f. Ouf. Birro. INSCR. Revue épigr. V (1904) p. 65 n. 1565 (*dép. Basses-Alpes*) Calventius et Birro patri et matri. **Birronius,** -a *nom. gent. et cogn.* Birrōnius: CARM. epigr. 1102 (*in Vmbria*) respice, Birroni, munus amicitiae. *praescriptum* Q. Petronio Birroni⟨o⟩. CORP. VI 13595 Birroniae Eutychiae T. Birronius Iustus. **Birroniānus** *cogn.* CORP. VI 1808 Sex. Caecilius Sex. f. Quir. Birronianus. *idem* X 4737 (*Sinuessae*) p(atronus) c(oloniae) Sinues(sanorum). **Birrio,** -onis *cogn.* CORP. V 7278 (*Segusione*) ⟨...⟩ii Birrionis ⟨Ch⟩restina marito. *Otto.*

Birro, Birronius, -oniānus *v.* Birrius.

birrum *v.* birrus *l. 82.*

1. birrus (byrrus, byrrhus), -ī *m.* [*gr.* βίῤῥος *vocabulum peregrinum esse videtur, fortasse cf. c.* βέῤῥον, βειρόν· δασύ, βίῤῥοξ· δασύ. *Μακεδόνες* (*Hes.*) *aut c. hibern.* berr, *cambr.* byrr '*brevis*'. *Th.*]. *nom.* birrum *in* GLOSS. *infra l. 82. cf.* burra. *confunditur cum* burrus (πυῤῥός), *quare scribitur* byrr-: GLOSS. III 488, 29. 509, 67. V 410, 18 PASS. Cypr. 5 COD. Theod. 14, 10, 1, 2 SCHOL. Iuv. 8, 145 SCHOL. Pers. 1, 54 AVG. serm. 161, 10. 356, 13 *bis* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 4. MART. CAP. 4, 356 *in β.* CASSIAN. inst. 1, 6 RVRIC. epist. 2, 21 p. 406, 3 GREG. TVR. Franc. 2, 1. -rrh-: AVG. serm. 161, 10. 356, 13 *bis* ISID. orig. 19, 24, 18 *bis.* βίρος: EDICT. imp. Diocl. 19, 35—42 *in fragmento Megalopolitano* (-ῤῥ- *Megaric.*). *v. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 425.*

nomen vestis (*cf. Mau, PW. III 498*): GLOSS. II 257, 45 βίῤῥος birrus. V 410, 18 byrrus cucullа brevis. III 488, 29 amphibalum (amphimallum SCHOL. Iuv. 3, 283) byrrum (509, 67). V 271, 52 birrum grossior cappa. ARTEMIDOR. 2, 3 p. 88, 8 Hercher χλαμὺς ..., ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίῤῥον καλοῦσι. ISID. orig. 19, 24, 18 birrhus a Graeco vocabulum trahit, illi enim birrhum bibrum (?) dicunt. SCHOL. Iuv. 8, 145 Santonico ... cucullo: de byrro Gallico scilicet. nam apud Santonas oppidum Galliae conficiuntur. PROB. Schol. Iuv. 3, 283 quod Graeci coccum, Latini veteres byrum vocarunt inquit Probus. SVID. βίῤῥον· ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν. PASS. Cypr. 5 ibi se lacerna, byrro *Cyprianus* expoliavit (AVG. serm. ed. Mai 64, 2 Cyprianus expoliatur birrum et vestitur martyrium). EDICT. imp. Diocl. 7, 42 bracario pro excisura et ⟨o⟩rnatura pro birro qualitatis primae X se(xaginta). 7, 43 pro birro qualitatis secundae X quadrag(inta). 19, 26 βίῤ⟨ῥ⟩ος Λαδικηνός X ͵δφ'. 19, 27 βίῤῥος Λαδικηνὸς ἐν ὁμοιότητι Νερβικοῦ X$_{A}$M. 19, 32 βίῤῥος Νερβικὸς ἢ ⟨...⟩ κάλλιστος. 19, 33 βίῤῥος ⟨...⟩ X M. 19, 34 βίῤῥος ⟨...⟩ X ͵η'. 19, 35 Ῥειπήσιος X ͵η'. 19, 36 Βρεταννικός X ͵ς'. 19, 37 Μελιτομαγήσιος X ͵ς'. 19, 38 Καννυσεῖνος κάλλιστος σημιωτός X ͵δ'. 19, 39 Νουμεδικός X ͵γ'. 19, 40 Ἀργολικὸς πρῶτός τε κάλλιστος X ͵ς'. 19, 41 Ἀχαϊκός ἤτοι Φρυγιακὸς κάλλιστος X ͵β'. 19, 42 Ἄφρος X ͵αφ'. 22, 21 γναφεῖ ὑπὲρ ... βίῤῥου Νερβικοῦ καινοῦ X χ'. 22, 22 Λαδικηνοῦ καινοῦ X ροε'. 22, 23 Ῥειπησίου ἢ (*om. P*) ταυρογαστρικοῦ καινοῦ X τ'. 22, 24 Νωρικοῦ καινοῦ X σ'. 22, 25 (ὑπὲρ *ins. P*) τῶν λοιπῶν βίῤῥων X ρ'. 22, 26 βίῤῥων Ἄφρων ἢ Ἀχαϊκῶν X ν' (*cf. Blümner, Maximaltarif des Diokl. p. 113. 152—154*). COD. Theod. 14, 10, 1, 2 (*a. 382*) servos ... omnium, quorum ... dominos sollicitudine constat militiae non teneri, aut byrris uti permittimus aut cucullis (CANON. conc. Gangr. [*saec. IV*] 11 Migne 56, 451ᴮ birris [*sic codd. Veron. Barb., al.* virili] ... aut alba veste. ISID. reg. monach. 12, 2 orarium, birros, planetas [*i. planeticas*] non est fas uti). VOPISC. Car. 20, 6 donati sunt ab Atrabatis birri petiti, donati birri Canusini, Africani, opes in scaena non prius visae (SCHOL. Pers. 1, 54 lacernā i. scis byrrum attritum comiti condonare). CLAVD. carm. min. 10 tit. de birro castoreo. *ibid.* nominis umbra manet veteris. nam dicere birrum, si Castor iuret, castoreum nequeo. sex emptus solidis! AVG. serm. 161, 10 illa (*sc. amata*) dixerit 'nolo habeas talem byrrhum', non habet *amator*. 356, 13 nemo det byrrhum vel lineam tunicam ... nisi in commune. *ibid.* offerat mihi ... byrrhum pretiosum. in psalm. 130, 10 conscidit birrum meum. SVLP. SEV. dial. 1, 21, 4 illa (*virgo*) ut byrrum rigentem, haec ut fluentem texat lacernam. MART. CAP. 4, 356 et birrus (byrr- β) et tunica et nomen vestis habent et definitionem possunt accipere. CASSIAN. inst. 1, 6 planeticarum atque byrrorum pretia ... declinant. FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1 (*ter*) accepto cuiusdam birro et in manibus retento. 3, 2 7ⁱᵉˢ. GREG. TVR. Franc. 2, 1 prunas ardentes in byrrum suum posuit. GREG. M. epist. 9, 195 birrum album, quo de fonte surgens *Christianus in baptismo* indutus fuerat. VITA Caes. Arel. 2, 12 birrum ipsius domni mei adprehendi et vulneri meo imposui. GLOSS. III 380, 66 in proscolio deposui birrum: καὶ ἐν τῷ προσχολίῳ ἀπέθηκα βίῤῥιον. *nota imag.*: RVRIC. epist. 2, 21 p. 406, 3 ut deponant saeculi byrrum et sumant ecclesiae vestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium. *deriv.*: birricus (?). *Münscher.*

2. birrus, -a, -um *v.* burrus.

Birrus *v.* Burrus.

Birsama *statio.* NOT. dign. or. 34, 10. 34 equites Thamudeni Illyriciani, Birsama (*sub dispositione ducis Palaestinae*). *eadem fort.* Βέρζαμμα PTOL. 5, 16, 10. *cf.* COD. Theod. 7, 4, 30 Versamini ... castri. *v. Benzinger, PW. III 323 et 498.* *Ihm.*

Birsil *v.* Birzil. **Birtha** *v.* Bintha.

Birthut *nom. mul. barb.* CORP. VIII 4850 (*in prov. procos.*) Caelia Birthut. *cf.* 16768 Cottia Birihut.

Birtiolus *v.* Tertiolus.

Birzil, -is *nom. vir. barb.* CORP. VIII 2564 (*in prov. Numid., saec. III*) 2, 43 Manilius Birzil. 6402 L. Caecilius Birzil. 4925 (*in prov. procos.*) Birzil Rogati f. 5315 Pontius Birz. 16582 Birsil. 12015 (*in prov. Byzac.*) Birzili⟨s⟩ (*genet.*).

Birziminium *statio in Dalmatia; cf. Patsch, PW. III 499 et Tomaschek, PW. III 318.* ITIN. Anton. Aug. p. 339, 2 Birziminio (Birzimino, Biriziminio *sim. pars codd.*). TAB. Peut. 7, 1 Bersumno. RAVENN. p. 208, 3 Burzumi. p. 211, 8 iuxta Burzumon. *Otto.*

bis *numerus multiplicativus secundus* [*factum ex* dvis = *gr.* δίς *ind.* dvih '*bis*', *cf. c. island.* tvis var '*bis*' *et c.* duo bi-. *Th.*]. CIC. orat. 153 ut duellum bellum et duis (dus *A*, divis *FP* [*Laud.*]) bis. PRISC. gramm. III 88, 15 a duobus quoque *anomale* pro Graeco δίς nos 'bis' dicimus (415, 17). GRAMM. suppl. 53, 23 *sunt adverbia* numeri, ut semel bis ter ... 212, 11 adverbia numeri ... bis a duobus. ISID. diff. 1, 604 bis, duabus vicibus. MART. CAP. 3, 284 adverbia monosyllaba ... omnia producuntur exceptis 'bis' et 'ter'. *producitur contra regulam apud* CYPR. GALL. gen. 487 num. 33. b e s *legitur* CORP. III 13124. XII 481 NOT. Tir. 61, 5. PRISC. gramm. III 465, 13 quae a bis adverbio componuntur, ut biceps bipatens bivium. MARTYR. gramm. VII 170, 70 *a bis numero* biceps bilinguis biformis bipatens *eqs.* GLOSS. V 9, 6 *al.* bipatentia bis patentia. GRAMM. suppl. 113, 9 bis iugae bigae ... bis uni bini. *dedi plerumque tantum exempla selecta.*

duabus vicibus (*cf.* ISID. diff. 1, 604): *saepe cum aliis adverbiis numeri*, semel ter quater *al.*, *ita ut in eadem re simplex series intellegenda sit, ut* CATO rust. 108, 1 facito bis aut ter vinum inferveat, *aut in rebus diversis vel sibi oppositis numeri singuli propriam suam vim habeant, ut* VARRO rust. 2, 5, 4 aestate *pecus* ad aquam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adpellendum bis, hieme semel. PLIN. nat. 18, 111 seritur toto anno, panico semel, bis farre.

cum verbis: PLAVT. Bacch. 1091 me ... ludos bis factum esse. Most. 360 ut offigantur bis pedes, bis bracchia. 375 bis periisti? Pseud. 388 nolo bis iterari (*nota tautologiam*) *fabulas*. CATO agr. 37, 5 frumenta face bis (facebis *trad.*) sarias. 76, 4 aperito ... bis aut ter. ACC. carm. frg. 20 Bis compressa (*tit. fab.*). INSCR. Betilieni (Corp. I 1166) censorem fecere bis. HEMINA hist. 34 in Hispania pugnatum bis. VARRO Men. 287 haec in aeno bis terve tudiculasse. RHET. Her. 3, 21, 34 *ut* transeamus bis aut ter ... versum. CIC. Verr. 2, 26 bis ut causa dicatur. *ibid.* ut bis ageretur. 2, 31 accusare. 4, 125 bis in ea provincia ... copiae versatae sunt. 5, 78 *Diana* bis ... servata est. Cluent. 63 qui bis apud ... iudices offendisset. Catil. 4, 21 *Marius* bis Italiam ... liberavit. Sest. 43 mihi semel pereundum aut bis esse vincendum. Pis. 95. Planc. 84 fui ... bis in Bithynia. Mil. 40 in iudicium bis, ad vim numquam vocavit. Phil. 6, 14 *tribuni militares* in exercitu Caesaris bis fuerunt. 7, 22 *populus Romanus* bis me ... in contionem vocavit. Brut. 160 nisi ... id ... nobis bis narravisset. ac. 2, 89 qui: 'video, video te' ... nonne ... bis exclamavit se videre ...? Att. 6, 1, 2 Appius ... ad me ... bis terve ... litteras miserat. epist. 2, 1, 1 a te ... bis terve summum ... *litteras* accepi. epist. frg. V 15 gaudeo. POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 cum ... bis gratis depugnasset. LABER. mim. 28 bis ter memordit *mulier*. LVCR. 4, 339 ad nos ... bis advolat ... imago. CAES. Gall. 7, 66, 7 qui non bis (*om.* $A Q \beta$) per agmen hostium perequitasset. 7, 83, 1 repulsi. civ. 2, 22, 1 proelio navali superati. BELL. Alex. 52, 2 dextra *aversum* ... bis ferit pugione. VARRO rust. 2, 3, 4 quae *caprae* bis pariant. 2, 7, 13 interdum inponere iis (*eculis*) puerum bis aut ter. 2, 11, 8 bis secant prata. 3, 7, 9 *farciunt pullos columbinos* hieme ... bis, aestate ter. SALL. or. Cottae 3 genitus (Ov. met. 3, 317). NEP. Thras. 2, 5 *Munichiam* bis ... oppugnare. VERG. ecl. 3, 30 bis venit *vitula* ad mulctram. georg. 1, 48 bis quae (*seges*) solem, bis frigora sensit. 1, 491 bis sanguine nostro Emathiam et latos Haemi pinguescere campos. 2, 410 bis vitibus ingruit umbra, bis segetem densis obducunt sentibus herbae. 3, 33 bisque triumphatas utroque ab litore gentes. Aen. 2, 218 *dracones* bis medium amplexi, bis collo squamea circum terga dati. 4, 228 Graium *illum* ... bis vindicat armis. CVLEX 62 Assyrio ... bis lauta colore ... vellera (HOR. carm. 2, 16, 35 bis Afro murice tinctae ... lanae. TIB. 3, 8, 16 vellera ... bis madefacta; *sim.* Ov. fast. 2, 107 PLIN. nat. 9, 137 STAT. Theb. 9, 690 MART. 4, 4, 6 PORPH. Hor. epod. 12, 21. VVLG. exod. 25 *sqq.* *saepe* coccum bis tinctum. *cf.* ISID. in exod. 56, 6 per bis tinctum coccum charitas demonstratur. num. 19, 6. exod. 39, 28 vermiculo bis tincto arte plumaria). HOR. carm. 3, 9, 15 pro quo bis patiar mori. ars 440 bis terque expertum *te*. PROP. 2, 22, 26 caelum noctu bis sine rege fuit. Ov. met. 2, 648 bis tua fata novabis. 8, 170 Actaeo bis pastum sanguine monstrum. 11, 453 ante ... quam luna bis impleat orbem. 14, 386 bis ad occasus, bis se convertit ad ortus. ars 2, 1 bis dicite 'Paean'. epist. 6, 56 bis ... aestas bisque cucurrit hiemps. 9, 138 pugnae bis tibi causa fui. 16, 22 rapta semel, videor bis quoque digna rapi? carm. frg. 7 bis rapitur vixitque semel. trist. 4, 7, 1 bis me sol adiit ... bisque suum ... peregit iter. 4, 10, 58 barba resecta mihi bisve semelve fuit. *cf.* NVX 74 *nuces* bisve semelve petit. LIV. 9, 26, 3 *odium* execrabile in bis captos (40, 39, 8 cum bis deditis rem esse. SEN. contr. exc. 6, 5 bis victis. SEN. Herc. f. 1006 bis ter rotatum misit. GRAMM. VII 536, 17 *de notis simplicibus*: ·〉 bis dictum. INSCR. Espérandieu, cachets d'oculistes 122, 2 Iuenalis bis punctum ad epifor(as)). LIV. 26, 3, 5 bis est accusatus ... tertio ... (26, 3, 7. 37, 58, 1. 42, 22, 7. 43, 2, 6. QVINT. decl. 307 p. 206 proditor bis tortus ... tertio .... *al.* *cf.* PLIN. nat. 18, 161 Babylone ... bis secant *segetes*, tertium .... PLIN. epist. 7, 19, 4 bis maritum secuta in exilium est, tertio .... PALLAD. 12, 20, 2 ubi hoc bis aut tertio fecerint). LIV. 27, 47, 3 semel bisne signum canat in castris. 27, 47, 5 semel in praetoriis castris signum, bis in consularibus ... cecinisse. 29, 37, 14 aut iudicio semel aut comitiis bis ab se peccatum esse. MANIL. 1, 673 *solem* bis recipit, lucem qui circulus (*sc. aequinoctialis*) aequat et umbras. CELS. 2, 12, 2 ut neque saepe ea medicina temptetur, et tamen semel vel summum bis. SEN. Herc. f. 321 bis ... discedens fretum et bis recurrens (Tro. 384). Thy. 702 regium capiti decus bis terque lapsum est. Tro. 134 nil Troia semel te rege tulit, bis pulsari Dardana Graio moenia ferro bisque pharetras passa Herculeas. CVRT. 5, 8, 8 bis me victum, bis fugientem persecuti estis. COLVM. 11, 3, 24 caules bis transferre. MELA 3, 7 bis in semet recepto mari. 3, 72 quas ripas *rubrum mare* inflexerat bis inrumpit, duosque iterum sinus aperit. PLIN. nat. 2, 78 lunam bis coitum cum sole ... facere. 7, 120 *Nasica* in toga candida bis repulsa notatus. 16, 2 *Oceanus* vasto ... meatu bis dierum noctiumque singularum intervallis effusus. 18, 90 *similaginem* semel pollinatam ... bis ... ter. 18, 257 ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella. 36, 176 tectorium, nisi quod ter harenato et bis marmorato inductum est, numquam satis splendoris habet. SIL. 1, 282 cui (*Geryonae*) ... durae ... sorores tertia bis rupto torquerent stamina filo. STAT. silv. 4, 2, 58 patriae bis terque exire senectae ... fines. MART. 1, 44, 4 bis leporem tu quoque pone mihi. 3, 6, 2 lux ... tuis bis celebranda sacris. 6, 66, 7 bis terque quaterque basiavit *negantem*. 9, 84, 9 bis trieteride iuncta. QVINT. decl. 304 p. 193 ego ... primum opto, tu bis optasti. FRONTIN. aq. 78 ita, ut quinariae DCCLXXI, quae ex quibusdam aquis in adiutorium alvarum dantur et bis in speciem erogationis cadunt, semel in conputationem veniant. MELA Vlp. dig. 33, 4, 1, 14 non bis, sed semel deberi fundum. GAIVS inst. 1, 153 quae plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et saepius tutorem optare. PORPH. Hor. epod. 1 bis 'Caesaris' accipiendum erit. VVLG. IV reg. 6, 10 observavit se ibi non semel neque bis. II Esdr. 13, 20 manserunt ... foris Ierusalem semel et bis. *nota*: AVG. civ. 5, 3 p. 194 *currente rota figuli* bis numero de atramento tamquam uno eius loco summa celeritate percussit.

cum substant. et adiect. (adverb.), in enuntiatis cum esse *et* fieri *et nomine praedicationis*: ELOG. Scip. (Corp. I 38) Scipio Hispanus ... tr(ibunus) mil(itum) II (*i. bis*). CORP. I² p. 192 Appius Claudius ... cos. bis (p. 193. 196. 198. 199. 201). XI 6167 Octavio ... praef(ecto) fabr(um) bis. *praecedit*: CIC. Tusc. 1, 18 Nasica ille prudens bis consul. LIV. 45, 39, 8 VAL. MAX. 4, 2, 1. 6, 6, 1 PLIN. nat. 7, 139. 16, 242. 18, 27 TAC. ann. 3, 56. 11, 1 SVET. Nero 35 CAPITOL. Pius 1, 4 Aur. 1, 3. 4 SPART. Did. 1, 1 CAPITOL. Max. Balb. 15, 2 VOPISC. trig. tyr. 33, 1 CORP. XIII 3166 (?). 7266. CIC. div. in Caec. 69 bis consul et censor fuerat, *sic* CIC. *et alii passim*. CIC. ad Q. fr. 3, 8, 6 ludos adparat magnificentissimos ... stulte bis terque non postulatos. VERG. georg. 2, 150 hic ... bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos. HOR. ars 358 *Choerilum* bis terve bonum. ELEG. in Maecen. 2, 29 iuvenes bis Caesare digni. PROP. 4, 9, 18 bis mea praeda, boves. Ov. epist. 9, 138 pugnae bis tibi causa fui. fast. 6, 199 mane ubi bis fuerit ... factaque erit ... bis uda seges. Pont. 2, 1, 68 omnia bis dices vera fuisse mea. SEN. contr. 7, 2 (17) 5 deduxi ad vos ... bis parricidam (SEN. Oed. 1044 QVINT. decl. 372 p. 409). SEN. nat. 5, 16, 3 bis ... aequinoctium est. PLIN. nat. 7, 104 *Sergius* bis vinculorum ... profugus. SIL. 1, 322 bis noxia tela. QVINT. decl. 319 p. 253 dum bis rea sit *femina*. 368 p. 403 bis vidua est. TAC. hist. 3, 83 bis Lucio Sulla, semel Cinna victoribus (SVET. Cal. 35). FLOR. epit. 1, 18, 25 eodem ... bis saucio. MART. CAP. 9, 912 bis plenum omnisona cui recinunt mela. AVELL. p. 34, 15 ille egregius bis episcopus (p. 34, 22). SIDON. epist. 9, 9, 6 istius mundi bis peregrinus. CORP. III 4300 leg(ionis) I ad(iutricis) bis p(iae) f(idelis). *nota*: bis acutus, *quod hic illic coaluit in* bisacutus [*it.* bicciacuto, *francog. vet.* besaigue. *M.-L.*]: TERT. idol. 23 quaedam eiusmodi species in facto et in verbo bis acuta. ITALA, *ut videtur*, Eph. 6, 17 Hebr. 4, 12 apoc. 1, 16. 19, 15, *quibus locis sermo dei cum gladio ancipiti comparatur quod christiani allegorice de duobus testamentis dictum esse putant cf.* TERT. adv. Iud. 9 ensis ... dei sermo divinus bis acutus duobus testamentis legis antiquae et legis novae. FILASTR. 156, 5 verbum domini ut gladius bis acutus. AMBR. in Luc. 10, 36 gladii spiritalis, qui est sermo bis acutus. spir. 3, 7, 45 HIER. epist. 14, 2. 18, 14. AVG. civ. 20, 21 p. 459 sermonem dei dicit scriptura gladium bis acutum propter aciem geminam testamentorum duorum. PRIMAS. in apoc. p. 802B; *respiciuntur locis novi testamenti ut videtur veteris testamenti loci* psalm. 56, 5. 58, 8. 63, 4. *cf.* AVG. in psalm. 58, 16 'gladius in labiis eorum': iam ille gladius bis acutus, de quo apostolus dicit: et gladium spiritus, quod est verbum dei. quare bis acutus? quare, nisi quia ex utroque testamento feriens? 56, 5 CASSIOD. in psalm. 58, 8. *alia*: ITALA prov. 5, 4 (Didasc. apost. 6, 14) *mel* acutiorem magis quam gladius bis acutus (μαχαίρας διστόμου. VVLG. gladius biceps). VVLG. Sirach 21, 4 romphaea bis acuta (LXX Sirach 21, 3 ῥομφαία δίστομος). *in* VVLG. *ab Hieronymo translata* bis acutus *deest*. AVG. in psalm. 7, 13 gladius ... bis acutus, id est framea (GLOSS. IV 80, 31. 239, 9). ISID. orig. 18, 6, 6 pugio ... est ... gladius ... bis acutus. GLOSS. *saepe, ut* IV 25, 33 biceps bis acutus. 26, 4 bipinnis bis acutus. 601, 21 securis bis acuta. bisacutum *genus frumenti*: DIOSC. Vind. C 87ᵛ bis ἀκοντουμ. N 59 βισακοντουμ. *cf.* DIOSC. graec. 2, 166 γιγγίδιον ... Ῥωμαῖοι βισακούτουμ. PS. VICT. VIT. pass. 4 bis acutum genus frumenti, quod iumentis solis edere concessum est.

cum pronominibus et vocibus ad magnitudinem et multitudinem pertinentibus: PLAVT. Amph. 943 bis tanto amici sunt inter se quam prius. Men. 680 redimam bis tanto pluris pallam, quam voles. Merc. 297 bis tanto valeo quam valui prius. CIC. ac. 2, 128 ne bis quidem tantum *esse solem*. VARRO rust. 1, 18, 3. 3, 2, 15 VERG. Aen. 6, 578 CARM. epigr. 945. 946 VITR. 6, 3, 8. 3, 3, 3 uti quot intercolumnia sunt in fronte, totidem bis intercolumnia fiant in lateribus. APVL. apol. 89 bis duplum quinquennium faciam, viginti annos ... detraham. AVIEN. Arat. 710 *de delphino*: bis gemino discreta situ micat ignipotens lux. ora 289 *Tartessus amnis* ore bis gemino ... meridianas civitatis adluit. PAVL. NOL. epist. 32, 17 vers. 18 bis geminae pecudis discors agnis genus haedi. carm. 27, 378 SIDON. carm. 2, 220. *apud* PAVL. NOL. epist. 5, 8 qui bis geminas .... aegritudines pertulisti *et cum verbo coniungas*.

duplicat numeros: *cardinales*: *exceptis locis Chalcidii explicativis* (*ut* comm. 10 tam ... bis sex quam ter quaterni duodecim faciunt. 15 *senarius numerus* nascitur ex multiplicatis summis minoribus, bis tribus. 33 bis duo quattuor. *ibid.* bis duo bis, quod est octo. 36. 42) *et singulis Plin. et Vulg. legitur tantum apud poetas. plerumque totus numerus, fortasse tamen hic illic singulae partes seorsum intellegen-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dae sunt. maxime bis sex, bis septem *apud poetas dactylicos, quippe qui* duodecim *et* quattuordecim *versui aptare non possent*: ENN. ann. 323 Vahl. lychnorum lumina bis sex. CIC. Arat. 226 bis sex signorum (319 VARRO Men. 92 OV. met. 6, 571 MANIL. 1, 556. 4, 293. 5, 29 AVIEN. Arat. 1353 CARM. poet. min. V 58, 3, 1. 58, 4, 6). LVCR. 4, 408 missus bis mille sagittae. CORP. I 1008, 4 (= CARM. epigr. 59, 4) bis decem anneis. VERG. Aen. 1, 71 bis septem ... nymphae (SERV. quattuordecim). 8, 518 equites bis centum. 9, 159 bis septem Rutuli. 9, 270 bis sex ... lectissima matrum corpora. 11, 9 bis sex thoraca petitum perfossumque locis (SERV. duodecim vulneribus). MORET. 1 bis quinque ... horas. HOR. epod. 4, 8 metiente te viam cum bis trium (ter *codd.*) ulnarum toga. 9, 17 bis mille ... Galli. epist. 2, 1, 24 bis quinque viri (*i. decemviri*). OV. met. 5, 208 *et* 209 bis centum ... corpora. 8, 500 bis mensum quinque. 12, 15 volucrum bis quattuor. 13, 642 bis ... duas natas. 14, 253 bis ... novem socios. fast. 4, 614 bis tribus ... mensibus. MANIL. 3, 571 bis ... novem *annos*. 3, 598 bis sex ... mensibus. PLIN. nat. 18, 231 circa brumam plerisque bis septem (*sc. diebus*) halcyonum fetura ventorum quiete molliunt (D^2, -ium *rell.*) caelum (*locus si ita scribitur non prorsus sensu caret*). MART. 4, 37, 1 trecenta debet Titius, hoc bis Albinus. AVSON. 191, 39 bis sex quinquennia. 394, 11 milia *passuum* bis nongenta. VVLG. Ezech. 41, 6 latera ... bis triginta tria. *mire* INSCR. christ. Rossi II p. 129, 10, 19 culmen apostolicum quinque et bis (*sc. bis quinque i. decem*) mensibus annis *rexit*. *distributivos*: *maxime* bis seni (*super* 50^{ies}), *deinde* bis deni (*saepius quam* 20^{ies}), bis quini (15^{ies}), bis septeni (10^{ies}), bis octoni (10^{ies}), bis bini (10^{ies}). LVCIL. ed. Marx 107 bis quina ⟨o⟩ctogena videbis commoda. CIC. nat. deor. 2, 49 bis bina quot essent. LABER. mim. 109 bis tricenis annis sine nota eques. LVCR. 5, 1300 biiugo⟨s⟩ prius est quam bis coniungere binos. VARRO ling. 5, 6 bis quaternas causas. 8, 24 libros ... bis ternos. rust. 3, 9, 10 bis deni dies. CARM. epigr. 55, 18 bis ... septeni ... natales dies. VERG. ecl. 1, 43 bis senos ... dies. Aen. 1, 381 bis denis ... navibus. 1, 393 bis senos ... cycnos. 2, 126 bis quinos ... dies. 11, 326 bis denas ... navis (SERV. auct. viginti naves). MORET. 18 bis ... octonas ... libras. HOR. epist. 2, 2, 33 bis dena super sestertia nummum. PROP. 2, 9, 3 bis denos ... annos. OV. fast. 2, 54 bis quini ... viri (*i. decemviri*). CARM. epigr. 963, 5 (*a. 12 a. Chr.*) bis duodenos annos. 965, 11 (*a. 10 p. Chr.*) bis vicenos annos. GRATT. 31 bis vicenos ... passus. MANIL. 1, 309 bis sena ... signa (1, 540. 549 2, 295 GERM. 531 frg. 2 a 1 SEN. Oed. 251 Tro. 386 COMM. instr. 1, 7, 15 AVIEN. Arat. 910. 1051). 1, 548 bis bina ... astra. 1, 588 bis ... binis ... partibus. 2, 325 bis sexagenas *partes*. 3, 368 bis terna ... astra. 3, 595 bis quadragenos ... actus. 3, 597 tricenos bis ... annos. GERM. 570 bis terna ... astra. PLIN. nat. 2, 27 ut bis dena viginti non sint. MART. 4, 76 milia misisti mihi sex bis sena petenti: ut bis sena feram, bis duodena petam. 10, 24, 7 annos ... bis ... novenos. 10, 41, 7 bis milia dena. 11, 76, 4 bis centena. 12, 66, 1 bis quinquagenis ... milibus. IVV. 6, 137 bis quingena dedit *uxor*. TAC. dial. 17 bis quaternos denos Claudii et Neronis annos. CHALC. comm. 16 bis octoni ... sedecim ... sunt. FAV. EVL. p. 4, 12 bis bini fit quartus *numerus*; bis terni non facit imparem *numerum*. p. 9, 16 decas: ... natus ... ex bis quinis cognoscitur. CYPR. GALL. iud. *saepe*. MACR. somn. 1, 5, 17 *numerus octonarius* solvitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaterna, ut nihilo minus in numeros aeque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est in bis bina. eadem quoque qualitate contexitur, id est bis bina bis (1, 6, 3. 2, 2, 10). CORIPP. Ioh. 7, 370 bis quinos Africus ignes auxerat. CARM. epigr. 451 bis quinos denos et sex ... annos. INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 437 nóndum bisternós (*sic*) aetas compleverat annos. *nota cum singulari*: OV. fast. 3, 124 bis quino femina mense parit. MANIL. 4, 451 *Tauri* bis ... undena *pars* nocens et bis duodena nocentes. SEN. Ag. 812 bis seno meruit labore adlegi caelo ... Alcides (Herc. f. 1282). STAT. silv. 3, 1, 18 angusti bis seno limite menses. MART. 14, 17, 1 bis seno numeratur tessera puncto. APVL. apol. 9 *lux* bis septeno vere tibi remeat. SER. SAMM. 1065 bis denum rutae folium. AVSON. 250, 1 bis octono tibi iam sub consule pubes cingebat ... genas. SEDVL. carm. pasch. 3, 90 bis bina cervice. CYPR. GALL. gen. 476. CORP. VI 504 vota ... bis deni ... orbis (*i. vicenum annorum*). IX 4756 vixi bis deno circile (circite *Burmann*, circine *Reinesius*) solis. *nota*: CASSIOD. inst. div. 4 bis binum locum tenet *codex* in ordine (*i. quartum*). *nota etiam, quod cum* seni *sive* senus *saepius coaluit. scribitur interdum* bisenus, bessenus: MANIL. 2, 700 *de dodecatemorio*: bissenaque cuncta omnibus in signis. LAVS Pis. 20 bissenis ... mensibus (PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 177). 70 fasces (SIL. 8, 484 INSCR. christ. Rossi II p. 446, 199). VAL. FL. 4, 98 bisseno sidere textam loricam. SIL. 3, 67 orbes (STAT. Ach. 2, 110 annorum ... orbes). STAT. Theb. 2, 307 dies (3, 574), 6, 125 urnas. 12, 811 annos. AVSON. 333, 8 curricula. 347, 14 bissenas partes *assis*. PAVL. NOL. carm. 15, 262 bisseno ... in agmine discipulorum. CYPR. GALL. Ios. 90 bissena tribus dat lectos ... tribunos. 92 calculus ... bissenus demptus. VICT. VIT. 1, 1 milibus (*passuum*). 3, 39 bissenus numerus puerorum. PS. BOETH. geom. p. 417, 6 diagoni ... directio bissena numeretur quantitate. CORP. VI 12013 annos bissenos. INSCR. christ. Rossi II p. 269 post euangelicum bisseni dogma senatus (*i. apostolorum*). p. 447, 200, 5 octo et bisenis vidua permansit in annis. INSCR. christ. Leblant 429 bissenum ... lustrum. 543 bessenis ... lustris. INSCR. christ. Hisp. 259 bisenisque apostolis. *numeros alios multiplicativos*: CIC. Rab. Post. 21 sestertium bis miliens et quadringentiens (BELL. Afr. 90, 3 MON. Ancyr. 3, 25 LIV. 38, 55, 12 VELL. 1, 9, 6 VAL. MAX. 3, 7, 1 d SCHOL. Iuv. 4, 81). PLIN. nat. 4, 81 bis deciens C(entum) M(ilia) pass(uum). MART. 1, 11, 2 bis decies *nomismata* (1, 58, 6. 4, 51, 3. 9, 82, 5). 3, 22, 1 bis trecenties. PAVL. dig. 38, 10, 10, 18 bis octies. CYPR. GALL. gen. 487 ter centum famulos *ciet*, novies bis auctius addens. ISID. orig. 6, 17, 26 bis sexies. *efficit numerum cum aliis multiplicativis*: CIC. Att. 11, 1, 2 in cistophoro in Asia habeo ad sestertium bis et viciens (TAC. hist. 1, 20 bis et viciens miliens sestertium). BELL. Alex. 74, 3 *exercitum veteranum* bis et vicies in acie conflixisse. PLIN. nat. 7, 92 (?). SVET. Iul. 25 bis et tricies centum milia passuum. *numeros ordinales*: OV. fast. 3, 93 *Martium mensem* quintum Laurentes, bis quintum (*i. decimum*) Aequiculus ... habet. 6, 768 quintus ab extremo mense bis ... dies. Pont. 4, 10, 1 bis tertia ... aestas. MANIL. 4, 465 bis quinta *pars Nemeaei* (*i. decima numero pars triginta partium*). 5, 490 bis sextam ... partem ... Aquari. PLIN. nat. 6, 213 bis quinta parte unius horae. MART. 4, 57, 4 bis decimus ... ab urbe lapis. 7, 65, 1 bis decimae ... brumae. FAV. EVL. p. 9, 29 bis septimo anno. MART. CAP. 3, 289 bis quarta fandi ... portio. *contra usum*: STAT. silv. 4, 1, 9 subiere novi palatia fasces et requiem bis sextus (bis senus *Stange*) honos precibusque receptis curia Caesareum gaudet vicisse pudorem. *v. Vollmer ad l.*

singularia quaedam et notabiliora: *invenitur saepius* iam bis *et* bis iam: PLAVT. Bacch. 759 iam bis bibisse oportuit. 1128 pol hodie altera *ovis* iam bis detonsa certo est. CIC. Cluent. 60 quem bis iam condemnatum acceperant (106). Caecin. 6 vos bis iam de eadem causa dubitasse. off. 2, 83 ut bis iam vidimus. epist. 11, 7, 3 suscepta tibi causa iam bis est. NEP. Them. 7, 5 iam bis copias regias fecisse naufragium. VERG. Aen. 12, 582 bis iam Italos hostes *esse*. HOR. carm. 3, 6, 9 iam bis Monaeses et Pacori manus ... contudit impetus nostros. OV. Ib. 1 lustris bis iam mihi quinque peractis. LIV. 4, 5, 3. 24, 13, 11. 30, 16, 6 MANIL. 3, 547 COLVM. 12, 24, 2 MELA 1, 59 VAL. FL. 3, 364 STAT. silv. 5, 2, 12 MART. 1, 15, 3 QVINT. decl. 263 p. 75. 271 p. 112. 331 p. 302. 333 p. 311 ITALA gen. 27, 36 (Lugd.) NEMES. ecl. 4, 36 SPART. Sept. Sev. 1, 5 AVG. civ. 5, 18 p. 227. bis etiam, etiam bis: CELS. 8, 4 p. 336 QVINT. decl. 337 p. 329. *saepe in eodem enuntiato* bis *et* idem, unus *inveniuntur*: TER. Phorm. 406 de eadem causa bis iudicium adipiscier. LEX repetund. (Corp. I 198) 48 amplius bis in uno iu⟨dicio ...⟩. RHET. Her. 1, 9, 14 ne bis aut saepius idem dicamus. CIC. Verr. 3, 8 ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur. 4, 179 bis ... unum et idem frumentum vendidisti. 6, 59 in una civitate bis improbus fuisti. Caecin. 6 *cf. supra l. 27.* Sest. 49 unus bis rem publicam servavi. 55. dom. 76 uno ... maledicto bis a me patriam servatam esse. epist. 9, 16, 1 bis ... eodem exemplo. CAES. civ. 3, 105, 3. VARRO rust. 1, 44, 4 praegnationes idem bis habere non potest. POLLIO or. frg. Quint. inst. 9, 2, 34 bis ... eodem die. OV. Pont. 3, 9, 43 ne bis sensum ... reperiret eundem. LIV. 10, 37, 16 bis eiusdem voti. 29, 35, 2 bis relata eadem res. PAVL. FEST. p. 33 bis una die. PLIN. nat. 12, 68 inciduntur bis et ipsae *murrae* isdemque temporibus. 18, 80 eodem ... anno bis. 36, 112 bis in eodem magistratu. *ICTI saepe*. SERV. *saepius* idem bis *sive* bis idem dixit *aut* bis idem *sim*. HIER. epist. 68, 1 non ... vindicabit dominus bis in idipsum (*cf.* 118, 6 HIL. in Matth. 31, 2). CYPR. GALL. sen. 78 ne forte bis unum incurras lapsum. *nota iuncturas* bis diapason (*gr.* δὶς διαπασῶν): MART. CAP. 9, 950 BOETH. mus. 1, 7; bis diatessaron (δὶς διατεσσάρων): BOETH. mus. 2, 22. *cum temporis notione*: CATO agr. 26 dolia ... bis in die fac extergeantur. 64, 2 oleum ... bis in die depleto. 87 eo addat aquam bis in die. 89. 157, 3. 4. CIC. Tusc. 5, 100 bis in die saturum fieri. CAES. Gall. 3, 12, 1 *de aestu*: quod bis accidit semper horarum XII spatio (*locus dubius; addidit Kuebler* cotidie. *cf.* PLIN. nat. 2, 212 bis inter duos exortus lunae adfluunt *aestus* bisque remeant vicenis quaternisque semper horis), VARRO Men. 188 vehebatur ... semel aut bis anno. rust. 2, 4, 14 *sus* bis parit in anno. 2, 4, 17 scrofae bis die ut bibant 2, 7, 7 bis die data aqua. 3, 17, 9 qua aestus bis cotidie ... introire ... posset. VERG. ecl. 3, 5 ovis custos bis mulget in hora (SERV. quod bis per totum diem debet ... fieri). HOR. carm. 4, 1, 25 bis pueri die numen ... tuum laudantes. VAL. MAX. 2, 2, 9 *cf. l. 75.* CELS. 1, 3 p. 19 qui vomere bis in mense vult. 4, 14 p. 140 bis cotidie facere. *saepe* bis die. *nota*: CELS. 6, 8, 1 id ... per hiemem et ver bis die, per aestatem et autumnum ter die fieri debet. 8, 4 p. 336 curandum cotidie vulnus, bis etiam aestate. 3, 18 p. 101. COLVM. 11, 1, 21 ferramenta bis ... omnibus mensibus recensere (*sic codd.*, singulis *edd., sed cf.* VAL. MAX. 2, 2, 9 equestris ... ordinis iuventus omnibus annis bis urbem spectaculo sui ... celebrabat). 12, 23, 1 cum bis mustum defervuerit, quod plerumque est intra quartum diem, quam de lacu sublatum est. 12, 30, 1 usque ad aequinoctium vernum semel in diebus XXXVI vinum curare satis est, post aequinoctium bis. SCRIB. LARG. *saepius* bis die. PLIN. nat. 2, 57 *solem* bis in triginta diebus super terras occultari. 2, 185 tota Trogodytice umbras bis quadraginta quinque diebus in anno ... in contrarium cadere. 10, 158 nec plus quam bis vere pariunt *palumbus et turtur*. 11, 59 bis in mense mella faciunt *apes Ponticae*. 15, 29 gleucino mustum incoquitur ... circum-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

datis vinaceis diebus XXI bis singulis (*sc. diebus*) permixtum; *praeterea saepe* bis die, in die, anno, in mense *sim.* GAIVS inst. 2, 101 *comitia calata* bis in anno testamentis faciendis destinata erant. SOL. 52, 1 *India* in anno bis aestatem habet, bis legit frugem. INSCR. Röm. Mitteil. 1904 p. 148 ut ... ex ipsius fundi fructibus convi⟨v⟩ia bis annua diebus supra scriptis exhiberentur. *omittitur saepius temporis notio, ut* VARRO rust. 2, 5, 14 aestate ad aquam adpellendum *pecus* bis (*sc. die*), hieme semel. 3, 7, 9 hieme hoc bis, aestate ter, mane meridie vesperi. COLVM. 4, 33, 5 *castanea* bis ferro repetenda est veris principio. PERS. 2, 16 Tiberino in gurgite mergis mane caput bis terque. FLOR. epit. 1, 16, 3 *Campania* bis floribus vernat. *saepius cum certo temporis spatio*: CIC. Flacc. 98 bis hoc anno me defendente absolutus est A. Thermus. CAEL. Cic. epist. 8, 7, 2 nisi triduo bis deprensus esset *Servius*. CAES. civ. 2, 32, 12 quod ... bis per biduum equestri proelio superaverim. HOR. epod. 5, 33 longo die bis terque mutatae dapis. LIV. 7, 40, 6 priore anno bis legiones Samnitium fudistis. 24, 9, 6 aquae magnae bis eo anno fuerunt. 27, 26, 1. *cf. etiam sub* bis *et* idem *p. 2010, 37 sqq.* *definitur accuratius*: PLAVT. Truc. 47 bis perit amator, ab re atque ⟨ab⟩ animo simul. TER. Hec. 343 qui amat, cui odio ipsus est bis facere stulte iudico, laborem inanem ipsus capit et illi molestiam adfert. CIC. Verr. 6, 59 in una civitate bis improbus fuisti, cum et remisisti quod non oportebat et accepisti quod non licebat. 6, 185 simulacrum ... bis apud Segestanos consecratum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria (*sic saepe ut* dom. 134 se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. Sest. 49 or. frg. A VII 4 (?) CAES. civ. 3, 10, 1 LIV. 1, 19, 3. 42, 34, 9 CVRT. 5, 4, 10 ASCON. Corn. 64 (?) SVET. Iul. 36 Aug. 25 Tib. 72 Claud. 6 PORPH. Hor. carm. 3, 24, 38 (?) HYG. astr. 1, 6 p. 25, 16; *nota* SERV. Aen. 12, 34 bis magna victi pugna: semel cum est occisus Mezentius, iterum cum interiit Camilla. *similiter* LIV. 44, 18, 6 bis in exitu anni eius lapidatum esse nuntiatum est, ⟨semel⟩ in Romano agro, semel in Veientibus novendiale sacrum factum est [SERV. auct. georg. 1, 48 SERV. georg. 2, 411. Aen. 4, 228 semel ... et item. 9, 596 semel ... post. SERV. auct. *ibid.* semel ... et nunc]). CIC. leg. agr. 2, 26 maiores de singulis magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt: nam cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magistratibus, tum iterum de eisdem iudicabatur (*primum scilicet die comitiorum*). dom. 99 bis servavi rem publicam, qui consul togatus armatos vicerim, privatus consulibus armatis cesserim. Phil. 8, 12 in quo bis laberis: primum quod ... deinde (PHAEDR. 1, 8, 2. OV. met. 8, 504 bis ... datam *animam*, primum ... mox. VAL. MAX. 1, 8, 4 *simulacrum* bis locutum constitit, prius his verbis: 'rite me, matronae, dedistis riteque dedicastis'. *quid secundo locutum sit simulacrum omisit Valerius.* 1, 8, 11 bis ..., prius ... item [*codd. recte, cf. l. 34*]. 8, 15, 4 prius ... deinde. 9, 11, 6 prius, iterum. PLIN. nat. 16, 101 primum cum, ... iterum cum. SVET. Aug. 17 primo ... rursus. 28 primum ... ac rursus. COMM. instr. 1, 12, 1 PAVL. NOL. carm. 27, 426). CAES. Gall. 5, 55, 2 cum se bis expertos dicerent, Ariovisti bello et Tencterorum transitu. VARRO rust. 2, 7, 8 bis die, mane et vespere. ling. 10, 45 quod duo bis dicuntur et tum ⟨cum⟩ conferimus ad unum et tunc cum ⟨ad⟩ quattuor (GERM. 499 bis redit haec facies ... cum ver ... surgit, cum deficit aestas. QVINT. decl. 369 p. 405 SERV. ecl. 3, 34). OV. epist. 9, 138 pugnae bis tibi causa fui, cornua ... legit Achelous ... semivir occubuit. LIV. 35, 11, 1 bis in magnum periculum res adducta est, nam et ... et non ita multo post (PS. AMBR. laps. virg. 5, 21). 40, 40, 7 bis ultro citroque ... transcurrerunt. GERM. 629 bis solet *Nixa genu* ... una caelo se ostendere nocte: nam si Phoebeos currus ... occasu sequitur, rursus fugit Oceanum ortu. VAL. MAX. 2, 10, 3 bis ... te, Paule, Macedonia urbi nostrae inlustrem ostendit, incolumem spoliis suis, fato functum umeris. COLVM. 8, 4, 3. 8, 13, 3 bis anno, vere et autumno. PLIN. nat. 2, 81 bis aequata nocte diei, verno et autumno. MART. 6, 27, 1 bis vicine Nepos — nam tu quoque proxima Florae incolis et veteres tu quoque Ficelias. PLIN. epist. 8, 4, 2 actos bis triumphos, quorum alter ex invicta gente primus, alter novissimus fuit. SVET. Iul. 20 bis eundem (*Iulium et Caesarem*) praeponentes, nomine atque cognomine. Aug. 22 bis ovans ingressus est urbem, post Philippense et rursus post Siculum bellum. 31 compitales Lares ornari bis anno ... vernis floribus et aestivis. 35 ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur, Kalendis et Idibus. Tib. 48 munificentiam bis omnino exhibuit, proposito milies sestertio gratuito in trienni tempus et rursus ..., Claud. 17 circio bis paene demersus est, prope Liguriam iuxtaque Stoechadas insulas. MARCIAN dig. 20, 4, 12, 3 si idem *creditor* bis, id est ante secundum *creditorem* et post eum crediderit (SCHOL. Hor. carm. 3, 6, 9). VLP. dig. 30, 34, 2 si duorum testamentis mihi eadem res legata sit, bis petere potero, ut ex altero testamento rem consequar, ex altero aestimationem. SERV. Aen. 3, 476 bis Pergameis erepte ruinis: ... 'bis' propter Herculem et Graecos. 6, 134 bis Stygios innare lacus: modo et post mortem. SERV. auct. Aen. 11, 401 gentis bis victae ... 'bis' autem ab Hercule et ab Argivis. HYG. astr. 4, 3 p. 102, 21 bis uno anno ... hoc est in Ariete et Chelis. *cf.* bis acutus *p. 2008, 36 sqq.*

saepius in proverbiis: CIC. epist. 10, 20, 2 culpa ... illa 'bis ad eundem (*sc. lapidem offendere*)' volgari reprehensa proverbio est (AVSON. 400). PVBLIL. B 1 bis fiet gratum, quod opus est, si ultro offeras. 7 bis emori est alterius arbitrio mori. 9 bis peccas, cum peccanti obsequium commodas. 21 bis vincit qui se vincit in victoria. 23 bis interimitur, qui suis armis perit. J 6 inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. 53 in turpi re peccare bis delinquere est. SEN. frg 121 non bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper.

accedit ad notionem secundo, iterum, altera vice: MART. 10, 48, 20 *dabo* de Nomentana vinum sine faece lagona, quae bis Frontino consule trima fuit. SPART. Hadr. 3, 8 praetor factus est sub Surano bis et Serviano iterum consulibus. Sept. Sev. 1, 3 Erucio Claro bis et Severo conss. 1, 5 favente sibi Septimio Severo adfini suo, bis iam consulari. PS. LACT. mort. pers. 26, 7 *patrem suum Maxentius* bis Augustum nominat. OROS. hist. 4, 10, 2 Regulus et Manlius Vulso ambo bis consules. 6, 21, 1 CORP. III 13124 INSCR. Nuovo bull. crist. X p. 84 INSCR. christ. Rossi I p. 538. *cf.* PRIAP. 35, 2 pedicabere, fur, semel (*i. primum*); sed idem si prensus fueris (praecisus eris *codd.*) bis, irrumabo; quod si tertia furta molieris .... VVLG. iud. 20, 30 tertia vice, sicut semel et bis, contra Beniamin exercitum produxerunt *filii Israel*. I Macc. 3, 30 timuit ne non haberet *pecuniam* ut semel et bis (ἅπαξ καὶ δίς), in sumtus et donaria. Phil. 4, 16 Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. *Bannier.*

Bisa *nom. vir. barb.* INSCR. Rhen. Bramb. 344 (*in colonia Agrippinensi*) Longinus Blarta Bisae f. Bessus eq. alae Sulp. *Otto.*

bisaccium, -ī *n.* [*a* bi- *et* saccus. *Th.*]. PETRON. 31 asellus ... Corinthius cum bisaccio. GLOSS. IV 402, 12 visaccia sarcina mantica (visaccia *item est* V 220, 45. IV 451, 42; vissaccia IV 388, 50). bisacia: IV 114, 24. 593, 4. V 464, 34. bisacica: V 635, 53. *huc sine dubio pertinet* SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 106 pera quam dicunt bistaciam. *cf. Heraeus, Sprache des Petron p. 3 sq.* [*it.* bisaccia, *francog.* besace, *hisp.* bezazas. *M.-L.*]

bisacūtus (-m) *v.* bis *p. 2008, 36 sqq.* **bisaenus** *v.* bisaeta

bisaeta porca dicitur, cuius a cervice saetae bifariam dividuntur, cum iam esse incipit maior sex mensium PAVL. FEST. p. 33. *inde fluxisse potest* GLOSS. II 30, 20 bisaenus (bisetus *Vulc.*) χοῖρος ἑξαμηνιαῖος. *Ihm.*

Bisagius *cogn. vir. barb.* CORP. V 7049 (*Taurinis*) C. Aebutius Stati f. Bisagius.

? **Bisale** *nom. mul.* CORP. III 13430 (*in Pannon. sup.*).

Bīsaltae, -ārum (Bisalta, -ae); Bĭs- GRATT. *Βισάλται, pop. Macedoniae; cf. Oberhummer, PW. III 599.* VERG. georg. 3, 461 Bisaltae quo more solent. LIV. 44, 45, 8 Bisaltarum. 45, 29, 7 Bisaltas. 45, 30, 3 Bisaltas ... fortissimos viros — trans Nessum amnem incolunt et circa Strymonem. GRATT. 523 Strymonio facilis tutela Bisaltae (*equo*). PLIN. nat. 4, 38 gens Bisaltae (*in Macedonia*). 4, 40 Bisaltas. VAL. FL. 6, 48 proxima Bisaltae (his- *plerique*) legio. CLAVD. 21, 134 dicite, Bisaltae, ... SERV. georg. 3, 461 populi Scytharum. ... Bisaltae gens Thraciae. SIDON. carm. 5, 477 Bisalta, Ostrogothus, ... GLOSS. V 403, 14 Bisaltim gens barbara. 348, 57. IV 488, 31. 593, 5. **Bisaltia** *terra,* ἡ *Βισαλτία.* GELL. 16, 15 Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora *habere dicit.* **Bīsaltica** *terra.* LIV. 45, 29, 6 Bisalticam omnem.

Bīsaltis, -idis, *Βισαλτίς, Bisaltis filia Theophane; cf.* Bisaltae, (-ta). OV. met. 6, 117 (*de Neptuno*) aries Bisaltida fallis. HYG. fab. 188 *errore sic*: Theophane Bysaltidis filia formosissima virgo (*cf.* SCHOL. Germ. Strozz. p. 143).

Bisambritae, -ārum *gens Indiae.* PLIN. nat. 6, 78.

Bisanthē *opp. Thraciae, Βισάνθη* (*cf. Oberhummer, PW. III 500*). NEP. Alc. 7, 4 *Alcibiades* se Pactyen contulit ibique tria castella communiit, Ornos, Bizanthen (Bizam- *Wolfenb., Parc.*) .... MELA 2, 24 Bisanthe (Bisaltae *Vatic.*) Samiorum. PLIN. nat. 4, 43 Bisant⟨h⟩e. *cf.* Resisthon. *Otto.*

bisellārius, -ī *m. a* bisellium. bisellariorum *in titulo male tradito* CORP. XIV 4136 (*cf.* 2176 bisella⟨rius⟩ ?). *compendia v. infra.* CORP. XI 1355 a, 17 pater collegi, bisellarius. 1355 b, 21 Herennius Demetrius bisell. dendrophor. X 1217 Augustali bisellario. IX 2249 August(ali) ⟨bis⟩ell. XIV 307 q(uin)q(ennalis) itemque bisellari⟨us⟩. 374 decurionatus ornamentis honorato et biselliario in primis constituto. 318 L. Carulli Felicissimi bis(elliarii) VI⟨viri⟩ Aug(ustalis) idem q(uin)q(uennalis). III 8086 (*pro salute imp. Severi et Antonini positus*) dec(urio?) primus bis(elliarius). *adde* V 5909 (*fragm.*).

bisellātus, -ūs *m. a* bisellium. CORP. X 5348 (*Interamnae*) honorem bisellatus et ornamenta decurionatus gratuita obtulerunt.

bisellium, -ī *n.* [*a* bi- *et* sella. *Th.*]. VARRO ling. 5, 128 ab sedendo appellatae sedes ... sellae ...; deinde ab his subsellium ... ubi in eiusmodi duo, bisellium dictum. GLOSS. διέδριον *saepius* (*cf.* biclinium). NOT. Tir. 101, 32. CORP. XI 3805 (*Veis, a. 26*) liceatque ei omnibus spectaculis municipio nostro bisellio proprio inter Augustales considere. X 1026 (*Pompeis, aet. Neronis*) C. Calventio Quieto Augustali: huic ob munificent. decurionum decreto et populi consesu bisellii honor datus est (*insculpt. 'bisellium cum suppedaneo', cf.* CORP. IX 2682. V suppl. ital. 483). 1030 (*Pompeis*) cui decuriones consensu populi bisellium ob merita eius decreverunt (6586. IX 3436. 3524). X 112 (*Peteliae, aet. Traian.*) ob honor(em) Aug(ustalitatis) ... bisellium ex d(ecurionum) d(ecreto) *accipere me-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ruit. 4760 (*Suessae, a. 193*) honorem biselli (141. 8104. IX 2279. 2475. XI 1441). IX 741 (*Larini*) C. Mammio Pelasgi l. Felici August. iter(um) honorato bisellio (INSCR. Notiz. degli scavi 1894 p. 388 *Beneventi*). *cf. Neumann, PW. III 502.* *derivata*: biselliarius, bisellíatus. *Ihm.*

Bisellius, -a *v.* Bisius.

Bisenesi, Bisen. *sim. in vasculis et patella* CORP. XIII 10010, 313 *et* VII 1336, 156; *cf. etiam* XIII 5686, 133. *Otto.*

bisēnus *v.* bis *p. 2009, 70.* **Bisenus,** -a *v.* Bisius.

bisescium *v.* bisextium.

bisextiālis, -e *cf. c.* bisextium. MARCELL. med. 15, 63 manipulum tenerum urticae unipecciae in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes. *cf. sub* bisextium CORP. XIII 10017, 47 *ubi editor solvit* bisext(ialis) *cum legendum videatur* bisexti.

bisextīlis (bissext-), -e *cf. c.* bi(s)sextus, -um. COSMOGR. 1, 1* Iulius Caesar bissextilis rationis inventor. HILARIAN. pasch. 9 accedunt *ad annum lunarem* undecim dies et quadran bissextilis. COMPVT. Carth. 1, 5 in columna ... bissextili, quae cancellis lunaribus glutinata certo limite sociatur. *ibid.* singulos tam pascales quam bissextiles, simul etiam et lunares annos ... invenies adnotatos. 1, 6 diem. ISID. nat. 6, 4 annus bissextilis est, in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. orig. 6, 17, 25 crescit ... per singulos annos quarta pars assis. at ubi anno quarto assem compleverit, bisextilem annum facit.

bisextium, -ī *n.* [*a* bi *et* sextus *vel* sexta. *Th.*]. GLOSS. II 570, 2 bisextrum (bisextium *Georges*) duo sextaria capiens. NOT. Tir. 90, 46 sestarium, bisescium, trisescium .... MARCELL. med. 29, 41 in ollam novam mittes cum bisextio aquae. CORP. XIII 10017, 47 ... s CCC sext. CCL bisexti.

1. **bisextum** (biss-) *v.* bisextus.

2. **bisextum** *δίξεστον* GLOSS. II 278, 3.

bisextus (biss-), -a, -um [*coaluit ex* bis sextus. *Th.*]. DIONYS. EXIG. pasch. 16 ideo bissextus dicitur, quia bis VI Kal. Martii habet Februarius. LYD. mens. 3, 7 *βίσεξτον λέγεται διὰ τὸ δὶς πρὸ ἓξ Καλενδῶν Μαρτίων ἀριθμεῖν παρὰ τετραετίαν Ῥωμαίους. fort. huc pertinet* GLOSS. II 278, 50 bisextum *δισέντακτον. scripturam* viss- *habes* COMPVT. Carth. 1, 3. [*francog.* bissêtre, *ital.* bisesto. *M.-L.*] *vox in calendario anni Iuliani primum technice usurpata* (*cf.* MACR. sat. 1, 14, 6 id ... bissextum *Caesar* censuit nominandum. EXC. barb. ed. Frick p. 324, 21 Gaius Iulius Caesar, qui bissextum et solis cursum adinvenit. p. 330, 15 *cf.* FAST. Vind. I *et* II chron. I p. 275) *postea latius vagata est. saepius et masc. et neutr. pro substantivo.*

1 *in calendario Iuliano ad solis cursum redacto dies intercalaris, qui quarto quoque anno aliorum sententia post VI Kal. Mart. aliorum ante inseritur*: CELS. dig. 50, 16, 98 praef. cum bisextum Kalendis est, nihil refert, utrum priore an posteriore die quis natus sit et deinceps sextum Kalendas eius natalis dies est: nam id biduum pro uno die habetur. sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non est, sexto Kalendas natus, cum bisextum Kalendis est, priorem diem natalem habet (*exscr.* VLP. dig. 4, 4, 3, 3). CORP. VIII 6979 (*a. 168*) V K. Mart. qui dies post bis VI K. fuit. CENS. 20, 10 ut ... dies unus ... post Terminalia (*i. VI Kal.*) intercalaretur, quod nunc bissextum vocatur. MACR. sat. 1, 14, 6 ut ... sacerdotes ... unum intercalarent diem ... ante quinque ultimos Februarii mensis dies, idque *eqs. cf. supra l. 39.* POL. SILV. fast. Febr. 23 Terminalia. hoc die quarto bisextum anno vocamus (*cf. infra l. 73*). DIONYS. EXIG. pasch. 16 (*prave*) ab hoc dicitur bissextus, quod in unumquemque mensem punctus unus accrescit. punctus vero unus quarta pars horae est. IV vero puncti unam horam faciunt; XII vero puncti III horas explicant. ergo in IV annis ternae horae, quae sunt XII, diem faciunt I, qui addatur Februario cum VI Kal. Mart. habuerit, ut in crastino sic habeat. verbi causa, si hodie VI Kal. Mart., additur ille dies in IV anno expleto; nihilominus et crastino VI Kal. Mart. habeatur. SVET. frg. p. 208, 3 *sol* cum per trecentos sexaginta quinque dies et quadrantem zodiacum lustret ... incremento dimidiarum horarum quarto anno unum diem complet, quem bisextum nuncupant *eqs.* (SCHOL. Arat. lat. rec. interp. p. 293, 8). HILARIAN. pasch. 9 quadran superputatus quater per accessus quattuor annorum efficiens assem ad cursum solis accedit bis sexti Kalendarum Martiarum. AMM. 26, 1, 7 bissextum vitans Februarii mensis (26, 1, 14). AMBR. hex. 4, 5, 24 secundum Romanos bissexto semel intra quadriennium unius diei adiectione celebrato. AVG. civ. 15, 12 p. 80 propter ... diei quadrantem, propter quem quater ductum eo anno, quo bissextum vocant, unus dies adicitur. trin. 4, 4, 8 gen. ad litt. 2, 14, 29 p. 55, 18 COMPVT. Carth. 1, 6 *cf.* ISID. orig. 6, 17, 25 nat. 6, 4 LYD. mens. 3, 10. *transfertur ad annum*: AVG. epist. 55, 13 non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est. POL. SILV. chron. I p. 519 ob quadrantem, quod per quadriennium dies unus iunctus crescit, quarto anno, quem bisextum vocamus, inseritur. *cf.* ISID. nat. 6, 4.

2 *alius in aliorum calendariis plerumque ad cursum lunae constitutis*: POL. SILV. fast. Febr. 23 quem diem (*bisextum*) Aegyptii inter Augustum et Septembrem epagomeno quinque dierum mensi suo iungunt. ISID. nat. 6, 7 bis sextus ... a sexto nonas Martias usque ad diem pridie Kalendarum Ianuariarum in lunae cursu adponitur (orig. 6, 17, 27). ISID. nat. 6, 4 annus bissextus (*opp.* communis *et* embolismus) est, in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. orig. 6, 17, 25/26 bisextus est post annos quattuor unus dies adiectus. crescit enim per singulos annos quarta pars assis. at ubi anno quarto assem compleverit bisextilem annum facit. dictus autem bisextus, quia bis sexies ductus assem facit (*cf. p. 2013, 60*), quod est unus dies, sicut et quadrantem propter quater ductum, quod est bisextus, quem super dierum cursum in anno sol facit, sive quod nequeat annus subintroduci, nisi bisextae nonas Mart. computaveris hoc est et primo die sex. non. Mart. et addito bis sexto alio die sexta non Mart. iteraveris (*locus ut videtur mendosus*). COMPVT. Carth. 1, 3 inter duodecim annos ... assis unus de accrescentibus unciis perspicue invenietur praeter illum assem videlicet feriarum, qui inter annos quattuor per vissextum (*sic*) saepissime subrogatur. 1, 5 ubi in bissextu inter quadriennium inmittis assem unum. DIONYS. EXIG. pasch. 8 de bissexto: si vis scire quando bissextus dies sit, sume annos domini, ut puta DXXV. partire hos per IV. si nihil remanserit, bissextus est. si I aut II vel III remanent, bissextus non est. PS. CYPR. pasch. 7 tertius annus in pinace, in quo modo bissextus et embolismus invenitur. *ibid.* septimo anno bissext. VIII Kal. Apr. feria VI ... in eo bissexti annos secundum cursum solis sine errore ignorantium notavimus *al.* VICTOR. pasch. chron. I p. 682 *annis* ob veritatem certius indagandam bissextos etiam copulavi, quo manifestius appareret, utrum sibi vel bissextorum ratio vel dierum tam Kalendarum Ianuariarum quam VIII Kal. Aprilium ... continuata disputatione concinerent. *ibid.* cum ... nihil resedisset ambigui diebus lunis atque bissextis inde a constitutione mundana. *ibid.* omnibus annis temporibus diebus ac luna maxime ... rite discussis ... bissextorum pariter necessitate decursa. p. 683. 684. DIONYS. EXIG. pasch. 9 *de luna paschali*: in bissexto ... solummodo anno duos regulares suprascriptis mensibus adnumerabis. epist. de pasch. 1 p. 488ᴬ concurrentium ... hebdomadum ratio, quae de solis cursu provenit, septeno annorum iugi circuitu terminatur. in quo per annos singulos unum numerare curabis; in eo tantummodo anno, in quo bissextus fuerit, duos adicies. ISID. nat. 6, 7 annus Aegyptiorum sine bissexto initium habet quarto Kalendarum Septembrium, cum bissexto autem a tertio Kalendarum suprascriptarum. COMPVT. Carth. 1, 5 ubi Kalendarum Martiarum diem inveneris mineatum illic habes bissextum inmissa feria designatum. SVPPVT. Rom. 11 p. 234 Krusch nullus ... existimat lunam, quae in bissexto additur, posse illam in lumine vel in numero trigenario conputari *eqs.* *Bannier.*

Bisfaeri CORP. XII 5686, 133 (*in vasculo*)? *cf.* XIII 10010, 312 (*in vasculo*) *et* Bisenesi.

Bisgargitanī, -ōrum *populus Hispaniae Tarraconensis.* PLIN. nat. 3, 23 Tarracone disceptant populi XLII, quorum celeberrimi civium Romanorum Dertosani, Bisgargitani.

Bisica *municipium, postea colonia Africae proconsularis, cf. Corp. VIII p. 169 et 1265; hodie* Henchir Bischka. CORP. VIII 2586, 11 (*saec. III*) C. Caecilius Felix Bisica. 1357 (*a. 316/7*) col. Bisica Lucana. VI 1401 (*saec. II*) ⟨...⟩g. Bisica Lucana ex Africa. TAB. Peut. 5, 3 Risca (*sic*). **Bisicēnsis** *adi. et incolarum vocabulum.* CORP. VIII 12296 splendidissimus ordo municipi Bisicensis. 12297 ordo Bisicens. 12301. 12302 Zopyrus Tironis f. Bisicensis. *episcopos Bisicenses* (*trad.* Bissianensis *sim.*, Visicensis) *ex conciliorum actis adfert Wilmanns Corp. VIII p. 169.*

Bisicco *nom. barb.* CORP. XIII 10017, 224 (*in vasculo*).

? **Bisigibilias** *fl. Germaniae.* RAVENN. p. 218, 11 *sic traditur*: haec patria habet non modica flumina, inter cetera fluvius grandis qui dicitur Albis et Bisigibilias sexaginta, quae in Oceano funduntur (Visurgi et alia *coni. editores*).

Bisillus *nom. vir. celt.* CORP. XIII 2848 (*in Gallia Lugudun.*) Luminatu(s?) Bisilli.

Bisinius, -a *v.* Bisius.

Bisinus *nom. vir. germ. cf. Förstemann, Altdeutsch. Namenbuch I p. 308.* GREG. TVR. Franc. 2, 12 *Childericus* abiens ... in Thoringiam apud regem Bysinum (Bis- *pars codd.*) ... latuit. VEN. FORT. vita Radeg. 2, 3 rege Bessino (Bes-, Bas- *duo codd.*). CONC. Hispal. a. 619 Mansi 10, 569ᴬ Bisinus (?) ... ecclesiae Eliberitanae episcopus.

Bisius, -a *nom. gent.* CORP. V 3702 (*Veronae*) Poblicia Q. f. Festa ... C. Bisio C. f. 5841 (*Mediolani*) Q. Bisius Communis. INSCR. Rhen. Bramb. 1169 Bisius Secund. Q. f. domo Brixsae (*sic*). CORP. III 1266 (*in Dacia*) Cassiae Peregrinae ... Bisius Scenobarb. Sard. coniug(i). *cognominis locum tenet* CORP. V 5239 (*ad lacum Larium*) Miniciae L. f. Bisiae. Bisii *quod legitur* CORP. VIII 11870 (*in prov. Byzac.*) Sedia Nina (*an* Sedianina?) Bisii fil. *et* Bisii vixit annis ... *editori videtur esse* Bisil(is) *et conferendum cum* Birzil *al.* **Bisenus,** -a *nom. gent.* CORP. V 1363 (*Aquileiae*) M. Salvio M. f. Rufo Bisena T. f. Posilla. **Bisinius,** -a *nom. gent.* CORP. XIV 2408, 3, 9 (*Bovillis, a. 169*) Bisinius Felix *adlectus scaenae.* **Bisellius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 13596 L. Bisellio Philumeno Bisellia Arescusa. 13597/8 Bisellia Charis. X 2169 (*Puteolis*) Biselliae Felicissimae; *sequitur* bixit, *ut* Visellia *intellegi possit.* *de his nominibus cf. W. Schulze, Eigennamen, p. 133. v. etiam* Vis- *et* Pis-. *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bismarītus *v.* bimaritus.

bisolis (-e) [*a* bi- *et* solea, *cf. c.* monosolis. *Th.*]. EDICT. imp. Diocl. 9, 12ª Gallicae biriles rusticanae bisoles. 9, 15 ⟨Tau⟩rinae muliebres bisoles.

bisōmus (-a, -um) [*cf. c.* disomus δίσωμος. *Th.*]. *passim in titulis christianis (extra Romam raro), plerumque absolute (sc. locus), ex. gr.*: CORP. VI 8984 (*in tituli parte aversa*) Vrbico marito Felicitas bisomum fecit. 9526 ⟨l⟩ocus Donati, qui manet in Sebura ⟨m⟩aiore ad Nimfa⟨s⟩ lintearius, bisomu. 32897 (= 32985) Val. Rocatianus vet(eranus) se vivo fecit bisomum sibi et coniuci suae in pace. INSCR. christ. Rossi I 79 (*a. 344*) bysomu. 96 (*a. 348*) ⟨bi⟩som⟨u⟩m ... sibi et ⟨...⟩. 206 (*a. 368*) ⟨feci⟩t locu cum cupare ... bisomu. 228 (*a. 371*) ⟨bis⟩omu locum. 317 (*a. 382*) bisomu (355 *a. 385*). 431 (*a. 395*) bisomus vacat. 517 (*a. 403*) locu bisomu emtu ab Vrsu fossore. 532 (*a. 404*) quem locum bisomum maritus eius Cassan⟨...⟩ comparabit ⟨...⟩. INSCR. Nuovo bull. crist. 1901 p. 270 Faustinus emit locum bisomum a Leone fossore. 1904 p. 126 si bibi sibi conparaverunt sibi bisomum *vir et mulier*. 1904 p. 127 locus bisomus Proiecti corari. CORP. XI 2995 (*Tuscanellae*) contra boto bisosomum (*sic errore lapicidae*) fecit in pace.

bisōn, -ontis *m.* [*vocabulum germanicum; cf. c. theodisc.* wisunt wisant *anglosax.* wesend weosend '*bison*'. *Th.*]. *apud Graecos* βίσων. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 427 sqq.* *scriptura* vis- *l. 27. 28. 32.* ves- *l. 28.* SEN. Phaedr. 64 tibi dant ... villosi **terga** bisontes latisque feri cornibus uri. PLIN. nat. 1, 8, 15 de bisontibus, uris. 8, 38 *Germania gignit* insignia ... boum ferorum **genera**, iubatos bisontes excellentique et vi et velocitate uros (SOL. 20, 4 *codd.* visontes, vesontes, bisontes). 28, 159 nec uros aut bisontes (visontes V^1x, ves- V^2) habuerunt Graeci in experimentis. MART. 1, 104, 8 turpes esseda quod trahunt bisontes. 9, 57, 10 rasum **cavea** latus bisontis. epigr. 23, 4 illi cessit atrox bubalus atque bison. ISID. orig. 14, 4, 4 *Germania* bisontes (vis- *v. l.*) quoque feras et uros atque alces parturit. *cf.* boisos.

Bisontiī *v.* Vesontio.

bisonus (-a, -um) [*a* bi- *et* sonus *vel* sonare. *Th.*]. SERV. Aen. 9, 615 biforem ... cantum: bisonum, imparem (*at ibid.* biforem: dissonum, dissimilem). [AVSON. 400, 4 Bisonum (*sc. poema*) *coni. Hartel*; pisonem, pissonem, dissonum *codd.*]

bispater *v.* bimater. **bispellio** *v.* vespillo.

bissenus *v.* bis *p. 2009, 69.* **bissext-** *v.* bisext-.

? **bissinem** κέγχρον GLOSS. II 30, 23. *Ihm.*

Bissium *v.* Dissium.

Bissonnum. VEN. FORT. carm. 1, 18 tit. de Bissonno (Bisonno, Bissono *sim. pauci quidam*) villa Burdegalensi. 1, 18, 5 incola Bissonnum (Bissonum, -omnum, Hissonum *pars codd.*) vocat hunc (*locum*) de nomine prisco (milia septem urbs hinc Burdegalensis abest). *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 429. hodie* Besson.

Bissula *Sueba bello capta, Ausoni serva et liberta.* AVSON. 327, 5 Bissula in hoc schedio cantabitur. 328 tit. ubi nata sit Bissula. 328, 1 Bissula trans gelidum stirpe et lare prosata Rhenum, conscia nascentis Bissula Danuvii, capta manu, sed missa manu dominatur in eius deliciis, cuius bellica praeda fuit. 329, 3. 330, 1. *versuum titulus*: 326, 1 cunctos Bissulae versus habes, lusimus quos in Suebae gratiam virgunculae. *carminum* 326—331 *in codd. titulus* Bissula. *Otto.*

bissulcis *v.* bisulcis.

bissum ... quod integrum significat ἀκέραιον, per b mutam in glossematibus repperi MARTYR. gramm. VII 177, 9. GLOSS. II 30, 33 bissum ἀκέραιον. 569, 40 bessum perfectum. IV 407, 15 byssum sincerum et vestimenti genus (V 171, 41). *v. Götz, Archiv 2 (1885) p. 345* [*cf. c.* dissum. *Th.*]. *cf. etiam* scalprum (GLOSS.). *Ihm.*

Bissunus *nom. vir. celt.* *in vasculis et patella* CORP. XII 5686, 134. XIII 10010, 314. VII 1336, 157 Bissuni *et* Bissun.

Bissus *nom. vir. celt.* CORP. XIII 5726 (*in Germ. sup.*) Bissi (*genet.*).

bistacia *v.* bisaccium. **bistea** *v.* bestia.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mulier ... sedebat in bivio, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ). Marc. 11,4 invenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in bivio (πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 179B sponsam foris stare in bivio. *in imagine* (*cf. etiam* FLOR. *et* CHALC. *p. 2024, 74 sqq.*): VARRO ling. 10,44 similiter in verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu ⟨declinantur in obliquos et ab recto casu⟩ in rectum. rust. 1,18,7 bivium nobis ... ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. 1,55,4 olea ut uva per idem bivium redit in villam, alia ad cibum, alia ut eliquescat. Ov. rem. 486 ut tuus in bivio distineatur amor. SERV. Aen. 6,136 novimus Pythagoram ... vitam humanam divisisse in modum Y litterae ..., bivium ... Y litterae a iuventute incipere, quo tempore homines aut vitia, id est partem sinistram, aut virtutes, id est dexteram partem sequuntur. AVSON. 348,9 Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis Y. *cf.* LACT. inst. 6,3,9 poetae ... hoc bivium (*cf.* § 6) apud inferos esse volunt. HIER. epist. 107,6 donec ... Pythagorae littera eum perducat ad bivium. PRVD. ham. 790 memini fratres geminos ad hiulcum pervenisse simul bivium nutante iuventa et dubitasse diu bifido sub tramite, quodnam esset iter melius. c. Symm. 2,850 sola errore caret simplex via, nescia flecti in deverticulum, biviis nec pluribus anceps (*cf.* ORIENT. comm. 1,396 ancipiti rectum labitur in bivio). *adde*: PAVL. NOL. epist. 40,11 p. 354,18 iste sermo ... in bivium patet. AVG. c. Pelag. 3,6,16 unde est etiam illud eius multo evidentius nec aliquo bivio cuiusquam ambiguitatis incertum. enchir. 17 nobis ipsis accidit, ut in quodam bivio falleremur. c. acad. 3,15,34 (*bis*). FAVST. REI. grat. 1,12 p. 41,20 non ... in devia lex originis trahit, quem auctor in bivio conlocavit. POMER. 3,16,2 velut in quodam deliberationis incertae bivio constitutum.

nomina locorum: **1 ad Bibium** *statio ad iuncturam viarum Latinae et Labicanae prope* Valmontone (*cf. Corp. X p. 695 sq.*). TAB. Peut. 6,1 ad birium. RAVENN. p. 275,2 Bribila. **2 Bibium**. ITIN. Anton. Aug. p. 274,3 *statio in Liburnia; cf. Patsch, PW. III 551 et Tomaschek ibid. 179.* **3** *opp. Sardiniae* RAVENN. p. 411,17 Vivio (Guid. p. 500,11 Bibium). **4** *vicus in Germ. superiore, cuius incolae* **Bibiēnsēs**: CORP. XIII 6315 (*Sandweier*) diís Quadrubis vicani Bibienses d. s. p. *cf. PW. III 403.* **Biviae** (-ārum) *deae, quae maxime in Germ. sup. colebantur; cf. PW. III 550.* CORP. XIII 5069 (*Aventici*) Bivis Trivis Quadruvís (*cf.* 5070). 5621 (*apud Lingones, a. 226*) ⟨de⟩is dea⟨bus⟩ Bivis Trivis Quadrivis. 6096 (*apud Nemetes*) Biviís Triviís Quadruviís ex voto suscepto. 6429a (*prope Hochheim ad Moenum*) Bivis Trivis Quadrivis. 6437 (*Cannstatt, a. 221*) Biviis Trivís Quadrivís. 6667 (*Mogont.*) Bibis Tribís Quadruii(s).

bivius, -a, -um *cf. c.* bivium. VERG. Aen. 11,516 furta paro belli convexo in tramite silvae, ut bivias armato obsidam milite fauces [VAL. FL. 5,395 bivios ... calles, *coni. Heinsius pro* vivos]. CHALC. comm. 247 medici ... exsectis capitis membris ... notaverunt ferri bivio tramite ignis liquorem. AVSON. 334,32 bivio refluus manamine pontus. AMBR. hex. 6,9,63 quae (*nares*) bivio et procero foramine antrum quoddam ... praestant.

biumbris (-e) *a* bi- *et* umbra. EVSTATH. Bas. hex. 6,8 p. 930c amphiscii id est biumbres nominantur (*cf. ibid.* heteroscii, ascii). GLOSS. V 591,38 amfiscii biumbres (626,1). *Ihm.*

Biumus *nom. vir. barb.* CORP. V 4975 (*in Camunnis*) ⟨Ves⟩gassis Biumí f. *Otto.*

bivolnes (bib- *trad.*) δίτρωτοι GLOSS. II 30,10.

Bivonius *v.* Bivellius.

biūrus, -ī *m.* [*fortasse a* bi- *et* οὐρά *tractum. Th.*]. PLIN. nat. 30,146 M. Cicero (*frg. inc.*) tradit animalia biuros vocari, qui vites in Campania erodant. *Ihm.*

1. Bius, *Βίος, nom. vir. graec.* SOL. 1,10 *constat* Gabios *constitutos esse* a Galatio et Bio (byo *pars codd.*) Siculis fratribus.

2. Bius *nom. gent.* INSCR. Rostowzew, tess. plumb. Rom (1903) n. 1148 P. Bius Faustus. *an* Bius(...)? *Otto.*

biūstī iterum usti cauterio GLOSS. IV 601,29. *Ihm.*

Biuvo *nom. vir. barb.* CORP. V 4136 (*inter Cremonam et Brixiam*) Iovi o. m. Tertius Biuvo ⟨...⟩.

?**Bixilia** *nom. mul.* CORP. VIII 1800 (*in prov. procos., periit*) Bixilia ⟨...⟩ vix. an. LXXX.

Biz- *v.* Byz-. **Biza** *v.* Bizye.

Bizabdē *v.* Bezabde. **Bizanthē** *v.* Bisanthe.

Bizantia *v.* Vesontio. **Bizē** *v.* Bizye.

Bizegonus *nom. vir. barb.* CORP. V 1045 (*Aquileiae*) Romulo Bizegoni fil. Hemeseno Viatrix marito.

Bizens *nom. vir. barb.* CORP. VI 31143, c,10 (*a. 108*) T. Flavius Bizens *eques singul.*

Bizerentānus *v.* Bezereos.

Biziās *nom. vir.* SYMM. rel. 41,7 Marcellus Bizias et Heliodorus.

Bizo⟨?⟩ *nom. vir.? legitur* CORP. III 2782 (*in Dalmatia*).

Bizōnē *opp. Thraciae, Βιζώνη; cf. Brandis, PW. III 551.* PROB. cath. gramm. 4 p. 11,10 hac quoque syllaba (*zo*) nullum nomen repperi terminatum nisi unum barbarae civitatis lectum in Sallustio: Vizzo Vizzonis. Bizone *ablativo casu scripsisse Sallustium coniecit Maurenbrecher, Sall. hist. frg. IV 19.* MELA 2,22 Bizone. PLIN. nat. 4,44 Bizonen (Byzonen, Buzonen, Bosonien *codd. plerique*) terrae hiatu raptam. TAB. Peut. 8,3/4 Bizone. RAVENN. p. 181,11 Bizoi. p. 370,18 Bizoris.

Bizyē, -ēs *opp. Thraciae, Βιζύη; cf. Oberhummer, PW. III 552.* PLIN. nat. 4,47 intus Bizye arx (Bizi ara, Bizie arum, Byziae arx *codd.*) regum Thraciae, a Terei nefasto invisa hirundinibus. ... a Bizye. *cf.* SOL. 70,9 Bizye (Byzie, Bizziae, Byze *pars codd.*) oppidum, quondam area Terei regis. PLIN. nat. 10,70 Bizyes (Bizaes, Bizicis *codd.*) tecta. CASSIOD. hist. 7,29. IORD. Get. 266 Bizzim (*accus.*). CORP. VI 32640,20 ⟨.⟩ Aurel. M. f. Vlp. Iuvenis Bize *miles praetorianus.* 32640,25. 31 ⟨. I⟩ulius C. f. Iul. Maximus Bize. *Otto.*

Blabia *v.* Blavia. **Blaboriācum** *v.* Lauriacum.

Blabti *leg. in umbone, qui constat ex lamina ahenea inaurata ferro inducta*: CORP. XIII 10027,191. *editor confert* Blattius.

proastium quod in **Blacernas** (*Βλαχέρναις*) est NOVELL. Iust. 159 praef. *cf. Oberhummer, PW. III 554 s. v.* Blachernai.

blāchron *n.*, βλῆχρον, βλῆχνον, *herba.* PLIN. nat. 27,78 pterim vocant Graeci, alii blachron (biachron *vel* biacthron *codd.*, blachnon *vulg.*). 1,27,55 blachron. DIOSC. 4,179 dipteris (*i.* πτέρις) quem multi blecron ... dicunt (*Diosc. gr. 4, 184 W.* βλῆχρον, *var.* βλῆχνον).

Bladamī fil. CORP. XIII 1316 (*in Aquit., aet. Merowing.*).

Bladastis *dux.* GREG. TVR. Franc. 6,31 p. 270,11 Bladastis, *et saepius. forma* Baudastis 6,12.

?**Bladiēnsis**, -e *ethnic. afric.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4,94B Potentius episcopus plebis Bladiensis. *at cf.* Badiensis.

flummi (*i.* φλόμος) **bladonna** GLOSS. III 590,55 (612,14 pladonna. 624,20 bladona). *cf.* 582,60 falvius i. lupicuda sive pari⟨e⟩taria, id est bladonna lumi (*i.* fl-), i. uualda vel vervascus. *cf. Götz, thes. gloss. s.* blandonia.

Bladus *v.* Blandus.

⟨B⟩reucus **Blaeda⟨rī** f(ilius)⟩ CORP. XIII 7510 (*sic Zangemeister*). *Ihm.*

Blaera *v.* Blera. **Blaesiānus, Blaesilla** *sim. v.* Blaesus.

Blaesionius *v.* Blaesius.

Blaesius (**Bles-**), -a *nom. gent., osce* blaisiis (*Conway, the Italic dialects 137 f. 8*); *etrusc.* plaisina, plesnas; *v. W. Schulze, Eigennamen p. 295.* CORP. VI 7581,a,3 (*e columb.*) Sex. Blaesi Artemidori. 1056,4,9 (*a. 205*) Blaesi Probate *miles.* 12282 Blaesiae Lyrini. 13600 memoriae Q. Blaesi Esquilini ... Q. Blaesius Zoticus pater. 13601 (*bis*). 13612 Blesiae Helpidi. 18613 P. Bles⟨i⟩us P. l. Suavis. XV 7418 (*in fistula, saec. II ex.*). IX 1850 (*Beneventi*) N. Blaesius Iulius Dexter. 3429 (*Peltuini, a. 242*) T. Blaesio Natale *aed. quaest.* 3456. 3835 (*Antini*). 3846. 3855 (*Supini*). TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 26,7 N. Blaesius Fructio *et saepe* (26,25 ⟨N. B⟩lesius). 138,1 (*a. 53*) L. Helvio Blaesio Proculo IIvir. iur. ⟨d.⟩ (*et bis ibid.*). CORP. X 1403,d,1,18 (*Herculanei*) N. Blaesius Venulus. 1403,d,2,15 N. Blaesius Oriens. 2170 (*Puteolis*) Blaesia Fortunata ... L. Blaesius Sustus matri. 5798 (= CARM. epigr. 168, *Verulis*) Q. Blaesio Q. f. Cor. Rufo Q. Blaesius Q. l. Grupus pater. XI 2050 (*Perusiae*). 2178 (*Clusii*) Blaesia L. f. LIB. col. I p. 251,10 Blesio Taurino mil(iti) coh. VI pr(aetoriae). CORP. V 392 L. Blaesio Rustico ... Blaesia Ane⟨...⟩. 7343 (*Caburri*) Blaesio Cosaciacus Solici ⟨...⟩ f. 7686 (*Augustae Bagiennorum*). INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 116 *v. infra l. 67.* CORP. XII 88 L. Campanius Clementinus ... Campaniae Blaesiae Nertovali fil. coniugi. 1398 T. Blaesio T. f. Vol. Cupito C. Blaesio T. f. Vol. Bellico Epato Litucci fil. mater. 2522 (*saec. I*). 2901. 3473 (*saec. III*) Titi Blaesí Titiani. 3474. 3969. III 2013 (*Salonis*) M. Blesius Tertullus *miles.* 14214,2,1 (*in Moesia*) C. Blaesius Varro Aequ⟨o⟩ *miles.* 6756 (*Ancyrae, Getae aetate*). PAPYR. Wessely p. 5 (*a. 124*). CORP. VIII 3473 (*Lambaese*) Blesia Saturnina. 8934. 8944. 20688 Blesius Satiara. 20689. COD. Iust. 7,43,10 (*a. 291*) Blaesio. **Blesidius**, -a *nom. gent.* CORP. V 7384 (*Dertonae*) Blesidiae A. f. Priscae A. Blesidio Sal. f. Felici. **Blaesidienus**, -a *nom. gent.* INSCR. Ephem. epigr. IX ad Corp. II no. 18 Blaesidiena Gn. f. Marcella ... Gn. Blaesidienus Marcellus ... ⟨fil.⟩. *eadem* CORP. II 5213 Blesidiena Ma⟨r⟩cella. **Blaesionius**, -ī *nom. gent.; cf.* Appionius, Buccionius, Miccionius *al.* INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 116 (*in Gallia transpadana*) ⟨Bl⟩aesio Rufi Blaesioni f. Vinno Summia Summi f. Taia uxsor. *Jacobsohn.*

blaesus, -a, -um [*a gr.* βλαισός *tractum esse videtur, etsi a tradita vocabuli graeci significatione differt; v. Havet, Mém. de la Soc. de linguistique VI p. 238 sq. Th.*]. ISID. orig. 10,29 inde (*a* balando *vel* balbando) et blaesus, quia verba frangit (GLOSS. IV 590,19. 25. 62. V 172,6, *ubi trad.* blessus *et* blesus, *utrumque praeterea saepius; cf.* 172,4 blesum balbum verba frangentem). GLOSS. II 30,35 blaesus et blato (blatero?) τραυλός (30,46 blesus τραυλός. 458,18 τραυλός vattuus raucus blesus). V 172,7 blesus balbus, id est impeditioris et tardioris linguae. II 570,13 blessus una littera peccans loquendo (*cf.* PRIAP. *l. 82*). IV 211,27 qui alio sono corrumpit litteras (585,43). V 443,26 blesus mutus, molli⟨s⟩ linguae. 403,27 stom (*anglosax.*). *alia v. sub* balbus. MART. CAP. 3,248 B ... praefertur consonantibus L et R, ut 'blaesus' et 'brevis'. [*francog. vet.* blois. *M.-L.*]

PRIAP. 7,2 cum loquor, una mihi peccatur littera; nam te pedico semper blaesaque lingua mihi est (*cf.* GLOSS. *l. 77*). Ov. ars 1,598 fac titubet blaeso subdola lingua sono. 2,294 quid, cum le-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gitima fraudatur littera voce blaesaque fit iusso lingua coacta sono? am. 2,6,24 (*de psittaco*) reddebas blaeso tam bene verba sono. MART. 5,34,8 nomen blaeso garriat ore meum. 10,65,10 os blaesum tibi debilisque lingua est. MART. 9,87,2 septem post calices Opimiani denso cum iaceam triente blaesus. IVV. 15,48 facilis victoria de madidis et blaesis atque mero titubantibus. VLP. dig. 21,1,10,5 quaesitum est, an balbus et blaesus et atypus isque qui tardius loquitur et varus et vatius sanus sit: et opinor eos sanos esse. DARES 12 Hectorem blaesum, candidum, crispum, strabum. 13 Neoptolemum ... blaesum. PS. CYPR. or. 2,4 solvisti linguas blaesorum. *nota*: CORP. II 5078 (*saec. II*) L. Valerius L. l. Auctus avium inspex blaesus. *adv.* **blaesē**. PS. ORIGEN. tract. 6 p. 74,18 senes edentuli significantiam verbi dum blaese loquuntur, explicare non valent. *Ihm.*

Blaesus, -a *cogn.*; *cf.* blaesus. Βλαῖσος σπονδογελοίων ποιητὴς Καπρεάτης. STEPH. BYZ. *s. v.* Καπρία (*v. Kaibel, PW. III 556. praen. Osc. esse contendit W. Schulze, Eigennamen p. 515 adn. 2; an hic nom. graec.?*). Sempronii: C. Sempronius Ti. f. Ti. n. Blaesus *cos. a. 501/203.* Ti. Sempronius Blaesus quaestor LIV. 22, 31,5. C. Sempronius Blaesus ... Cn. Fulvium ob exercitum in Apulia amissum in contionibus vexabat LIV. 26,2,7. C. Sempronius Blaesus legatus LIV. 27,6,1. P. Sempronius Blaesus tribunus plebis LIV. 36,39,6. C. Sempronius Blaesus *praetor a. 570/184* LIV. 39, 32,14 *et saepius.* Iunii: Q. Iunius Blaesus *cos. a. 10. eius filii* Q. Iunius Blaesus *cos. suff. a. 28 et* Iunius Blaesus, *ipse cos. suff.* (*cf.* TAC. ann. 6,40 duo Blaesi voluntario exitu cecidere), *nepos* Lugudunensis Galliae rector TAC. hist. 1,59; *cf. Prosopograph. II 284; cf.* CORP. II 4223. Pedius Blaesus *proconsul Cyrenaicae, v. Prosopograph. III 20.* P. Sallustius Blaesus *frater Arvalis* ACT. Arv. a. 77 *et saepe* (a. 77,6 *et* a. 78,4 *praenomen* C.). Velleius Blaesus *consularis* PLIN. epist. 2,20,7. 2,20,8. Blaesus, *iuris peritus aequalis Labeonis* DIG. 33,2,31; *cf. Jörs, PW. III 556.* Blaesus, *amicus Atedii Melioris* STAT. silv. 2,1,191. 2,1,201. 2,3,77 MART. 8,38,10. CORP. III 6407 (*in Dalmatia*) Bleso leg(ato) pro pr(aetore). *exempla titulorum pleraque in regionibus Celtarum (ibidem testimonia derivatorum fere omnia); cf.* Blēsamus, Blesenses *al.* (*Holder, Altcelt. Sprachsch. s. v.* Blaesius) *et francogall.* blois. CORP. XIV 4258 (*Tibure, aetat. Hadrian.*) M. Tullio M. f. Cam. Blaeso pontifici ... Tullia Bereníce uxor et Tullia Blaesilla fília (4259. 3599). VI 21452 L. Lollius L. l. Blaesus. 25617 Blaeso. X 5843 (*Ferentini*) C. Naevio L. f. Pol. Blaéso IIIIvir. iur. díc. aédí⟨li⟩. XI 2435 (*Clusii*) L. Sentius L. ⟨f.⟩ Sabinius Blaesus. 5405 (*Asisii, temporibus Plinii iunioris*) C. Passenno C. f. Serg. Paullo Propertio Blaeso. 5964 C. Gellio C. f. Clu. Blaeso aed(ili). XII 1203 (*litteris bonis*). 2869 (*litteris pulchris*) C. Pompeio Sex. f. Vol. Blaeso ... Sex. Pompeius Blaesus fratrí. 2885 Sex. Pompei ⟨...⟩ Blaesi fíl. 2930. 3037 Firmiae Blaesi f. Bla⟨e⟩sinae T. Firmius Victor f(ecit) matri. 3585. 3939. XIII 1197 (*litteris bonis, in Aquitania*). 3183,26 (*saec. I?*). 10010,326 (*in vasculis*). VII 1336,161 (*in patella*) Blaesi. III 6010,41 (*in vase*). *fem. semel legi* CORP. XII 4074 (*periit*) Blaesae Blandi f. sorori ... Servatae Titi f. uxori Optatus Blandi f. *nom. gent.*: INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 332 (*in Campania*) L. Blaesus Suavis. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 295.* *nota*: OV. Ib. 539 conditor ut tardae, Blaesus cognomine, Cyrae, *ubi* Blaesus *transvertit* Battum. NOT. Tir. 115,22 (*var.* Blessus). *adi.* **Blaesiānus,** -a, -um. MART. 8,38,14 nomen non sinis interire Blaesi et ... quod donas, facis ipse Blaesianum. *cogn.* **Blaesiānus,** -ī. INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 105 (*in Sardinia, aetat. Neron.*) C. Cassio Pal. Blaesiano dec. coh. Ligurum. CORP. XIII 1393 (*apud Lemovices, saec. II* = CARM. epigr. 481) Blaesiānus Biturix Musarum semper amator. *cogn.* **Blaesina** CORP. XII 3037 *v. supra l. 45.* **Blaesilla,** -ae *cogn.* CORP. XIV 4258. 4259 (*v. supra l. 38*). X 1089 (*Nuceriae Alfaternae*) Allia Blesilla. INSCR. Ephem. epigr. IX ad Corp. II no. 292i Iuniaé Blaésillae. *sancta* Blaesilla HIER. epist. 38. 39 *et saepius.* VEN. FORT carm. 8, 1,43 pietate Blēsillam (*cf. Seeck, ed. Symm. p. CXXX*). domnam Blessillam sororem *Cethegi* ENNOD. epist. 7,29,4 p. 195,27 (*nisi pertinet ad* Blessus, Blessius). saltum **Blaesiolam** in Libarnese et Veleiate pagis Bagienno et Moninate. TAB. aliment. Vel. (CORP. XI 1147), 7,45. **Blaesatus** (-ius?), -ī *cogn.* CORP. III 11507 (*Viruni*) Ti. Iul. Blaesatí l. Hospiti.

Blaia, -onius (-unius) *v.* Blaius.

Blaisicius, -ī *nom. gent.*; *cf.* Blaesius, Blaesus *al.* CORP. V 7845 (*in Alpibus maritimis, periit*) Velaco Blaisicio Enici f. *Jacobsohn.*

Blaius, -a *nom. gent.* CORP. X 5452 (*Aquini*) C. Blai Ɔ. l. Bíthi, C. Blai Ɔ. l. Hilari, L. Blai Surdi, Blaiae Ɔ. l. Salvia (*sic*), C. Blai Ɔ. l. Philomusi, C. Blai C. et Ɔ. l. Salvi. 5221 (*Casini*) Blaia G. l. Ri⟨...⟩. IX 2644 (*Aeserniae*) L. Blaio Sabino *militi.* XIII 10010,327 (*in vasculo*) Blai. *cogn.*: CORP. V 7832 (*in Alp. marit.*) Disianiae Max. fil. Blaiae. **Blaionius,** -a *nom. gent.* CORP. V 7179 (*nunc in mus. Taurin.*) v. f. Blaionia M. f. Tertulla. 7349 (*Alp. Cott., periit*) L. Veltio Anitiano Vera Blaionia coniugi. TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 4,74 T. Blaiunio.

Blanca vir clarissimus GREG. M. epist. 9,236 p. 231,34.

Blancona *v.* Abdoneus.

1. Blanda *opp. Lucaniae; cf. Hülsen, PW. III 557 et suppl. I p. 253.* LIV. 24,20,5 Blanda et Apulorum Aecae oppugnatae (*a. 214 a. Chr.*). MELA 2,69 Blanda, Buxentum. PLIN. nat. 3,72 oppidum Blanda (*Bruttiorum finibus tribuit*). PTOL. 3,1,61 Βλάνδα. TAB. Peut. 7,1. RAVENN. p. 264,9 Blandas (*item* p. 332,5 Guid. p. 471,22. 508,23). CORP. X 125 IIvir. i. d. Blandae Iulia⟨e⟩. *adi.* **Blandānus,** -a, -um. GREG. M. epist. 2,42 Velina, Buxentina et Blandana ecclesiae. *cf.* CONC. Later. Rom. a. 649 Mansi 10,866ᴱ Paschale Blandanae episc. (Πασχαλίου ἐπισ. Βλάνδων).

2. Blanda (Blande) *opp. Laeetanorum in Hisp. Tarraconensi, hodie* Blanes; *cf. Hübner, PW. III 557.* MELA 2,90 inde ad Tarraconem parva sunt oppida Blande, Iluro, Baetulo. PLIN. nat. 3,22 oppida civium Romanorum Baetulo Iluro, flumen Arnum, Blandae (Blande *cod. Vossianus*). PTOL. 2,6,19 Βλάνδα.

3. Blanda *opp. Cretae* (*?*). VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6,31 p. 337,2 Th. Idomeneus e Creta oppido Blanda pulsus. *cf.* Blenna.

4. Blanda *dea celt.* CORP. XIII 2486 (*apud Ambarros*) d(eae) Blande Caesia Rufina pro salut(e) Belli Rufiani fil(i) ex v(oto).

5. Blanda *v.* Blandus.

Blandae *v.* 1. *et* 2. Blanda. **Blandānus** *v.* 1. Blanda.

blandē *v. sub* blandus. **Blande** *v.* 2. Blanda.

? datas **Blandenonne** *litteras* CIC. ad Q. fr. 2,13,1. *nom. oppidi Galliae Cisalpinae (cf. Hülsen, PW. III 557); Sigonius correxit* datas Laude nonis.

Blandi *v.* 2. Blandos. **Blandia** *v.* Blandius *sub* Blandus.

Blandiacēnsi monasterio CAES. AREL. epist. de hum. (*tit.*). *codd. exhibent* Blantia Cinsae *vel* Plandiacensi.

Blandiana *opp. Daciae; cf. Patsch, PW. III 557.* TAB. Peut. 8,2 RAVENN. p. 189,2. *Ihm.*

Blandiānus *v.* Blandus.

blandicellus, -a, -um *a* blandus *deminutive.* PAVL. FEST. p. 35 blandicella verba blanda per deminutionem sunt dicta (*ad Plautum pertinere glossam docuit Reitzenstein*). GLOSS. V 520,25 blandicella verba ⟨blanda⟩ diminutive (562,59 blandicella[t]).

blandiculē *adv. a* blandus, -e *deminutive.* APVL. met. 10,27 blandicule respondit.

blandidicus, -a, -um *cf. c.* blande dicere. PLAVT. Poen. 138 nunc mihi blandidicus es.

blandificus, -a, -um *cf. c.* blande facere. MART. CAP. 9,888 blandifica ... stringere corda face.

blandifluus, -a, -um *cf. c.* blande fluere. DRAC. Romul. 6,76 rosa blandifluas rutilans nectebat habenas. 8,13 mollia blandifluo delibans verba palato. VEN. FORT. carm. 3,12,39 uvas. 11,10,10 odor.

blandiloquēns, -entis *cf. c.* blande loqui. *cf.* blandiloquus. LABER. mim. 106 (Macr. sat. 2,7,3) summissa placide blandiloquens oratio.

blandiloquentia, -ae *f. a* blandiloquens. ENN. trag. 227 (Cic. nat. deor. 3,65) ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia. HIL. in psalm. 139,4 quo fraudulentae blandiloquentiae veneno adpetitur.

blandiloquentulus, -a, -um *a* blandiloquens *deminutive.* PLAVT. Trin. 239ᵃ blandiloquentulus, harpago, mendax.

blandiloquium, -ī *n.* [*cf. c.* blandiloquus, blande loqui *Th.*]. AVG. epist. 3,1 blandiloquio tuo factum putem. 82,33 me ... insidioso blandiloquio posuisse. FVLG. Verg. cont. p. 93,14 infantia blandiloquiis semper nutricum ⟨et⟩ cantibus oblectatur.

blandiloquus, -a, -um [*cf. c.* blande loqui. *Th.*]. *cf.* blandiloquens. PLAVT. Bacch. 1173 ut blandiloquast! SEN. Ag. 290 voce blandiloqua. HIL. in psalm. 54,17 *Christus. ibid.* furti blandiloqui oleum. FVLG. serm. ant. 62 delenificus dicitur blandiloquus (*ω*, -locus *PR*). CYPR. GALL. lev. 187 moechis. SIDON. carm. 9,262 quod Sulpiciae iocus Thaliae scripsit blandiloquum suo Caleno. PAVL. PETRIC. Mart. 5,92 murmur. ACT. Petr. 17 te blandiloquo (blandi eloquio *trad.*) sermone seducebat.

blandīmentum, -ī *n.* [*a* blandiri. *Th.*]. NON. p. 194 blandimentum generis neutri, ut saepe. *sing. v. p. 2029,30. 2029,43. 2030, 19.* GLOSS. II 352,9 κολακία ambitus, ho⟨c⟩ blandimentum, adulatio, depectio (?), delinimentum. 502,61 κολακία. 529,11. 330,12 θωπεία blandities blandimentum.

1 *i. q. blanditiae*: **a** *hominum*: PLAVT. Rud. 507 pessum dedisti me blandimentis tuis. Truc. 318 immutari ... blandimentis, oramentis (orna- *P*, horta- *A*), ceteris meretriciis. CIC. Tusc. 5,87 nec eam (*virtutem*) minis aut blandimentis corrupta *vita beata* deseret. OV. met. 2,815 blandimenta precesque verbaque iactanti. TAC. hist. 1,74 muliebribus blandimentis infectae ... epistulae. ann. 12,55 blandimentis adversum plebem, fraude in ducem cum barbarorum copias dissociasset. 12,64 blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat. 13,13 per blandimenta iuvenem adgredi. 13,46 per blandimenta et artes valescere. GELL. 13,3,4 quam *opinionem* ille ... adulantium blandimentis ... inbiberat (PANEG. 11,21 p. 261,8 *hominum genus* blandimentis adulantum repugnat). APVL. apol. 98 ille puellae meretricis blandimentis et lenonis patris illectamentis captus. ARNOB. nat. 2,62 blandimenta haec cassa sunt et inanium fomenta votorum. PS. LACT. mort. pers. 30,2 *filiam* nunc precibus, nunc blandimentis sollicitat ad proditionem mariti. IVST. 14, 2,8 blandimentis agere. 17,3,20 infantilibus ... inductus. AVR. VICT.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caes. 5,12 neque blandimentis talibus ... coalescere potuere *sc. Nero et Agrippina.* HIL. in Matth. 6, 4 blandimenta verborum et mansuetudinis simulationem ... expendi oportere. VVLG. prov. 28, 23 qui per linguae blandimenta decipit (τοῦ γλωσσοχαριτοῦντος). HIER. epist. 14, 1 contemptum rogantis per blandimenta fovisti (SALON. in eccles. p. 1010^B blandimentis). 14, 2 abeant preces, blandimenta discedant. 14, 8 te ... pia fratrum blandimenta sollicitant. 128, 4 solent ... iuvenes blandimentis, affabilitate, munusculis aditum sibi ... quaerere. in Dan. 4, 21—22 p. 648 austeritatem sententiae verborum temperat blandimentis. PS. PAVL. NOL. epist. 2, 17 adulatorum ... adsentationes et noxia blandimenta fallaciae ... fuge (SALV. eccl. 3, 95 eorum talium. SIDON. epist. 9, 6, 2 meretricii ... naufragii). RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^B venena blandimentorum. 19 p. 441^C plurimis ... revocare. PS. RVFIN. in psalm. 71, 9 fallaciae blandimentis verbisque adulatoriis sanctos decipere. AVG. serm. 93, 9, 12 adulatoris. soliloq. 1, 10, 17 feminea. serm. ed. Mai 72, 1 *homo* diaboli seductus est blandimentis (1, 1). BACHIAR. repar. laps. 6 quem cum in perniciem sui mulieris blandimenta vicissent. SORAN. 114 *nutrix infantem* blandimentis mulceat. OROS. hist. 4, 6, 30 per Agathoclen blandimentis et insidiis circumventus occisus est. VAL. CEM. hom. 6, 5 mutae vocis. SALV. eccl. 3, 94 non te moveant. gub. 6, 92 solent nequissimos servos blandimenta corrigere (6, 93 blandimenta nos dei). *ibid.* infantulos ... convertunt. SIDON. epist. 2, 8, 1 diversis blandimentorum generibus. 9, 11, 8 conviciis tuis illis cuncta sane blandimentorum mella vincentibus. CLAVD. MAM. anim. p. 23, 8 ut clam ... mussitantes blandimentis lenocinantibus ignaros rerum sedulo precentur, ut. ENNOD. epist. 4, 7, 3 amoris adstipulationem deferunt blandimenta conloquii. 7, 11, 2 potest nasci de epistolaribus blandimentis ambiguitas. BENED. reg. 2, 51 miscens ... terroribus blandimenta. 2, 69 (*opp.* increpationibus). *rarius sing.*: TAC. ann. 14, 4 blandimentum *Neronis* sublevavit metum *Agrippinae.* SPART. Geta 7, 4 ut eius magis blandimentum timeretur quam iracundia. HIL. c. Const. 8 subrepis nomine (*sc. Christiani*), blandimento occidis. 11 virum blandimento sollicitatum. 20 fallax. AMBR. Abr. 2, 11, 82 si seducat te meretrix et multo blandimento sermonis ... alliget (bon. mort. 9, 40). AVG. in psalm. 88 serm. 2, 2 melius est ... erudiri in virga patris quam in blandimento perire praedonis. SVLP. SEV. chron. 1, 28, 2 illa eum blandimento muliebri aggressa ... perpulit (2, 13, 6 delinitus). ENNOD. epist. 8, 1, 2 in concinnatione blandimenti. **b** *bestiarum*: GELL. 5, 14, 13 inter illa tam atrocis ferae (*sc. leonis*) blandimenta. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 31, 26 ex canum latratibus iracundia eorumque alia quadam voce blandimenta monstrantur (1, 2 p. 54, 25 *opp.* iras). *nota* PS. AMBR. laps. virg. 9, 42 blandimenta serpentis (*i. diaboli*). *sing.* NON. p. 17 adulatio est blandimentum proprie canum. VVLG. Tob. 11, 9 *canis* blandimento suae caudae gaudebat.

2 *rerum sensus blande afficientium irritamenta, incitamenta vel delenimenta*: CIC. Cael. 41 multa ... nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus coniveret interdum (LACT. inst. 3, 8, 22 *natura* quibusdam blandimentis lenioribus in vitia praecipitat). rep. 1, 1 ut ea vis omnia blandimenta voluptatis otiique vicerit (SEN. dial. 7, 5, 4 licet ... animum ... blandimentis suis *voluptas* leniat. epist. 51, 5 a blandimentis voluptatum procul abstrahendus *animus*). LIV. 2, 9, 6 multa ... blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. GRATT. 114 blandimenta vagae fugies novitatis. VAL. MAX. 2, 7, 6 cuius infantiae blandimenta (*i. quem infantem blandientem*) foveras (QVINT. decl. 260 p. 68, 13 pueritiae). SEN. dial. 5, 9, 2 lituos et tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens resolvatur. epist. 66, 46 si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum. 78, 22 omnia sensuum blandimenta contemnit. 88, 7 insidiosa blandimenta aurium. PLIN. nat. 7, 71 quibus in dextra parte gemini superne *sunt dentes* a canibus cognominati, fortunae blandimenta pollicentur (SOL. 1, 71). QVINT. decl. 306 p. 205, 9 plura blandimenta robustior aetas habet. TAC. hist. 2, 53 abruptis vitae blandimentis (ann. 15, 64 oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam *Paulinam.* PS. QVINT. decl. 5, 15 cibos, haustus et omnia blandimenta vitae fames fastidit et poscit. HIL. trin. 1, 1 summa atque optima. ZACCH. 1, 31. 3, 4). PLIN. epist. 2, 19, 4 auditorum intentio relanguescit nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata. APVL. flor. 3 p. 16 haec omnia ... blandimenta nequaquam virtuti decora, sed luxuriae accommodata. MIN. FEL. 37, 11 *spectaculorum* noxia blandimenta damnamus. CENS. 1, 1 munera ex auro ... ceteraque hoc genus blandimenta inhiat, qui vulgo dives vocatur. LACT. inst. 6, 22, 3 his blandimentis et suavitatibus titillat animas. PALLAD. 10, 17 quibus (*uvis*) inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta aestivi caloris induruit. HIL. in psalm. 1, 22 ad saecularia vitia saeculi blandimenta sollicitant (AVG. civ. 5, 18 p. 223 SACR. Leon. p. 457 POMER. 3, 15, 1). in Matth. 11, 13 iugi suavis et levis oneris blandimenta. PRISCILL. tract. 5, 82 ut ... ab his educationis blandimenta sentiret. 7, 114 corruptelae inlecebras et blandimenta. SERV. Aen. 6, 741 *animae* deditae ... corporalibus blandimentis. VEG. mulom. 1, 56, 37 L. equos ... edomant ad levitatem et quaedam blandimenta vecturae. HIER. epist. 2 prioris a me luxuriae blandimenta depellere. RVFIN. hist. mon. 20 p. 442^D ubi ... visus mulierum et blandimenta carnis occurrunt. PS. AVG. serm. 141, 3 recedant venenis plena mundi istius blandimenta. VAL. CEM. hom. 16, 3 latentia scelerum blandimenta. MART. CAP. 1, 8 dum eum deliberatae sortis blandimenta frustrantur. 5, 448 in laudativo aestimator auscultat ⟨an⟩ vera congruaque memorentur, licet novella etiam id contulerint blandimenta, ut suae praedicationis fiat arbiter qui laudatur. FAVST. REI. grat. 1, 8 diversa carnalium blandimenta vitiorum. POMER. 1, 6, 1 praesentia ... fastidiant. 1, 21, 1 voluptates ... et cetera blandimenta. 3, 12, 3 carnalia (3, 13). *additur genet. obiect.*: TERT. pudic. 10 ne scilicet rursum blandimenta delinquentiae de patrum resumerent gratia. IVST. 31, 7, 9 bellique ea irritamenta, non pacis blandimenta esse. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 15 diabolus ... condit blandimenta peccandi. *speciatim ciborum, medicamentorum*: GRATT. 302 et cultus alios et debita fetae blandimenta feres. COLVM. 6, 2, 7 per haec blandimenta triduo fere *boves* mansuescunt. PETRON. 141 aliqua inveniemus blandimenta, quibus saporem mutemus. PLIN. nat. 26, 14 alia quoque blandimenta excogitabat *Asclepiades medicus.* TAC. Germ. 23 sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. PS. QVINT. decl. 5, 15 *v. p. 2029, 65.* HIER. epist. 2 momentanea blandimenta gulae. *rarius singul.*: VAL. MAX. 5, 4, 3 ad eum (*patrem*) diligendum praeter naturalem amorem nullo indulgentiae blandimento invitatus fuerat. IVL. VAL. 3, 11 fraudis potentiam adiutam temporis blandimento. HIL. c. Const. 13 coniunctio coniugalis verbi et blandimentum. op. hist. frg. 1, 3 conscientiae reatum blandimento ignorantiae consolarer. in Matth. 15, 4 canum opprobrio iam sub blandimento diminutivi nominis mitigato. AVG. epist. 246, 1 perversis opinionibus ... ad committendum *malum* blandimento voluptatis adduci. PS. ATHAN. ad mon. 3 p. 74^D benignitatis adhortationibus et illiciente blandimento via veritatis ostensa. PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 39^B hoc malum per blandimentum aurium audientium sensus ... contagione vitii adhaerentis inficit. RVFIN. symb. 20 molle osculi blandimentum. SEDVL. epist. 1 p. 5, 8 quod ... versuum viderint blandimento mellitum. ISID. nat. 34, 1 nix ... significat blandimentum iustorum in die iudicii. *nota*: SEN. contr. 1, 1, 1 senex divitiis tuis etiam blandimentum in stipem (*i. stipis cogendae, cf. supra l. 8*) perdidit. *fere i. q. blanda curatio, lenitas*: PLIN. nat. 17, 98 hoc blandimento inpetratis radicibus. GARG. MART. pom. 2, 4 laetissimas *arbores* fieri ..., si remotione loci blandimentum ceperunt. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 6 mitigatur ... quodam blandimento straminum pars in dolore constituta. acut. 3, 3, 89 mitigationis atque blandimenti opportunitas.

synonyma et iuxta posita: adulatio, ambitus, adsentatio, artes, blanditia, -es, delenimentum, fomentum, illecebrae, illectamentum, insidiae, largitio, munera, oramentum, preces, suavitas, voluptas. *opposita*: austeritas, convicium, increpatio, minae, ira, iracundia, terror. fraus. aculeus, concitamentum, irritamentum. *Milnscher.*

Blandiniēnsis, -e. VITA Eleuther. Tornac. Migne 65, 87 Blandiniensem *ecclesiam. cf. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v.* Blandiniacum, Blandinium. *Ihm.*

Blandīnus *v.* Blandus. **blandio** *v.* blandior *l. 54.*

blandior, -ītus sum, -īrī [*cf. c.* blandus. *Th.*]. *inter* 'communia' *ponunt* CHAR. gramm. I 165, 11 EXC. Bob. gramm. I 562, 18 PRISC. gramm. II 379, 8. 383, 13/4 Verrius: 'blanditusque labor molli curabitur arte'. blanditus, κολακευθείς, passivam habet hic significationem. *formam activam praebent* GLOSS. blandio *v. infra l. 67 sqq.*, APVL. apol. 87 *F* blandirem, COMM. instr. 2, 12, 7 blandire (*infin.*) *cf. p. 2033, 6.* GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 149, 29 blandiretur *Bonnet, le latin de Grégoire p. 406 passive interpretatur, vix recte, cf. p. 2031, 24. cf. loc. inc.* VITR. 3 praef. 3 cum etiam saepe blandiatur (*passiv.?*) gratia conviviorum a veris iudiciis ad falsam probationem (*Rose scr.* eblandiatur *omisso* ad *ante* falsam). *passim inde a* PLAVTO, *sed deest* TER. LVCIL. CATONI RHET. Her. CATVLL. CAES. SALL. NEP. VERG. TIB. PROP. GERM. VELL. VAL. MAX. CVRT. COLVM. SCRIB. LARG. MELAE LVCAN. PERS. CALP. ecl. VAL. FL. SIL. HOMER. *singulis locis utuntur*: LVCR. HOR. carm. GRATT. MANIL. PAVL. FEST. CELS. ASCON. PETRON. STAT. silv. FRONTIN. aq. IVV. SVET. FLOR. Verg., *binis*: LIV. VITR. PHAEDR., CIC. 6^{ies}. GLOSS. II 264, 26 γοητεύω ὅ ἐστι κολακεύω blandior. 330, 13 θωπεύω ambio adsecto blandio. 352, 7 κολακεύω blandio adulo adsentor ambio. 429, 34 σαίνω adulor blandio. III 75, 23 θωπεύω blandio. II 30, 36 blanditur κολακεύει. *absolute ponitur vel construitur cum dat., singulariter cum praep.* in (MANIL. *p. 2031, 71* TERT. *p. 2032, 78*), inter (PLIN. nat. *p. 2031, 84*), ad (TERT. *p. 2032, 53*), cum (PS. MATTH. *p. 2032, 1*). *additur haud raro abl. q. d. instrumenti, raro praep.* per (CIC. *p. 2031, 39*). *nota transit. usum* PS. QVINT. *p. 2032, 20,* MIN. FEL. *p. 2032, 54,* TERT. *p. 2031, 27,* AVG. civ. *p. 2032, 6.*

I *de animantibus*: **1** *de hominibus*: *absolute*: PLAVT. Bacch. 518 mi ... subblandibitur tum quom [mihi] blandiri nihilo pluris referet, quam si .... Men. 193 meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt. Poen. 357 exora, blandire, expalpa [Trin. 239]. CIC. Lael. 99 qui etiam adversando saepe adsentetur et litigare se simulans blandiatur. PVBLIL. Q 6 qui cum dolet blanditur, post tempus sapit. HOR. carm. 3, 11, 15 cessit inmanis tibi blandienti ... Cerberus. OV. am. 1, 8, 103 blandire noceque. epist. 20, 195 minus audacter. met. 9, 569 et pavidum (*adv.*) blandita ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dixit. 10, 416 *opp.* terret. fast. 6, 70 blandior et partes paene rogantis ago. EPIST. Sapph. 131 blandior interdum verisque simillima verba eloquor. LIV. 32, 40, 11 blandiendo ... ac minando ... aurum ... iis (*feminis*) ... ademit. SEN. contr. 2, 7, 4 tantum non ultro. SEN. dial. 5, 8, 7 indomiti natura blandientem ferent. 6, 1, 5 alii ... molliter agant et blandiantur, ego confligere cum tuo maerore constitui. 9, 1, 16 laudantium blandientiumque ... greges. nat. 4 praef. 5 non esse occulte nec ex dissimulato blandiendum. Phaedr. 134 blandiendo dulce nutrivit malum (*i. amorem*). PLIN. nat. 10, 120 cibis (*abl.*) blandiente (*abl. abs., sc. avi* [*dat.*]). 26, 12 oratione. MART. 2, 26, 4. 12, 65, 8 basio ... longo blandita. QVINT. inst. 11, 3, 63 in blandiendo, fatendo ... lenis *vox.* decl. 306 p. 203, 20. 306 p. 205, 11. TAC. hist. 1, 35 mirantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus. PLIN. epist. 4, 11, 8 *opp.* inridens. FRONTO p. 53, 12 N. *opp.* insectantibus. p. 235, 19 potius duxi neglegi quam blandiri. APVL. apol. 87 PORPH. Hor. epod. 12, 23. epist. 1, 18, 45 *opp.* imperare. PANEG. 5, 9 p. 138, 12 familiari murmure. IVST. 1, 4, 12 dulcis ... blandientis infantis risus. HIL. in psalm. 118 teth 7 simplicitatis specie. c. Const. 5. 8 sine bonitate. HIER. epist. 22, 29. 22, 37 fronte. 82, 1. 106, 41. 108, 2 more blandientium loqui. VVLG. Esth. 15, 11 his verbis. prov. 7, 13 procaci vultu. AVG. anim. 2, 17, 23 deceptoria lenitudo blandientis (*syn.* adulantis). SVLP. SEV. chron. 2, 46, 5 multos ... arte blandiendi allicuit in societatem. CASSIAN. conl. 18, 8, 1 VAL. CEM. hom. 6, 4 plagis modulantibus. SIDON. epist. 4, 3, 6. GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 149, 29 quas (*species*), cum hic blandiretur et illi se adulatores ... declararent, maiori ... pretio venundabant. *nota*: TERT. pudic. 19 illic quidem aliquid de venia blandientem (*i. blande disserentem*) *Iohannem*, hic vero districte negantem. *additur* ut: *cf.* LIV. *infra l. 43.* AVG. *p. 2032, 52.* PLAVT. Cas. 883 conloco fulcio mollio blandior, ut prior quam senex nup⟨tias perpetrem⟩. SEN. epist. 46, 1 blanditus est ipse, ut procederem longius. PRISCILL. tract. 7, 115 blanditur *zabolus*, ut fallat. AMM. 27, 11, 5 *fuit* blandiens interdum, ut noceat. AVG. serm. 55, 6 bona das, blandiris, ne fatigemur in via. *nota*: LVCIF. moriend. 6 p. 297, 31 quod sub specie dilectionis ... ad nos blandiaris deiciendos. *add. dat.*: PLAVT. Cist. 34 ita nostro ordini palam blandiuntur. Men. 626 bellus blanditur tibi. CIC. Flacc. 92 matri. de orat. 1, 90 blandiri eis suptiliter (suppliciter *al.*), a quibus esset petendum et adversarios minaciter terrere. rep. 1, 67 *discipulis magister.* ad Q. fr. 2, 10, 2 de Commageno ... mirifice mihi et per se et per Pomponium blanditur Appius. OV. am. 1, 6, 15 tibi blandior uni. ars 2, 527 postibus et durae supplex blandire puellae. met. 4, 532 sic patruo ... suo. 6, 440. 14, 705. LIV. 21, 1, 4 Hannibalem ... pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hispaniam. VITR. 3, 3, 13 blandimur voluptati *visus* proportione. SEN. contr. 9 praef. 5 illic iudici blandiuntur, hic inperant. PHAEDR. app. 27, 1 iuveni meretrix. SEN. dial. 5, 8, 6 *opp.* maledicere. ASCON. Corn. p. 70 *senatus* auribus (PLIN. epist. 1, 2, 6 auribus nostris bibliopolae. HIER. epist. 92, 1). PLIN. nat. 21, 42 effossuri ... aquā circumfusā hoc veluti placamento terrae blandiuntur. 34, 88. MART. 1, 102, 2 blanditus ... pictor est Minervae. QVINT. decl. 280 p. 143, 28 blanditur ... actioni (?, affectioni *Schulting*). 315 p. 240, 20. 321 p. 259, 7. 349 p. 375, 25 PS. QVINT. decl. 1, 11. 4, 8. FRONTIN. aq. 72 me adquisitionum mensuris blandiri putant. PLIN. paneg. 2 nusquam ut numini blandiamur. APVL. met. 4, 22 canticis quibusdam Marti deo. 5, 31 illae (*Ceres et Iuno*) patrocinio gratioso Cupidini quamvis absenti blandiebantur. 8, 11. 10, 32 dominae voluptatum veris comā blandientes *Horae.* apol. 48. 53. 86. TERT. pudic. 10 ut *dominus* non magis irascatur contumeliis clementiae suae quam blandiatur. 16 culpae. COD. Iust. 8, 40 (41), 12 (*a. 230*). PORPH. Hor. sat. 1, 3, 47 infantibus. CYPR. epist. 55, 29 deus ... paenitentibus. COMM. instr. 2, 29, 7 blandiendo vobis subrepsit Ev⟨a⟩e seductor. ITIN. Alex. 17 legatos ... Dario. SPART. Geta 7, 4 VOPISC. Prob. 10, 5. ARNOB. nat. 7, 23 si manu viperam mulceas venenato blandiaris aut scorpio. FIRM. err. 8, 2 paululum mihi placida ... oratione. 12, 3 ille ... Arsinoae adultera cupiditate. HIL. in Matth. 10, 9 audientibus. HIER. epist. 100, 17. VVLG. iud. 14, 15 blandire (ἀπάτησον) viro tuo. 19, 3 Is. 66, 12 *et* 13 (*gr.* παρακαλεῖν). AVG. civ. 14, 18 coniux coniugi. 18, 18. VAL. CEM. hom. 4, 3 deo suo ... vana promissione. SIDON. epist. 5, 10, 3. ENNOD. epist. 9, 32, 2 *opp.* conpungere. POMER. 3, 16, 2 usitatae voluptatis admonitione. *nota*: MANIL. 3, 149 seu ferat officium, nutus blanditus in omnes.
de corporis partibus blandientium: APVL. met. 6, 8 blandientis adpulsu linguae longe mellitum *savium* (AVG. civ. 1, 9). IVST. 24, 2, 10 blandientes oculi.

2 *de bestiis*: OV. fast. 2, 417 cauda teneris blanditur *lupa* alumnis. GRATT. 398 blanditur mensis *canis* Cereremque efflagitat ore (PORPH. Hor. carm. 2, 19, 30 dominis. HYG. fab. 126 p. 110, 4 PHYSIOGN. 17 p. 29, 4. 123). PHAEDR. app. 24, 6 scio quem lacessam, cui dolosa blandiar (*sc. cornix*). PLIN. nat. 8, 49 inmota (*sc. cauda est*) ... placido *leoni* clemens blandienti. 8, 59 feram ... circumvolutari non dubie blandientem. 10, 181 feminas (*equorum, canum, suum*) ... post meridiem blandiri. AVG. civ. 19, 12 p. 375 tigris ... filiis suis ... pacata feritate. serm. 64, 4 columba amat et quando rixatur; lupus odit et quando blanditur. *nota*: PLIN. nat. 10, 109 est ... ars illis (*columbis*) i n t e r se blandiri. PS. MATTH. euang. 35 catuli leonum discurrebant circa pedes eius blandientes c u m eo et ludentes *eqs.*

II *de rebus*: 1 *incorporeis*: CIC. ac. 2, 139 quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur (HIER. epist. 100, 3. *nota*: AVG. civ. 1, 27. 11, 16 quid iucundum corporis sensibus blandiatur spectat). PVBLIL. F 2 fortuna cum blanditur captatum venit (SEN. contr. 2, 1, 1. OCTAVIA 378 fallaci mihi ... vultu. TAC. hist. 2, 12 coeptis. ITIN. Alex. 35). SEN. contr. 1 praef. 14 se blandienti otio abduxerat. SEN. dial. 4, 28, 6 saepe adulatio, dum blanditur, offendit (MIN. FEL. 29, 5 deis). clem. 1, 16, 4 nisi eum (*equum*) blandiente tactu permulseris (HIER. epist. 39, 4). epist. 56, 14 cum te nulla vox tibi excutiet, non si blandietur, non si minabitur (TERT. ieiun. 6 adv. Marc. 2, 4). 114, 15 quorundam non est compositio, modulatio est: adeo blanditur et molliter labitur. PLIN. nat. 13, 60 quamvis blandiatur praedulcis suavitas (*sc. pruni*). 26, 16 tum primum pensili balinearum usu ad infinitum blandiente. QVINT. inst. 4, 1, 53 aliqua sententia. 4, 2, 90 quaedam ... partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt. 8, 5, 22 *inventiunculae* facie ingenii blandiuntur. 10, 4, 2 nobis scripta nostra tamquam recentes fetus. PS. QVINT. decl. 14, 4 levior est calamitas cui blanditur a l i q u i d de voluptate laetitia. 19, 2 cum adhuc rudis unici (*filii*) nobis blandiretur infantia. TAC. Agr. 16 ignoscere vitiis blandientibus (AVG. civ. 2, 19). hist. 5, 4 blandiente inertia. SVET. Nero 20 profectu. FLOR. Verg. p. 185, 21 familiaritate continua civitas nobis ipsa blanditur. TERT. idol. 23 est quaedam eiusmodi species in facto et in verbo bis acuta et infesta utrimque, licet tibi blandiatur, quasi vacet in utroque. PORPH. Hor. carm. 3, 21, 13 ebrietas. CYPR. laps. 4 nec mihi ad leniendos dolores meos ... sanitas privata blanditur. COMM. instr. 1, 24, 21 blanditur ... quibus haeret amoenitas illa. 1, 32, 13 tibi tempus (IVL. VAL. 1, 43 p. 54, 20 fugientibus ... tempus horae). SOL. 32, 25 sensim scalpurrigine blandiente aditum sibi *strophilos avis* in usque fauces *crocodili* facit. COD. Theod. 10, 19, 9 (*a. 378*) eis ... spes improba. PANEG. 10, 20 p. 229, 6 illic percepta res iuvat, hic expectata blanditur. 12, 8 p. 278, 16 nihil ... plus blandita praestitit *vetustas.* ARNOB. nat. 2, 62 neque illud obrepat aut spe vobis aeria blandiatur, quod. LACT. inst. 3, 29, 15 peccatis blandientibus depravatos (FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 35, 6). HIL. in Matth. 17, 1 *fructus vitae* praesens corporibus blandiebatur. *ibid.* illecebrae gaudii blandientis (HIER. epist. 128, 2. POMER. 1, 8, 1 mundi). trin. 1, 29 blandiente sensu. 4, 7 testimonia ... solis tantum ignorantibus. HIER. epist. 14, 6 libido. 79, 10 nobis paenitentiae subsidia. 128, 1 quod blanditur in pupis. AVG. epist. 48, 2 desidia. 55, 15, 28 *mundi amicitia* fallaciter. gen. c. Manich. 8, 14 verba veteris testamenti ... nostrae infirmitati. in epist. Ioh. 10, 7 ut aliquando odium blandiatur et caritas saeviat. SACR. Leon. p. 422. VAL. CEM. hom. 7, 5 oris elegantia infirmo pietas otiosa. 14, 3 ubi est vitae splendor, humilitas otiosa blanditur. SIDON. epist. 8, 10, 4. POMER. 3, 6, 3 palpamen ... menti iam vitiosae. ENNOD. epist. 5, 10, 1. 6, 11, 1. 6, 20, 1 dict. 3, 2. 27, 1. *notanda*: *pendet coniunctivus*: LVCR. 2, 173 voluptas ... res per Veneris blanditur saecla propagent, ne genus occidat humanum. *add.* ut: AVG. serm. 276, 2 blanditur *mundus* ..., ut decipiat; terret, ut frangat. TERT. spect. 1 a d u t r u m q u e forsan alicui opiniones ethnicorum blandiantur. MIN. FEL. 8, 5 illis pavorem fallax spes solacio redivivo blanditur. *part.* blanditus, -a, -um *pro adi. ponitur*, *i. fere q.* blandus: PLIN. nat. 9, 35 capiuntur *testudines* ... antemeridiano tempore blandito. 10, 67 hanc (*avem*) initio blandita peregrinatione avide profectam. ALC. AVIT. carm. 2, 161 haec male blanditam finxerunt sibila *anguis* vocem. CARM. poet. min. V 118, 27 (*Patricii*) arrident late toto revolantia mundo sidera, blandito (-tu *coni. Burmann*) dominam venerata sereno. VEN. FORT. carm. 3, 29, 3 cum tua blanditus retineret lumina somnus. 5, 6 praef. 2.

2 *corporeis*: OV. met. 10, 555 opportuna sua blanditur populus umbra. PETRON. 109 hamis blandientibus convellebat praedam repugnantem (*i. pisces*). PLIN. nat. 17, 10 si blandiantur austri. 25, 3 *herbae* satu blandiuntur aut cibo invitant. 25, 17 ut radicem silvestris rosae ... blanditam sibi aspectu ... mitteret *mater* filio bibendam. 31, 27 *aquae* etiam ... aspectu. STAT. silv. 3, 2, 89 aura ... Agenorei furtis blandita iuvenci. MART. 6, 42, 3 nullae sic tibi ... undae. COMM. instr. 2, 25, 2 blandiente saeculo (*i. mundo*). TIBERIAN. carm. 1, 4 blandiente sibilo *aurae.* HIER. epist. 100, 6 fumantibus pateris et nidore sui furori gutturis blandientibus. CLAVD. rapt. Pros. 2, 82 quidquid odoratus longe blanditur Hydaspes. SVLP. SEV. epist. 1, 10 insuetam mollitiem strati male blandientis horrescit. RVRIC. epist. 1, 12 p. 366, 4 mare placidum. SEDVL. carm. pasch. 5, 223 gramineus ... ager. ENNOD. epist. 5, 2, 3 his qui bene toga usi fuerint ... palmata blanditur. *nota*: TERT. bapt. 5 de sola natura aquae ... i n a u s p i c i a emundationis blandiuntur. *technice fere apud medicos*: CELS. 5, 28, 2 p. 207 imponendo ... lenia medicamenta, quae quasi blandiantur. PLIN. nat. 31, 128 circumligantur *spongeae* et hydropicis ..., utcumque blandiri opus est operireve aut siccare. GARG. MART. med. 41 acida *poma* ... iecori blandiuntur. DIOSC. 3, 164 folia ... cataplasmis adhibita conbustionibus blanditur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sibi blandīrī, *saepe i. fere q. se ipsum frustrari*: *cf.* Ov. am. 2, 11, 54 cur ego non votis blandiar ipse meis? **a** *de hominibus*: QVINT. decl. 330 p. 297, 15 quod sic matrem alui — blandior mihi adhuc, pater — erat quod in me laudari posset. IVV. 3, 126 ne nobis blandiar. PLIN. epist. 5, 1, 11 nisi forte blandior mihi. 8, 3, 2. COMM. instr. 2, 12, 7 blandire noli tibi. AVG. in psalm. 25, 14 ut blandiantur sibi seducentes se ipsos. PS. AVG. serm. 104, 1 ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur. 269, 4 sine caritate. PASS. Paul. 8. *add. abl.*: SEN. dial. 9, 14, 4 ne forte inepta spe tibi blandiaris. 10, 11, 1 mendacio. MART. 11, 32, 7 vano ... tibi ... honore. COD. Theod. 16, 10, 15 (*a. 399*) sibi aliqua auctoritate. 9, 1, 19, 1 (*a. 423*). CYPR. epist. 63, 16 illa sibi aliquis contemplatione. LACT. inst. 4, 30, 11 neminem sibi ... pertinaci concertatione. AVG. civ. 21, 24 sibi errando. COD. Iust. 1, 9, 5 (*a. 383*) iussio, qua sibi Iudaeae legis homines blandiuntur. 12, 57 (58), 13 pr. (*a. 442?*) nullum ... ministeriis sibi ... blandiri. SALV. gub. 4, 6 sibi praesumptione christianae fidei. 4, 9 eccl. 4, 28. *add.* de: MIN. FEL. 33, 1 nec nobis de nostra frequentia blandiamur. TERT. idol. 12 sic ... nobis de mansuetudine et clementia dei blandiamur, ut. uxor. 2, 2. CYPR. eleem. 3 nec quisquam ... sibi de puro pectore. epist. 73, 17. LACT. epit. 44 (49), 2 sibi de summo deo. COD. Iust. 12, 1, 12 (*a. 380*) iudices ... honore exuti ... nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo. OPTAT. 5, 5 p. 131, 23 nolite vobis blandiri de dicto apostoli. AMBR. Abr. 1, 4, 25 nemo sibi ... de legibus hominum. hex. 3, 7, 28 Cain et Ab. 2, 9, 34 PS. AMBR. laps. virg. 9, 41 AMBROSIAST. in Rom. 3, 27 I Cor. 15, 36 Gal. 3, 14 HIER. epist. 22, 8 PAVL. NOL. epist. app. 2, 32. AVG. in psalm. 44, 18 multum. serm. 22, 9. CORP. VI 1760 (= XIV 173, *post Diocl.*) nihil. BACHIAR. fid. 7 CASSIAN. inst. 4, 14. 12, 15, 2 LEO M. serm. 10, 2 epist. 59, 1. 106, 2 nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur. AVELL. p. 66, 12. 388, 17 VAL. CEM. hom. 11, 4. 15, 2. 20, 9 SALV. gub. 3, 60. 4, 81. 6, 49 eccl. 4, 46 epist. 4, 28. SIDON. epist. 8, 6, 11 quam minimum. POMER. 1, 18. 1, 21, 2. ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 13, 10 epist. 7 p. 36, 6. *add.* in: CYPR. epist. 55, 27 nec sibi in hoc novi haeretici blandiantur. 60, 5 sibi quasi in confessione nominis. PRISCILL. tract. 5, 83 sibimet ipsi in voluptatibus ..., dum .... HIER. epist. 64, 5 polluo vocabulum Christi, in quo mihi blandior. 96, 14. 123, 5 nec sibi in eo ... debet vidua blandiri, quod. CASSIAN. inst. 2, 3, 2. *add.* ex: FIRM. err. 27, 2 frustra tibi ex ista flamma blandiris. *pendent enuntiata*: TERT. spect. 14 qui sibi blandiuntur, quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit. CYPR. Demetr. 21. HIER. epist. 147, 10 forte blandiris tibi, quod ... diaconus ordinatus es. COD. Iust. 1, 51, 14, 3 (*a. 529*). TERT. mart. 4 non ... nobis blandiamur, quia. AVG. in psalm. 80, 20. PS. AVG. serm. 148, 3 non ideo sibi ..., quia. VLP. dig. 26, 7, 3, 2 blandiuntur ... sibi, qui putant. CYPR. epist. 66, 8 frustra sibi ... eos, qui. sent. episc. 58 AVG. enchir. 75, 20. HIL. trin. 1, 31 his sibi dictis ut religiose impii sint, blandiuntur. COD. Iust. 6, 51, 1, 11^b (*a. 534*). FRG. Vat. 273 nec sibi debent mulieres blandiri, si ... mariti earum se falso videantur esse professi. HIER. epist. 21, 13. CYPR. laps. 27 nec sibi quominus agant paenitentiam blandiantur. *add. partic.*: CYPR. unit. eccl. 21 blandiri sibi per confessionem non potest quasi electus ad gloriae praemium. *add. infin.*: CYPR. epist. 67, 3 nec sibi plebs blandiatur quasi immunis esse. COD. Iust. 10, 32, 67 (66) pr. (*a. 529*) ut nemo sibi blandiatur et non certis modis sese liberum esse existimet. *add. accus.*: HEGES. 1, 42, 2 successionem sibi indubiam blandiebatur. SALV. gub. 6, 44 non est ..., quod blandiri nobis aliquid in hac parte possimus. RVRIC. epist. 1, 13 p. 366, 21 ut mihi aliquid blandiens vos ... morderem. **b** *de rebus*: TERT. pudic. 3 illa (*paenitentia*) nihil sibi blandiendo facilius impetrabit. monog. 12 ne vel ipse honor aliquid sibi ad licentiam quasi de privilegio loci blandiatur. HIL. in Matth. 21, 12 nisi forte poscentium voluntas sola sibi adulatione spondentium blandiatur. HIER. epist. 123, 2 interdum sibi libido. ENNOD. epist. 1, 5, 8 sibi de prosperitatis eventu ... vetus fama.

synonyma et iuxta posita: molliter agere, adsectare, adsentari, adulari, ambire, exorare, expalpare, laudare, mollire, mulcere, (palpare), rogare. nocere. *opposita*: configere, conpungere, imperare, inridere, insectari, irasci, lacessere, maledicere, minari, rixari, saevire, terrere.

derivata: blandimentum, blanditio, blanditium, blanditor (-orius), [blanditus]. *composita*: ad-, e-, inter-, subblandior.

blandiōsus affabilis GLOSS. IV 314, 21. 593, 22. V 592, 1 (baldeff-). 593, 9. IV 306, 30 affabilis magni favoris blandiosus [*cf. c.* blandiri blandus. *Th.*]. *Münscher.*

Blandiro *cogn. vir. celt.* (?) CORP. V 5273 (*Comi, periit*) C. Albucius Blandiro VIvir. *Ihm.*

[blandis] *v. p. 2028, 61.* **blanditer** *v.* blandus *p. 2041, 40.*

Blascō(n) *insula Gall. Narbon.; cf. PW. III 559.* STRAB. 4, 181 τὴν Βλάσκωνα νῆσον. PLIN. nat. 3, 79 mox quae Blascorum vocatur (*var.* Brascorum, Blasconus; MART. CAP. 6, 643 *codd.* Vascorum). PTOL. 2, 10, 9 Βλασκών. AVIEN. ora 603 Blasco propter insula est.

Blascorum *v.* Blasco(n).

Blasio, -ōnis *cogn. vir. cf.* Blassius (Blasius). Cornelii *plures aetate liberae rei publicae (v. Münzer, PW. IV 1271 sq.), in his* Cn. Cornelius L. f. Cn. n. *cos. a. 484/270, cos. II a. 497/257, censor a. 489/265.* Cn. Cornelius Blasio *triumph. a. 558/196* (LIV. 33, 27, 1. 34, 42, 4. 34, 43, 7 Blasioni). P. Cornelius Blasio *legatus a. 584/170 ad Istros missus* (LIV. 43, 5, 9. *cf.* 45, 13, 11 Blasionem. INSCR. numm Babelon I 389, 6 *sqq.* P. Blas. Roma). Helvius: CASS. DIO 46, 53, 3 Ἐλουιός τις Βλασίων (*ad a. 43 a. Chr.*). *Ihm.*

Blasius *v.* Blassius *et* Blattius.

blasphēmābilis, -e *a* blasphemare. TERT. cult. fem. 2, 12 *v. l. seq.*

blasphēmātio, -ōnis *f. a* blasphemare. TERT. cult. fem. 2, 12 optemus ..., ne iustae blasphemationis causa simus. quanto autem magis blasphemabile est, si, quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae? praescr. 17 consequeris ... bilem de blasphematione *haereticorum.* IREN. praef. 2 eius, quae est in deum, blasphemationis (βλασφημίας). ITALA Marc. 14, 64 (cod. k) audistis blasfemationem (VVLG. blasphemiam).

blasphēmātor, -ōris *m. a* blasphemare. PACIAN. epist. 3, 1 Moyses deleri e libro pro blasphematoribus optat (paraen. 5 pro blasphematore populo). Ps. AMBR. act. Seb. 21, 82 *S. Tiburtius,* blasphemator

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deorum et reus atrocium iniuriarum. Ps. Hier. epist. 6, 10 nomine blasphematorum. 6, 12 domini blasphemator. Avg. in psalm. 104, 40 blasphematoribus *dei* (*opp.* cultoribus. *item* Ps. Avg. serm. 111, 2). serm. 19, 4. 48, 5, 7 (*opp.* laudatores. *item* 56, 6, 10. 255, 3 in psalm. 88 serm. 1, 6 Ps. Avg. serm. 220, 2 Favst. Rei. serm. 5 p. 241, 8). 58, 3, 4 (*opp.* fidelibus). 60, 10, 9 sacrilege, blasphemator, infidelis. 105, 8, 11 insultatoribus et blasphematoribus nominis Christiani. 105, 10, 13 *al.* 311, 15, 13 blasphemator meus (*dei*). c. adv. leg. 1, 10, 13 indoctis blasphematoribus litterarum sacrarum. 2, 2, 8 legis non doctores, sed blasphematores. c. mend. 5, 8. anim. 2, 2, 4 magnus haereticus et blasphemator horrendus. in euang. Ioh. 11, 13 baptismi. serm. 94 murmuratoribus respondete, blasphematores corripite. Mar. Merc. Cyr. apol. p. 222 quis ... adeo blasphemator est, ut ... dicat?
fem. **blasphēmātrīx,** -trīcis. Cassian. Nest. 7, 3, 1 vel calumnia blasphematrix vel blasphemia calumniatrix.

blasphēmē *v.* blasphemus.

blasphēmia, -ae *f.*, βλασφημία. *vocabulum* Italae *et* Vvlg., *hinc passim ap.* Eccl. *forma* blasphemium (*nom. acc.*) [*prov.* blastenh. *M.-L.*]: Comm. instr. 1, 31, 7 Ps. Cypr. singul. cler. 7 (*cod. C*) Ambrosiast. in Rom. 2, 24. 3, 8 Praedest. 3, 3 p. 637^{D} Greg. Tvr. Franc. 8, 30. 41. 9, 40. blasphemia (*nom. acc. plur.*): Itala Matth. 15, 19 *et* Luc. 5, 21 (cod. e) apoc. 13, 6 (Primas. *cod. D al.*) Ps. Cypr. aleat. 10 p. 102, 14 *cod. T* Comm. instr. 2, 34, 8 Prvd. psych. 715 Act. Petr. 8 Greg. Tvr. Franc. 4, 36. blasphemiorum: Hil. op. hist. frg. 2, 9 *cf. p. 2047, 33* Avell. p. 166, 23. Gloss. detractio (*cf. p. 2046, 5. 55*). Hier. in Ezech. 5, 15 p. 55 'blasphemiam' transtulerunt, quae in Hebraico dicitur 'geddupha' (גדופה). [*ital.* bestemmia, *francog. vet.* blastenge. *M.-L.*]

1 *notabiliora exempla ex scripturis sacris*: Itala I Macc. 2, 6 (Lucif. non parc. 12 p. 234, 31) et viderunt blasphemias, quas faciebant in Iuda et in Israel (τὰς βλασφημίας; Vvlg. mala). Matth. 12, 31 (cod. b, *saec. IV/V*) omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: qui autem in spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur illi peccatum (*sim.* cod. ff^{1} *et* f; Vvlg. spiritus ... blasphemia non remittetur; *sim.* Itala cod. k; *cf. sub* blasphemo). Tob. 1, 21 (*Vat. saec. fere X*) fugiens in diebus iudicii, quod fecit dominus rex coeli de blasphemiis, quibus blasphemavit (Vvlg. propter blasphemiam; LXX *cod. F-A* περὶ τῶν βλασφημιῶν). Vvlg. IV reg. 19, 3 dies tribulationis et increpationis et blasphemiae (παροργισμοῦ) dies iste. *sim.* Is. 37, 3 dies tribulationis et correptionis et blasphemiae dies haec (θλίψεως καὶ ὀνειδισμοῦ καὶ ἐλεγμοῦ καὶ ὀργῆς). II par. 32, 17 epistolas ... scripsit plenas blasphemiae (βιβλίον ἔγραψεν ὀνειδίζειν τὸν κύριον). II Esdr. 9, 18 fecerunt ... blasphemias (παροργισμοὺς) magnas (9, 26 grandes). Is. 43, 28 dedi ... Israel in blasphemiam (ὀνειδισμόν). 51, 7 nolite timere opprobrium (ὀνειδισμόν) hominum, et blasphemias eorum ne metuatis (τῷ φαυλισμῷ ... μὴ ἡττᾶσθε). Ezech. 5, 15 (*cf.* Hier. *in h. l.* p. 55). Dan. 3, 96 locuta ... blasphemiam contra deum Sidrach (βλασφημίαν κατὰ τοῦ θ.). Soph. 2, 8 opprobrium Moab et blasphemias filiorum Ammon (ὀνειδισμοὺς ... κονδυλισμούς). I Macc. 7, 38 memento, *domine*, blasphemias eorum (τῶν δυσφημιῶν; II 8, 4 *al.*: *gr.* βλασφημία). Matth. 12, 31 *v. l. 31/4* (*gr.* βλασφημία; *et sic omnibus Novi Testamenti locis*). 15, 19 furta, falsa testimonia, blasphemiae. Marc. 3, 28 blasphemiae, quibus blasphemaverint. 7, 22 *al.* act. 6, 11 dicentem verba blasphemiae (ῥήματα βλάσφημα; *cf.* Gavdent. serm. praef. p. 838^{A}). Coloss. 3, 8 deponite ... malitiam et blasphemiam. apoc. 13, 1 super capita eius (*bestiae*) nomina blasphemiae (*cf.* Priscill. tract. 1, 8 p. 8, 26). 13, 5 *al.*

2 *apud scriptores eccl.*: **a** *convicium in deum, contumelia eius (saepissime de haeretico dogmate vel de ipsa haeresi)*: *definitiones*: Hil. in psalm. 68, 11 blasphemiae opprobrium ei potius, qui deo contumeliam exprobret, ingeritur. Mar. Victorin. in Eph. 4, 31 p. 1282^{B} blasphemia ... deum laedens est in deum emissa vel vox vel scelerata cogitatio. Avg. mor. Manich. 2, 11, 20 est ... blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis; itaque iam vulgo blasphemia non accipitur nisi mala verba de deo dicere. Tert. spect. 27 omnes angelos prospicere de caelo et singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, ... quis linguam ... diabolo adversus deum ministraverit. idol. 14 blasphemia, quae nobis omni modo devitanda est, haec ... est, si qui nostrum ad iustam blasphemiam ethnicum deducat ... iniuria. scorp. 7 pudic. 7 p. 232, 26. 13 p. 245, 5. 9 incestum ... atque blasphemia totos homines in possessionem ipsi satanae ... tradidisse meruerunt. ieiun. 7 p. 282, 7 cum ... Sennacherib ... Israeli per Rapsacen blasphemias (*sc. in deum; cf.* Vvlg. IV reg. 18, 22) et minas intentaret. adv. Marc. 4, 28. Clem. ad Cor. 47 blasphemiam inferri nomini domini. Novatian. cib. Iud. 2 *al.* Mar. Victorin. gen. div. verb. 2 *al.* adv. Arrium 1, 5 quae blasphemia eius, patrem dicere, qui non sit pater. Potam. epist. ad Athan. p. 1417^{B}. Hil. syn. 3 cum omnia inchoandae blasphemiae in deum certamina moverentur. 4 *al.* 11 exemplum blasphemiae apud Sirmium ... conscriptae. c. Const. 15 res blasphemiae (*i. blasphemum dogma*). 23 *al. v. p. 1724, 43 sqq.* 26 subscriptiones Afrorum, quibus blasphemiam Vrsacii ... condemnaverant. ad Const. 2, 4. op. hist. frg. 2, 9 ne ... diabolus blasphemiorum venenum effunderet. c. Aux. 12 Arrianorum (-arum?) blasphemiarum (-orum? *cf. l. 82*) dedecora (*saepe ap.* Eccl. *de Arriana haeresi; aliquot exempla v. inf.*). Lvcif. Athan. 1, 27 apud Niciam ... non solum contra blasphemiam vestram (*Arrianorum*), sed et contra omnes haereses fides descripta est. 1, 42 *opp.* catholicam ... fidem. 2, 3 *al.* 2, 18 p. 181, 26 blasphemiam ... suscipere (*i. q. haereticum dogma confiteri*). moriend. 12 blasphemiam consacrilegi tui Arrii ore prolatam ... edicto ... praedicare (Hier. epist. 61, 4). Gavdent. serm. 19 p. 982^{A} aliquid illaturus, quod robustis in fide mentibus plenitudinem scientiae cumularet, scrupulum dubiis, perfidis fomentum blasphemiae ministraret. Sev. Minor. p. 739^{D} obscaeni sonitus ... blasphemiis. Athan. epist. ad Felic. (Migne 13) 14^{A} abscinde blasphemias. Hier. epist. 62, 2 libentius piam rusticitatem quam doctam blasphemiam eligam. 96, 8 Iudaeorum. 96, 14 Pharaonis. 98, 16 omnes haereticos magnitudine blasphemiae superat. *passim.* Anast. Hier. epist. 95, 3 quaedam capitula blasphemiae *Origenis* (*cf.* Hier. epist. 96, 6 *al.*). Rvfin. hist. 5, 28, 6 blasphemiae istius (αἱρέσεως ταύτης) inventorem. Prvd. psych. 715. Avg. civ. 22, 22 p. 604 sacrilegia, haereses, blasphemiae, periuria *eqs.* conf. 3, 11, 19 aversans atque detestans blasphemias erroris mei. 4, 16, 31 serm. 56, 12 *al.* 71, 22 prolixa ... et plurimis verbis contexta et producta blasphemia. 126, 9 incurristi, *Arriane*, in blasphemiam euangelii. gen. c. Manich. 2, 3 *opp.* congruentia fidei catholicae. epist. 36, 18 (*ex verbis Vrbici*) non laudes debitae deo, sed blasphemiae diabolo suffragante silvescunt. 236, 2 omnes blasphemias ... credunt, quibus Manichaeorum haeresis detestanda est. c. Faust. 7, 1. in psalm. 146, 2 (*opp.* laus dei. *item* c. mend. 5, 8). c. mend. 7, 17 ore in blasphemia fornicante. Oros. hist. 3, 8, 8 *al.* Gennad. dogm. 69. Vincent. Ler. 11, 16 haereseon blasphemias (Idac. 135). 29, 42 ut ... antiqui dogmatis religio confirmaretur et profanae novitatis blasphemia condemnaretur. Leo M. serm. 28, 5 post diversas impietates, quae sibi invicem sunt multiformium blasphemiarum cognatione conexae. Salv. gub. 4, 82 in maledictum atque blasphemiam nomen domini salvatoris inducunt. 7, 69 impuritatibus ... ac blasphemiis. Clavd. Mam. anim. p. 140, 12 impiorum blasphemia. Favst. Rei. grat. 1, 1 p. 6, 18 Pelagii. Alc. Avit. c. Eutych. 1 p. 19, 22 Iudaeis ... in dominum ... blasphemiarum tela vibrantibus. hom. 6 p. 112, 13 blasphemiarum stridore. Greg. M. epist. 11, 18 *al.* *in spiritum sanctum*: Tert. pudic. 13 p. 245, 17 crimen ... et in isto et in futuro aevo inremissibile ..., blasphemia scilicet. 19 p. 265, 24 graviora et exitiosa, quae veniam non capiant: homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia *eqs.* Hil. in Matth. 12, 18 blasphemia spiritus. 31, 5. 5, 15 in spiritum blasphemiam (12, 17). Filastr. 67, 5 blasphemiam divini et adorandi spiritus. 91, 3 Hier. epist. 42, 1 *al.* Avg. serm. 71, 9. 20 ipsa impoenitentia est spiritus blasphemia. Leo M. serm. 75, 4.

b *convicia in homines*: *nationum in Christianos*: Tert. idol. 14 *v. p. 2043, 68. ibid.* o blasphemiam martyrii adfinem, quae ... me testatur Christianum! cult. fem. 2, 11 grandis blasphemia est, ex qua dicatur: 'ex quo facta est Christiana, pauperius incedit'. Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 7 odium saeculare, cuius obtrectationibus laceramur, cuius blasphemiis deridemur. Avg. civ. 19, 23 p. 395 Prosp. in psalm. 113, 1 Ambrosiast. in Rom. 2, 24. *generaliter*: Herm. Pal. mand. 8, 3 abstine ... ab omni blasphemia (βλασφημίας. interpr. vulg.: a fama pessima). Comm. instr. 1, 31, 7 blasphemium (*sc. iudicum*) tollat Salomon, qui ⟨clamat⟩ aperte: vobis ... deus est venter. 2, 34, 8 merito surgunt blasphemia saepe de vobis (*clericis*). Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 2 *al.* (*saepe de calumniis adversarii Iudaeorum*). 1, 164 *Calciphontis anima Pythagorae praecepit*, ut ... ab omni blasphemia recederet (πάσης ἀπέχειν βλασφημίας). Greg. Tvr. glor. conf. 66 blasphemias in sanctum evomere coepit (*ibid. inf.* effudit). Franc. 4, 36 declamabat multa blasphemia ... de sancto dei. *latiore sensu*: Greg. Tvr. Franc. 8, 30 p. 345, 20 ne nos (*regem*) diutius hoc blasphemium (*seditio populi*) prosequatur. 8, 41 tu hoc blasphemium (*caedem episcopi*) super me (*reginam*) intulisti. 9, 40. 10, 9 *duces exercitus* per viam totam se blasfemiis, convitiis atque maledictionibus lacessunt.

***epitheta*:** blasphemia *dicitur*: abrupta (Phoebad. c. Arrian. 15), anathemanda (Avg. epist. 55, 6), aperta (Hier. epist. 41, 4. 97, 2 *al.* Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 63), atrox (Evstath. Bas. hex. 2, 2 p. 880^{D}), calumniosa (Novatian. trin. 15 p. 914^{A}), damnabilis (Avg. epist. 237, 2), diabolica (Fvlg. Rvsp. incarn. 5), evidens (Fvlg. Rvsp. epist. 17, 11, 22), execranda (Hil. ad Const. 1, 2), falsa (Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 72), gentilis (Cassian. conl. 10, 5, 3), grandis (*adde* Rvfin. Adamant. 1, 27), impia (Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 21 Hil. syn. 10 c. Aux. 7), incongrua (Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 79), incredibilis (*ibid.* 1, 279), inremissibilis (Hier. epist. 42, 1 Fvlg. Rvsp. c. Fab. frg. 15), intolerabilis, -anda (Hier. epist. 133, 5 Avg. epist. 236, 3 Vinc. Ler. 15, 2 p. 23), insidiosa (Cassian. Nest. 7, 6, 1), magna (*adde* Hier. epist. 95, 1 Avg. nat. bon. 12), mortifera (Fvlg. Rvsp. incarn. 5), nefanda (Fvlg. Rvsp. ad Monim. 3, 3), sacrilega (Evstath. Bas. hex. 2, 4), scelesta (Alc. Avit. c. Arr. 7 p. 4, 29). peius blasphemium: Praedest. 3, 3 p. 637^{D}).

***iuncturae*:** blasphemiam asserere (Fvlg. Rvsp. c. Fastid. 9), blasphemare (*v. p. 2046, 22*), componere (Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 79), dicere, evomere, fabulari (Avg. epist. 166, 7), facere, habere (Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 32), inchoare, inferre (*adde* Vvlg. II Macc. 8, 4 Pass. Petr. Paul. long. 57), ingerere (Tert. ieiun. 16 p. 296, 9 Ps. Cypr.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

singul. cler. 7. gerere in *aliquem*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 233), instaurare (HIER. epist. 96,14), intentare, loqui (VVLG. Luc. 5,21 apoc. 13,5 AVG. serm. 108,7 PASS. Crispin. 1), proferre (CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 2 OROS. apol. 8, 4), tollere. confutare (HIER. epist. 143, 2 FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 10), convincere (HIER. epist. 41, 4 ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 14, 15). blasphemia uti (AVG. civ. 19, 23 p. 395 IVLIAN. epit. novell. 71, 1). blasphemiae: verba (HIER. epist. 143, 2 FVLG. RVSP. c. Fastid. 21), nomen (HIER. epist. 121, 11), peccatum (HIER. epist. 42, 1), crimen (RVFIN. apol. 2, 27), offendiculum (OROS. hist. 7,6,11). *alia v. supra.* blasphemia: in *aliquem* (*v. supra*), adversus (AVG. civ. 19, 23 p. 345), contra (CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 32 IVLIAN. epit. novell. 71, 1), apud *deum* (PAVL. MED. vita Ambr. 31), de *aliqua re* (AVG. epist. 228, 8).

synonyma: audacia (MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 3), convicium, catholicae fidei detrimentum (CASSIAN. conl. 10, 1), iniquitas (RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 192^{D}), impietas (HIL. c. Aux. 11 *al.*), maledictio, -dictum, sacrilegium (AVG. c. Fel. 2,18 *cf.* FVLG. RVSP. incarn. 17 PHOEBAD. c. Arrian. 8). *opposita*: dogma veritatis (RVFIN. Orig. in Cant. 4 p. 192^{D}), fides (TERT. pudic. 13 p. 245, 19. 21 *al.*), laus, religio.

blasphēmiter *v.* blasphemus.

blasphēmium *v.* blasphemia *p. 2043, 18.*

blasphēmo, -āvī, -ātum, -āre [*a gr.* βλασφημεῖν *tractum; cf.* blasphemus. *Th.*]. *in scripturis sacris, hinc passim ap.* ECCL. *inde a* TERT. GLOSS. blasphemat: vituperat. [*val.* blăstema, *ital. vet.* biastimare, *francog.* blâmer, *hisp.* lastimar. *M.-L.*]

I *in libris sacris* (*ex* ITALA *quam dicimus allegavi, quidquid in schedis habui*): *c. acc.*: *deum, nomen dei, sim.*: VVLG. lev. 24,11 cum ... blasphemasset nomen *dei* et maledixisset ei (ἐπονομάσας ... τὸ ὄνομα κατηράσατο). 24, 16 qui blasphemaverit nomen domini (ὀνομάζων τὸ ὄνομα). num. 16, 30 scietis, quod blasphemaverint dominum (παρώξυναν). IV reg. 19, 6 dicit dominus: noli timere a facie sermonum ..., quibus blasphemaverunt pueri ... me (ἐβλασφήμησαν). 19, 22 cui exprobrasti et quem blasphemasti (τίνα ὠνείδισας καὶ τίνα ἐβλασφήμησας)? Tob. 13, 16. Is. 1, 4 sanctum Israel (παρωργίσατε). 5, 24 eloquium sancti Israel (παρώξυναν). 37, 4 deum (ὀνειδίζειν. *sic saepius*). 37, 6 *al. saepe.* I Macc. 7, 41 (ἐδυσφήμησαν). ITALA Rom. 2, 24 (Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 314, 5 *et* adv. Iud. 13 p. 738,10; Cypr. epist. 13, 3. *al. eccl.*) propter vos nomen dei blasphematur in gentibus (VVLG. per vos *et* inter gentes). apoc. 13, 6 *al.* *alia*: VVLG. Rom. 14,16 non ... blasphemetur bonum nostrum. I Tim. 6, 1 nomen domini et doctrina (AVG. quaest. hept. 2, 77). Tit. 2, 5 verbum dei. II Petr. 2, 2 per quos via veritatis blasphemabitur. ITALA epist. Iud. 8 (Priscill. tract. 1, 35 p. 29, 6) dominationes spernunt, dignitates blasfemant (VVLG. dominationem ... maiestatem). VVLG. epist. Iud. 10 quaecumque ... ignorant, blasphemant. *homines etc.* VVLG. II reg. 21, 21 *hostis* blasphemavit Israel (ὠνείδισε). I par. 20, 7. Rom. 3, 8 sicut blasphemamur (I Cor. 4,13 *al.*). Tit. 3, 2 neminem blasphemare. act. 19, 37 blasphemantes deam (*Dianam*). apoc. 2, 9 blasphemaris (*angelus ecclesiae*) ab his, qui se dicunt Iudaeos esse. *absolute*: VVLG. lev. 24, 23 eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra (τὸν καταρασάμενον). II reg. 12, 14 quoniam blasphemare fecisti inimicos domini (παροργίσας). Iob 15, 5 imitaris linguam blasphemantium. Soph. 2, 10 blasphemaverunt et magnificati sunt super populum domini (ὠνείδισαν). II Macc. 12, 14 maledictis lacessentes Iudam et blasphemantes ac loquentes, quae fas non est. Matth. 9, 3 *scribae de Iesu*: hic blasphemat (βλασφημεῖ. *hoc verbum ubique in N. T.*). 26, 65 *al. nota* Marc. 3, 28 blasphemiae, quibus blasphemaverint (αἱ βλ., ὅσα ἂν βλασφημήσωσιν). Luc. 22, 65 alia multa blasphemantes dicebant in eum. Ioh. 10, 36 *al.* I Tim. 1, 20 discant non blasphemare (*cf.* TERT. pudic. 13 emendarentur non blasphemare). II Petr. 2, 10 sectas introducere non metuunt blasphemantes (-μοῦντες). 2, 12. in *aliquem*: VVLG. Dan. 14, 8 blasphemavit in Bel (ἐβλασφήμησε εἰς). ITALA Matth. 12, 32 (Lucif. non parc. 26) qui ... blasphemaverit in spiritum sanctum (VVLG. dixerit contra; εἴπῃ κατά). VVLG. Marc. 3, 29 in spiritum sanctum (εἰς. Luc. 12, 10. *cf.* CYPR. test. 3, 28).

II *apud scriptores christianos*: 1 *c. acc.*: deum, nomen dei, *sim.*: nomen: TERT. spect. 27 idol. 14. cult. fem. 2,11 in nobis. adv. Iud. 13 p. 738, 9. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 10 numen dei per te ... blasphematur inter gentes (*cf. supra l. 40*). AVG. civ. 18, 51 p. 336 Christianum et catholicum nomen. epist. 43, 21 per horribilia schismata. LEO M. serm. 35,4 MAX. TAVR. hom. 1. Christum: TERT. scorp. 9 p. 165, 17 qui se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando negare. CYPR. unit. eccl. 21 *maiestatem Christi.* LVCIF. non parc. 32 dei filium. PRVD. apoth. 347. PAVL. NOL. epist. 31, 3 p. 270, 16 obprobrio. AVG. civ. 2, 24 p. 88. 19,23 p. 395 in euang. Ioh. 28, 11. dominum: HERM. Pal. vis. 2, 2, 2 (*gr.* εἰς τὸν κ.; *om.* interpr. vulg.). HIER. epist. 100, 11 interfectione corporis eius. deum: COMM. carm. apol. 816 HIL. in Matth. 12, 15 HIER. epist. 100, 13 AVG. civ. 1, 8 p. 13 (*ibid.* detestantur). 21, 24 p. 535 (*ibid.* contemnentibus). *al.* in psalm. 47, 10 qui male vivunt, non eum (*deum*) laudant; sed etsi praedicant lingua, blasphemant vita (*cf.* 146, 2). in euang. Ioh. 27, 11 OROS. hist. 6, 21, 6 CASSIAN. conl. 6, 2, 3 SALV. gub. 4, 80. ALC. AVIT. epist. 30 p. 60, 12 deum patrem in filii execratione. FVLG. RVSP. c. Arr. 6 p. 60 GREG. TVR. Andr. 24 PASS. coron. 6. LVCIF. Athan. 2, 5 divinitatem. *nota* HIER. epist. 106,46 (*ad psalm. 73, 23*) voces ne obliviscaris, quae te blasphemant tibique in populo tuo detrahunt. *homines dei, instituta divina*: FILASTR. 36, 3 martyres. PS. ORIGEN. tract. 5 p. 51, 13 templum dei. AMBR. hex. 2, 5, 20 bonum dei (*i. firmamentum*). PS. AMBR. laps. virg. 7, 30 viam domini. AMBROSIAST. in Rom. 14, 16 *doctrinam dominicam.* HIER. epist. 147, 2 si a te ... servi domini blasphementur. AVG. civ. 19, 23 p. 395 (*al.*) Christianos. PS. FVLG. RVSP. serm. 7 nos. AVG. epist. 43, 21 conscinditur unitas Christi, blasphematur hereditas Christi, exsufflatur baptisma Christi. AVG. retract. 2, 7, 1 (*de Manichaeo*) legem et prophetas. c. Faust. 22, 1 (legem: GREG. TVR. Franc. 5, 43). AVG. epist. 36, 4 apertissime ... ecclesiam (c. Emer. 8). in Rom. imperf. 21 opera divina. AVELL. p. 538, 28 dispensationem divinam. SVLP. SEV. epist. 1,4 sanctum domini. GREG. TVR. Franc. 5, 46 antestitem ... inpudicis ... sermonibus. *homines, deos gentilium*: RVFIN. apol. 1, 19 *v. p. 1870, 51.* AVG. civ. 7, 9 satius esset eis (*gentilibus*) alium aliquem Iovis nomine nuncupare ... supposito vano figmento, quod potius blasphemarent ..., quam istum deum dicere. PASS. Firm. 1 blasphemaret deos ... dicens eos daemonia esse. blasphemiam blasphemare (*cf. p. 2045, 58/9*): FILASTR. 91, 3 in spiritum sanctum. AVG. serm. 71, 14 qui blasphemavit quamcumque blasphemiam. FILASTR. 61, 4 diabolus ... plus ... per os tuum deprehenditur blasphemasse. AVG. epist. 79 talia de deo blasphemando. *aliquid* in *aliquem*: CASSIAN. inst. 12, 20 nisi aliquid blasphemasses in eum. EVCHER. instr. 1 p. 124, 6 quae blasphemant in apostolos. *sim.* FVLG. RVSP. c. Fastid. 10 quae in ... trinitatis contumeliam blasphemavit. *pro obiecto enuntiatum*: ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 15, 1 ne ... persistant blasphemare, quod audiatis. GREG. TVR. Franc. 5, 43 nos ..., quae creditis, non ... blasphemamus. *inf.*: PS. AVG. serm. 41, 1 *Elisaeum* esse arrepticium blasphemabant *pueri.* CASSIAN. Nest. 1, 2, 5 Christum natum esse blasphemans. SALV. gub. 8, 3 cum ... eum (*deum*) ... neglegentem resque humanas ... non ex iudicio gubernare blasphement. CONCIL. Vas. a. 529, 5 p. 57, 12 haereticorum astutiam, qui dei filium ... a tempore coepisse blasphemant. BREV. fid. p. 657^{C} dum soli patri hoc deputant, filium insipientem blasphemant.

2 *intransitive*: *absolute*: TERT. idol. 14 pudic. 13 p. 245, 26 monog. 1. CYPR. patient. 17 in adversis ... queritur et blasphemat iniustus. NOVATIAN. cib. Iud. 2 si spiritalem *legem* negant, utique blasphemant. COMM. instr. 1, 32, 3 MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 7. HIL. ad Const. 2, 9 secundum scripturas *se* praedicare ea, quibus blasphemat, *dicit haereticus.* c. Aux. 12 *Auxentius fidem* sic fefellit, ut blasphemaret. LVCIF. non conv. 4 *al.* FILASTR. 93, 2 multis blasphemant peius. ALTERC. Heracl. p. 140, 10 BREV. fid. p. 660^{A} *al.* PHOEBAD. c. Arrian. 12 CHROMAT. in Matth. 2, 2 HIER. epist. 42, 1. 121,7 duae haereses ... diverso ... errore, sed pari impietate blasphemant. 59,4. 92, 2 perspicue. c. Vigil. 5 tota libertate. *passim.* RVFIN. hist. 4, 11, 2 absque reverentia ulla. 4, 15, 20 (*ibid.* maledicere *et* convicia dicere). Adamant. 2, 10. PS. RVFIN. in psalm. 15, 7 increpando et blasphemando. PAVL. NOL. epist. 23, 45. AVG. civ. 17, 4 p. 210 maligna mente atque impia cogitatione (*i. non verbis*). serm. 4, 22 *al.* 19, 6 subsannat, irridet, blasphemat. in psalm. 93, 1 multi ... reprehendebant, detestabantur, blasphemabant. serm. ed. Mai 121, 3 murmurare, detrahere, blasphemare. op. imp. c. Iul. 4, 60 immaniter. c. mend. 19, 39 peius est blasphemare quam peierare, quoniam peierando falsae rei adhibetur testis deus, blasphemando autem de ipso falsa dicuntur deo. GENNAD. dogm. 1 *al.* VINCENT. LER. 12, 17 p. 18 aperta professione. 24, 33. EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 966^{A} sacrilege. AVELL. p. 17, 25 per *linguam.* FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 11, 3 duplici impietate. FVLG. RVSP. trin. 4 sacrilego corde. EVANG. Thom. 5, 1 doce eum orare (εὐλογεῖν) et non blasphemare (καταρᾶσθαι). PASS. Tarach. 5. 7 PASS. coron. 2. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 221 Timaeus in historiis de praedictis ... blasphemavit. COD. Iust. 3, 43, 1 pr. (*ex versione latina epitomen graecam, ut videtur, huius capituli referente*:) proprias substantias perdiderunt die noctuque ludendo *eqs.* consequenter ... ex hac inordinatione blasphemare conantur et instrumenta conficiunt. *partic.* blasphemans, *interdum substantive* (*i. fere q. haereticus*): VVLG. Iob 15, 5 *v. p. 2045, 53.* POTAM. tract. 2 p. 1415^{B} atroci feritate blasphemantium. HIL. trin. 2, 2 haereticorum et blasphemantium. AVXENT. Hil. c. Aux. 13 blasphemantibus et vocantibus me Arrianum. OPTAT. 2, 7 p. 43, 15 GAVDENT. serm. praef. p. 838^{A} serm. 8 p. 887^{A}. HIER. epist. 97, 1 effugiat haereticum blasphemantem. 112, 6 Porphyrio ... blasphemanti, qui Pauli arguit procacitatem. AVG. civ. 1, 3 p. 8 serm. 55, 5 OROS. hist. 7, 3, 3. 7, 37, 11 *al.* CASSIAN. conl. 8, 14, 2. SALV. gub. 4, 53 iactantes ... profanas in deum voces et contumelias blasphemantes. FVLG. RVSP. trin. 5 c. Fastid. 3.

in *aliquem, sim.* (*cf. supra l. 26*): in spiritum sanctum: NOVATIAN. trin. 29 p. 945^{C} HIER. epist. 42, 2 *al.* FAVST. REI. spir. 1, 1 p. 103, 6 VICT. VIT. 2, 87 *al.* (PACIAN. epist. 3, 15 p. 75 in spiritu sancto). CYPR. epist. 75, 22 in patrem et deum Christi et totius mundi conditorem impia voce blasphemat. in Christum: FAVSTIN. trin. 1, 11 p. 46^{A} PROSP. c. coll. 7, 3 *al.* in deum: HIER. epist. 39, 2. RVFIN. Adamant.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 1 blasphemate magis quam creditis in deum (*βλ. τὸν θεὸν ἤπερ δοξάζετε*). FILASTR. 91, 2 omnis haeresis . . . blasphemat aut in patrem aut in filium aut in spiritum. in episcopum: OROS. apol. 4, 1. in principes: PASS. Tarach. 9. adversum: spiritum sanctum: AVELL. p. 41, 18. deum: GEST. Pilat. 4, 2 (D^{bc}). super Caesarem: GEST. Pilat. 4, 2 (D^{b}). *c. dativo* (*cf.* '*maledicere*'): CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 59 qui nostro blasphemant generi (*βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος*), valde ipsi rationi (*λίαν ἀλόγως*) blasphemare monstrabo. 2, 5 alio (*opp.* ipse . . . arguitur). 2, 237 eis qui.

synonyma: conviciari, detrahere (*adde* AVG. epist. 77, 1), diffiteri (ZACCH. 2, 11 p. 1127^{C}), increpare, infamare (SALV. gub. 4, 80), maledicere (*sed et* benedicere, *cf. p. 1870, 51*). *opposita*: adorare (AVG. in epist. Ioh. 10, 8), confiteri (HIER. epist. 59, 4 AVG. serm. ed. Mai 37, 2), credere (PROSP. c. coll. 7, 3), laudare (AVG. serm. 56, 10 *al.* PROSP. in psalm. 116, 2), orare, praedicare.

blasphēmus, -a, -um, *βλάσφημος*. *superlat.*: *v. p. 2048, 6. 10.* blasphimus: NOT. Tir. 55, 53 *pleriq. codd.* blasphemius? *v. infra l. 38 cf. l. 33.*

I *non attributive*: **1** blasphemus *m. i. q. blasphemator*: VVLG. lev. 24, 14 educ blasphemum (*τὸν καταρασάμενον*). II Macc. 9, 28 homicida et blasphemus (*βλάσφημος*). I Tim. 1, 13 blasphemus fui et persecutor (AVG. serm. 71, 3). II Tim. 3, 2 erunt homines . . . elati, superbi, blasphemi. TERT. pudic. 9 idololatrae et blasphemi et negatores. adv. Marc. 1, 28 *deus* sulphuratiorem eis gehennam praeparabit, ut blasphemis suis scilicet. HERM. Pal. sim. 9, 19, 1 transfugae, blasphemi et proditores servorum dei. CYPR. patient. 8 illos adversarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos. sent. episc. 1 apud haereticos . . . deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus. HIL. in psalm. 68, 11 (*de Christo*) blasphemus, . . . Samaritanus. in Matth. 21, 3 'crucifige blasphemum'. c. Const. 12 assisto orientalium in Seleucia synodo, ubi reperi tantum blasphemorum, quantum Constantio placebat. ad Const. 1, 5 teterrima lues . . . execrandorum blasphemorum (blasphemiorum *aliq. codd.*) Arriana. c. Aux. 7 Auxentium blasphemum esse (*ibid.* hostem Christi). LVCIF. Athan. 2, 22 p. 189, 16 tibi carissimi, quia esse coeperunt, ut tu es apostata, blasphemi. non parc. 23 p. 260, 21 si . . . tibi fuerit dictum . . . a benignissimis . . . crudeli . . ., a deum clarificantibus blasphemo (-mio *cod.*), a cultoribus dei sacrilego *eqs.* (*ibid.* minister adversarii nostri). GAVDENT. praef. p. 835^{B} iniustos, idololatras, blasphemos. AMBROSIAST. in Rom. 12, 18 si . . . irreverens et blasphemus quis sit. 15, 3 HIER. adv. Ruf. 1, 24. epist. 112, 2 *David* percutiens in fronte blasphemum (*Goliath*). RVFIN. hist. 4, 8, 4. Orig. in gen. 3, 5 p. 180^{A} maledici et blasphemi. PRVD. apoth. 16. 772. AVG. serm. 167, 2 inter impios vivebat et inter immundos, superbos, blasphemos persecutionem patiebatur *Lot.* epist. 167, 3 idololatra . . . blasphemus . . . adulter . . . homicida. in psalm. 93, 7 murmurando adversus deum blasphemus es. contin. 5, 14 excusationem suam extendunt in accusationem dei . . ., suo . . . furore blasphemi. *nota* CASSIAN. inst. 12, 20 qui in deum blasphemus exsistit (CEREAL. 20 p. 768^{A} *cf.* p. 767^{A}). PS. PROSP. carm. de prov. 82. SALV. gub. 6, 67 blasphemi ac furiosi (*Romani*). 6, 18 etsi blasphemum quempiam audias, sacrilegio non pollueris. ACT. Petr. 2 tunc blasphemus eram, modo autem blasphemor. EVSTATH. Bas. hex. 9, 4 p. 961^{C} sacrilegis blasphemorum sermonibus. RVRIC. epist. 3 p. 374, 20 blasphemi aut . . . iniuriosi . . . in domino. FVLG. RVSP. c. Fastid. 1. 22 PASS. Claud. Ast. 3. **2** blasphemum *i. q. blasphematio*: NOVATIAN. trin. 15 p. 913^{C} quod cum invidiosum Iudaei putassent et blasphemum credidissent. BREV. fid. p. 660^{A} sine his virtutibus patrem umquam dici fuisse blasphemum est. HIER. epist. 74, 3 hoc prima fronte videtur esse blasphemum. 21, 40 (*ibid.* periculosum). 98, 16 hoc dicere impium est atque blasphemum. 133, 11. RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 180^{B} qui . . . turpia, iniuriosa, proterva, blasphema . . . proloquitur. AVG. serm. 30, 4 falsum est, haereticum est, blasphemum est. 180, 2 quam blasphemum. AVELL. p. 95, 14 multa contra dei gratiam . . . conscripta, multa blasphema. VAL. CEM. hom. 5, 7 nihil de ore blasphemum procedat (*ibid.* iniquum, iniuriosum, dolosum *al.*). SALV. gub. 7, 34 blasphema iactantes. ENNOD. dict. 6, 6 p. 442, 5 vana in Christum . . . et blasphema iactantes. FVLG. RVSP. c. Arrian. 8 scelus et valde esse blasphemum advertant. PASS. Marcelli 3 in Caesarem multa blasphema locutus.

II *attributive*: **1** *c. nominibus personarum*: VVLG. II Macc. 10, 4 barbaris ac blasphemis hominibus. 13, 11 blasphemis . . . nationibus. VITA Cypr. 7 gentiles blasphemi. LVCIF. non conv. 15 p. 33, 11 negatoribus vobis blasphemis. FILASTR. 91, 3 haereticos. HIER. epist. 21, 3 insanas et blasphemas feminas. 94, 1. 112, 19 hominis Iudaei atque blasphemi. PRVD. ditt. 157 impia blasphemi cecidit domus . . . Caiphae. perist. 1, 75 satelles. ham. 2 divisor . . . dei (*Marcion*). OROS. hist. 7, 39, 18 superbae lascivae et blasphemae civitatis (*Romae*). **2** *c. nominibus rerum*: IREN. praef. 1 blasphemam et impiam . . . sententiam *haereticorum*. 2, 7, 2 blasphemae imaginis. 4 pr. 3 regula. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 24 nefarius intellectus et blasphemus. HIL. op. hist. frg. 1, 5 confessio. trin. 7, 8 professionibus *Arrianorum*. LVCIF. Athan. 2, 30 p. 202, 18 praedicationem. RVFIN. hist. 5, 13, 9 voces. hist. mon. 19 p. 441^{A} verbis. Orig. in gen. 3, 6 assertiones. PHOEBAD. c. Arrian. 15 amens et blasphema confessio. AVG. c. Faust. 32, 20 sacrilegas nugas et blasphema figmenta. CASSIAN. conl. 8, 24, 1 calumniam. c. Nest. 2, 6, 4 vocem . . . blasphemam atque impiam. 5, 9, 3 rabido ac blasphemo spiritu furens. LEO M. serm. 61, 5 vocibus . . . stultis atque blasphemis. HYD. chron. II p. 16, 31 haeresem eius blasphemissimam . . . condemnant. FVLG. RVSP. epist. 17, 17 sacrilega infidelitate et blasphema praedicatione. trin. 4 spiritu (fid. 28 *bis*). NOVELL. Iust. 77, 1, 1 blasphema verba et sacramenta. GREG. M. epist. 11, 34 p. 303, 22 blasfemis nefandorum laudibus. TVRRIB. epist. 5 ex blasphemissimo illo libro (NOVELL. Iust. 42, 1, 2 libris blasphemis). SALV. gub. 4, 40 blasphemas furiosarum mentium manus. ALC. AVIT. carm. 102 *gigantes anguipedes* blasphemis caelo convicia mittere plantis. PASS. Tarach. 5 (*al.*) linguam.

synonyma: haereticus, impius (*adde* RVFIN. hist. mon. 19 p. 441^{A}), maledicus, nefarius, profanus, sacrilegus.

compositum: conblasphemus.

adv. **blasphēmē**. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 4 qui blaspheme (*βλασφήμως*) . . . conscripserunt. **blasphēmiter**. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 16 blasphemiter . . . dicere. 1, 46 blasphemiter intellegens meum dogma. *Hey.*

Blassia, -ānus *sim. v.* Blassius.

1. Blassius, -a *nom. gent.*; *cf.* Blastius? Blasius *l. 24.* CORP. IX 1016 (*litt. vetustis, in agro Compsino*) C. Blassius C. f. Gal. h. s. e. P. Blasius C. f. C. M. Q. N. Blasis vivis sibi et sueis fe(cit). X 4930 (*Venafri*) C. Blassi Ↄ. l. Philomusi. 8059, 79 (*signaculum*) C. Blass. Felicionis. VI 2375 b III 32 (*laterc. praetorian.*) M. Blassius Severus Con⟨. . .⟩. XI 6310 (*Pisauri*) Blassia Vera. V 540 (*Tergeste*) Blassiae L. f. Placidae (*cf.* 539 *l. 33*). 1128 (*Aquileiae*) Q. Blassio Agathopo (*ibid. rep.* 1370 Blassia L. f. Paulla. 1372). III 1650 (*cum add.* p. 1021) L. Blassius Nigellio specula(tor) leg. VII Cl. 3074 Q. Blassius Firmus. 4150, 2, 16 Blass. Sozomenus. 5498 Blassia Q. f. Brut⟨. . .⟩. *adi.* **Blassiānus,** -a, -um. TAB. aliment. Vel. 2, 85 fund(um) Blassianum. *cogn.* **Blassiānus,** -ī. CORP. V 539 (*Tergeste, cf.* 540 *supra l. 27*) Q. Baieno P. fil. Pup. Blassian. ⟨p⟩raef. coh. II Ast(urum) (*cf.* suppl. ital. 229). **Blassidia,** -ae *nom. gent.* CORP. IX 366 (*Canusii*) Blassidiae Diae.

2. Blassius *v.* Blattius.

blasta *v.* plasta (-es). **Blastarnī** *v.* Bastarnae.

Blastē *v.* Blastus.

Blastiānē, -ānus, -īnus, Blastio *v.* Blastus.

Blastius *nom. gent. in signaculo* CORP. XI 6712, 75 Gn. Blasti Trygeti. *cf.* Blassius *et* Blastus.

? **blasto** cubicularius GLOSS. IV 210, 26 (585, 6. V 171, 47). V 593, 5 blato cubicularius, hospitalarius. *cf.* VVLG. act. 12, 20 Blasto qui erat super cubiculum (*Nettleship, contributions p. 473*). *cf.* blatiarius.

blastos *βλαστός*. DIOSC. 1, 11 est tertia cassia, quae appellatur bla⟨s⟩tos (*τρίτη δέ ἐστιν ἡ καλουμένη βλαστὸς μοσυλῆτις*). *Ihm.*

Blastus, -ī, *Βλάστος, nom. serv. et cogn. lib.* **A** *in titulis*: *nom. singulare*: CORP. VI 3977 (*e columb.*, = 16798) Delidi Domitiai fecit Blastus coniugi. 8905 Blastus conservos (*Claudis aet.*). 9296 *cubicularius.* 13608 Blastus Blasti maioris f. Arescontis vicarius. 15347 Blasto Caesaris ser(vo) Neroniano. 34686^{a} Blasto filio . . . Blastus et Successa. *et passim Romae.* II 1149. VIII 5549. 5550. X 566. 2234. 3463. 4920 (*gladiator*). 5253. 8056. CORP. IV 2436 Pompei Blastus. VI 3340 (*e columb., Tiberii aet.*) Blastus Livinei Reguli vilicus. 4889 Blastus Aug. lib. tabularius. XIV 3324. II 4970, 88 (*in vasc.*) Blastus Munat(ii). X 8056, 66 Blasti Moun(atii). *cogn.* (*saepissime in familia Claudiorum*): CORP. VI 200 IV 25 (*a. 70*) C. Clodius Blast⟨u⟩s. 2184 L. Cornelius Blastus (31034, *a. 102, inter calatores pontificum*). 2719 (*miles praetorianus, traditur* Biassi). 9571 Ti. Claudius Blastus medicus (*aet. Claudii*). 17668 L. Faenio Blasto (*ter*). 21233 (= 21330) *et passim Romae.* XV 2403 (*saec. I*). IX 125. 2801 (?). 4547. 5880. X 504. 3943. 6178. 7076. 8062, 1. 8340^{a}. XI 357. 577 (*bis*). 578. 579. 1477 (*cf.* add. p. 1264). 1643. 6494^{a}. V 613. 1162. 1247. 1352. 3592. 8110, 252. XII 231 (?). 693. 841. 2784. 4240. XIII 10022, 276 (*signac.*) L. Verati Blasti. **B** *apud scriptores*: *Christianus haereticus, fortasse Graecus, contra quem Irenaeus scripsit*: HIER. vir. ill. 35 ad Blastum de schismate (RVFIN. hist. 5, 20). RVFIN. hist. 5, 15 in urbe Roma Florinus . . . de ecclesia conlapsus una cum Blasto socio. PS. TERT. haer. 8 Blastus . . . qui latenter Iudaismum vult introducere. *cf. Jülicher, PW. III 559.* *praefectus regii cubiculi Herodis Agrippae*: VVLG. act. 12, 20 (*cf. supra l. 43 sq.*). *fem.* **Blastē,** *gen.* Blastēnis, *dat.* Blastē *et* Blastēni, *abl.* Blastē. CORP. VI 11682 Annae Blasteni . . . coniugi. 16563. 26865 Blaste coniugi. 33167 Teltidiae Blasteni. 33762. 34687. 34723 Caesiae Blasteni. 34890. 34912. XIV 695 Blasteni . . . coniugi. 1731 Blastenis coniugis. 2692 fecit cum Valeria Blaste . . . ex indulgentia Q. Pompei Falconis (*i. amicus, ut videtur, ad quem Plinius epist. 1, 23. 4, 27 dedit*). 2758 Vitelliae . . . Blaste. IX 5490 Plotiae Blaste. XI 2297 ⟨B⟩laste⟨ni?⟩. INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 1383. **Blastiānus,** -ī *cogn.* CORP. XIV 102 (*Ostiae, M. Aurelii aet.*) patrono Blastiano. 251 II 22 (*sub multis plebei nominibus, aet. Augusti*) L. Caltilius Blastianus. **Blastianē,** -ētis *cogn. mul.* CORP. VI 21233 (= 21330) C. Licinius Blastus fecit sibi . . . et Liciniae Blastianeti. **Blastīnus,** -ī *cogn.* CORP. II 4018

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

L Antonius L. F. Blastinus. MARTYROL. Hier. 15 Kal. Iul. (Wiss.).

Blastio, -ōnis *cogn.* CORP. VI 13602 d. m. Blastione (*sic*) ... Blastus pater filio ... fecit. *dubia*: CORP. III 11629 ⟨Bl⟩astionis. 13103 ⟨Blas⟩tionis. *cf.* Blastius. *Gudeman.*

blat *v.* blax. **blatea** *v.* blatta.

blateio *v.* blatteio.

blaterātio βλατταρισμός GLOSS. II 540, 6. *a* blaterare. *v.* blattiatio.

blaterātor (-ōris) *m. a* blaterare. VITA Caes. Arel. 1, 20 vere factus est Christus blaterator et garrulus sordidus. *v.* blatero, blato.

blaterātus, -ūs *m. a* blaterare. MART. CAP. 9, 999 indocta rabidum quem (*sc. Martianum*) videre saecula iurgis caninos blateratus pendere. SIDON. epist. 9, 11, 10 super cuius abundante blateratu.

1. blatero (blatt-), (-āvī), -ātum, -āre [*vox onomatopoetica; cf. c.* blatire. *Th.*]. *scriptura* -tt-, *quae versibus* AFRAN. HOR. PRVD. EVG. TOL. *aptari non potest, saepe in codd. legitur*: PAVL. FEST. p. 34 (*bis*) SVET. frg. p. 249 ANTH. 730, 3 (*in P*). 762, 56 FVLG. serm. ant. 12 (*bis*) GLOSS. IV 26, 1. V 9, 5. 50, 28. 171, 51 *et* 53. 562, 61. EVG. TOL. carm. 41, 3 (*cod. Legion.*). *apta est versui* ANTH. 762, 56, *ubi codd. vero formam* bratt- *exhibent.* [*it.* battolare. *M.-L.*] *vox videtur esse sermonis vulgaris*: **a** *de hominibus*: PAVL. FEST. p. 34 blatterare est stulte et praecupide loqui, quod a Graeco βλάξ originem ducit. sed et camelos, cum voces edunt, blatterare dicimus. NON. p. 44 blatis et blateras, confingis aut incondite et inaniter loqueris, ut a balatu (GLOSS. V 443, 25. 562, 64. 649, 28). p. 78 blaterare, confingere per mendacia (*affert* AFRAN. *v. infra l. 45*). GLOSS. II 30, 45 blaterat ματαιολογεῖ. IV 26, 1 blatterat stulte loquitur. V 443, 22 stulte obloquitur (562, 63). 171, 52 stulte eloquitur. 9, 5 (= 50, 28 praef. p. XVI 7) blatterare corrupte et perperam rem loqui, ut non magis fari siccus (secus *trad., corr. H*) quam ebrius delirare (delerare *R*) credatur. 443, 23 corrupte et perpera⟨m⟩ loquere sicut ebrius cum delerat (562, 62). 562, 61 blatterare (blatietrad.) stupide et sine causa loqui. 638, 43 blaterare psallere (*i.* ψελλίζειν?) vane (-ni *trad.*) loqui. IV 210, 53 blapere stopite (*i.* stupide) et sine causa loqui (V 492, 68 blappere). 593, 26 *ubi* blaterari (601, 31. V 271, 56). *sine obi.*: AFRAN. com. 13 (Non. p. 78) quid prodest istuc te blaterare atque obloqui? HOR. sat. 2, 7, 35 cum magno blateras clamore (PORPH. *ad l.* latras vel furiose clamas. SCHOL. *ad l.* latras, vociferas, clamas sine ratione. ... blaterare proprie est inepte clamare. *cf.* EVTYCH. gramm. V 481, 10). APVL. met. 10, 9 verberonem blaterantem atque inconcinne causificantem. FVLG. serm. ant. 12 Pacuvius in Seudone comedia inducit Sceparnum servum ancillae dicentem: 'ni ego te blatterantem aspicerem, his mintium (?) iudicassem'. blatterare enim quasi verba trepidantia metu balbutire dixerunt. *add obi.*: AFRAN. com. 195 (Non. p. 78) illud memento, ne quid imprudentius (? *Ribb.*, imprimis *trad.*) blateres. GELL. 1, 15, 17 de hominibus ... stulta et inmodica blaterantibus [4, 1, 4 *v. sub* blatio]. APVL. flor. 9 p. 29 incondita et vitiosa verba temere quasi delirantibus oborientia ... blaterare. apol. 3 quae ... possunt ab his futiliter blaterata ob mercedem et auctoramento inpudentiae depensa haberi. 34 quod ... etiam honesta dictu sordide blateret. met. 24 his et his similibus blateratis. 8, 26 haec et huius modi mutuo blaterantes. TER. MAVR. 110 singula quam possideant in ore sedem ..., ut quivero versu blaterabo sotadeo. SYMM. epist. 2, 35, 2 quousque ... dandae ac reddendae salutationis verba blaterabimus ...? PRVD. perist. 10, 913 cum verbis carens (*sc. cui lingua desecta erat*) nil in deorum blatteraret (oblatraret *pars codd.*) dedecus. MART. CAP. 4, 424 me (*sc. Dialecticam*) ... somnificam vel temulentam ioca passim blaterantem Iovialibus sub orsis. **b** *de bestiis*: PAVL. FEST. p. 34 *de camelis v. supra l. 23* (EVG. TOL. carm. 41, 3 quod bos mugitu fingit blateratque [*cf. l. 16*] camelus. GLOSS. V 171, 53 blatterat camellus sicut equus ⟨h⟩innit, rudit asinus). SVET. frg. p. 249 arietum blatterare (ANTH. 762, 56 blatterat [*cf. l. 20*] hinc aries). SIDON. epist. 2, 2, 14 ranas crepusculo incumbente blaterantes (GLOSS. V 171, 51 blattera⟨t⟩ sonus rane. *nota*: EVCHER. form. 4 p. 29, 11 ranae heretici, qui in caeno vilissimorum sensuum conmorantes vana garrulitate blaterare non desinant).

derivata: blateratio, blaterator, blateratus, blatero (*subst.*). *composita*: adblaterare, deblaterare.

2. blatero, -ōnis *m. cf. c.* blaterare. GELL. 1, 15, 19 nostri hoc genus homines in verba proiectos locutuleios et blaterones et linguaces dixerunt. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 2 balatrones a balatu intortae vocis dicuntur, qui idem et blatterones (-t- *γ*, latrones *f*, balatrones *c*) dicti. sunt autem proprie vaniloqui. 2, 7, 35 blateras ..., unde et blaterones. *cf.* blato, blaterator.

Blatia *v.* Blattius.

? **blatiārius** (*ita a*, blac- *Ampl.*) primicularius (privic- *a b*), byrdistrae sax(onice) GLOSS. II 570, 14; *ubi* primus cubicularius *vel* primicubicularius *Loewe, gloss. nom. p. 24.* *Münscher.*

Blatica *cogn. mul.* CORP. VIII 20102 (*in Numidia*) d. m. s. Iulia Blatica. *Ihm.*

blatio (blatt-), (-īre) [*vox onomatopoetica; cf. c.* blaterare. *Th.*]. NON. p. 44 *v.* blatero *supra l. 24.* GLOSS. II 472, 30 φλυαρῶ arguto garrio blat⟨i⟩o effutio. III 440, 35 blatto φλυαρῶ (478, 39 *alia m.* blatero). IV 210, 52 blattet perstopite loquitur (V 492, 67 blactet. 8, 6 = 50, 29 blattit praecipue loquitur). *i. q. blatero, q. v.*: *de hominibus*: PLAVT. Amph. 626 ita nugas blatis (Curc. 452 blattis *codd.*). Epid. 334 aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis, quod .... GELL. 4, 1, 4 cumque nimis odiose blatiret (*Hosius*, plateret, plac- *codd.*, blateraret *Bentl.*), intercessit placide Favorinus. TERT. pall. 2 p. 919 Oehl. ut Silenus penes aures Midae blatit (-tt- *pars codd.*).

Blatius *v.* Blattius.

1. blato *m.* [*cf. c.* blatio blatero. *Th.*]. GLOSS. II 30, 35 blaesus et blato τραυλός. 30, 47 blato ματαιολόγος. IV 242, 51 (= V 459, 23. 503, 7) *pro* hato mendax *coni. Sonny, Archiv 12 (1902) 126* blato. *v.* blatero, blaterator. *Münscher.*

2. blato *v.* blasto.

Blatobulgium *opp. Britanniae; cf. Hübner, PW. III 559.* ITIN. Anton. Aug. p. 467, 1 a Blatobulgio (-burgio *var.*) castra exploratorum. *Ihm.*

1. blatta, -ae *f.* [*orig. inc., fortasse cf. c. lett.* blakts '*cimex, blatta*'. *Th.*]. platta: GLOSS. III 320, 53. blata: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 36. [*it.* piattola, *hisp.* ladilla, *sic.* bratta. *M.-L.*] GLOSS. II *et* III *passim* σίλφη. II 431, 38 σίλφιον blatta (III 440, 34. 478, 45). 478, 58 χρυσαλλίς blatta. V 171, 50 blatte genera animalium. 492, 65 blattas (-st-) tineas. 347, 46 blatis (blattis *al.*) bitulum (*anglosax.* 403, 26 blattis). *huc referas* GLOSS. V 271, 35 bilatis genus animalis pusilli[s]. ISID. orig. 12, 8, 7 blattae a colore nuncupatae, siquidem et comprehensae manum tingunt, unde et blatteum colorem dicunt (GLOSS. V 562, 60). hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium musca. nam musca lucipeta et blatta lucifuga est. per noctem enim tantum ambulat. LABER. mim. 94 (Non. p. 543) amore cecidi tamquam blatta in peluim. VERG. georg. 4, 243 lucifugis congesta cubilia blattis (COLVM. 9, 7, 6 PLIN. nat. 29, 28. ARNOB. nat. 6, 16 sub istorum simulacrorum cavis steliones sorices mures blattasque lucifugas nidamenta ponere atque habitare. AVG. c. Faust. 19, 24 p 524, 29. ISID. *v. supra l. 25*). HOR. sat. 2, 3, 119 stragula vestis, blattarum ac tinearum epulae (SCHOL. *ad l.* genus vermiculi vestem rodens). PLIN. nat. 1, 29, 14 *sqq. remedia ex* scarabaeo, blatta. 1, 30, 8 *sqq.* 11, 99 tenebrarum alumna blattis vita lucemque fugiunt, in balineis maxime umido vapore prognatae. 20, 171 manipulo *cunilaginis* ... abiecto omnes e tota domo blattas convenire ad eam. 25, 108. 29, 139 est quaedam pinguitudo blattae, si caput avellatur *eqs.* 30, 131 iis, quae vulvā strangulantur, et blattas inlinunt. MART. 6, 60, 7 quam multi tineas pascunt blattasque diserti. 13, 1, 2 ne ... inopem metuat sordida blatta famem, perdite Niliacas, Musae, mea damna, papyros. 14, 37, 2 selectos nisi das mihi libellos, admittam tineas trucesque blattas. ARNOB. nat. 2, 52. PALLAD. 1, 37, 4 fugemus ... animalia, quae sunt apibus inimica, lacertos et blattas et his similia. LACT. ira 13, 11. CHIRON 376 in auricula eius scarabeum vel blattam mittito. MARCELL. med. 9, 125 gliri seu blattae pellis detrahitur et intestina eius decoquuntur. 34, 40 blattae, id est bestiolae ... tritae atque inpositae omnia quae inhaeserint corpori potenter expellunt. POL. SILV. nom. insectorum chron. I p. 543, 36. EVG. TOL. carm. 101, 21 musca nunc saevit piceaque blatta. NOT. Tir. 109, 48 blatta (*V*, blactat *cet.*) *post* scarabeos, *ante* pulix. *cum* blatta '*purpura*' *confundunt atque ex blattis purpuram confici putant*: ISID. *supra l. 25 et* GLOSS. *supra l. 77.* SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 15 rutilasque ferte blattas recoquente quas aeno Meliboea fucat unda, opulentet ut meraco bibulum colore vellus. carm 11, 84 collata rubori pallida blatta latet. ALC. AVIT. carm. 3, 223 Serica bis coctis mutabat *aives* tegmina blattis. 4, 386 pallia blattarum ... diffibulat.

derivatum: blattarius (-ia).

2. blatta (-ttea, -ttia, -tteia), -ae *f.* [*gr.* βλάττη, *orig. inc. Th.*]. *formae*: -t-: CHIRON 479. 655. 656 GLOSS. II 570, 12. IV 487, 30. V 171, 48. 49. 271, 55. 442, 60. 541, 12. 616, 20. 21. -(t)tea: PAVL. FEST. p. 34 AVG. serm. ed. Mai 69, 1 GLOSS. V 616, 21. -(t)tia: GLOSS. II 30, 49. -(t)teia: GLOSS. II 30, 40 CHIRON 479. 655. 656. 684. **1** *gutta sanguinis*: GLOSS. II 30, 49 blattia θρόμβος αἵματος. 30, 40 blattela (*i.* blatteia) θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλιῶν. *fort. huc refer.* PAVL. FEST. p. 34 balatrones et blateas bullas (ballas *codd.*) luti ex itineribus aut quod de calciamentorum soleis eraditur, appellabant. CHIRON 479 si blateias mixerit, scito eum posse curari. 655 epifora sanguinis ungulae fervore nimio alienentur et blateias (-gas *trad.*) subtus faciunt. 656 ambulare videtur beneficio excalefaction⟨is⟩ et blateiarum (-rarum *trad.*) sanguinis. 684 omnem blatteiam sanguinis repurgato diligenter. **2** *purpura*: GLOSS. IV 211, 1 blatta genus purpure (585, 11 purpure). IV 24, 37 blatta purpura (V 171, 48. 442, 60). 487, 30 blata genus purpurae vel vermis (593, 25 601, 32. V 271, 55. 541, 12). V 171, 49 blata purpora [infrangat]. 616, 20/21 blata est purpura, hinc blatea dicitur camisia linea. II 570, 12 blata pigmentum haviblauum (? hawi *anglosax.*, flavum *pro* blavum *Öhler*). *confunditur cum* brattea *in* GLOSS. IV 594, 15 brattea tenuis auri lamina sive purpura sirici (*i.* serici) bis tinctum (602, 6 bractea auri lamina sive purpura). EDICT. imp. Diocl. 24, 2 βλάττης (πορφ ... *P*) λί(τρα) α X̄ M̄ (*sub rubr.* περὶ πορφύρας). LAMPR.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Heliog. 33, 3 funes blatta et serico et cocco intortos. Cod. Iust. 4, 40, 1 (*a. 410 vel 413*) fucandae atque distrahendae purpurae vel in serico vel in lana, quae blatta vel oxyblatta atque hyacinthina dicitur. Cod. Theod. 10, 20, 18 (*a. 436*) trecentas paene libras blattae sericae clandestina fucatione ... coloratas. Avg. serm. ed. Mai 69, 1 non eum (*martyrem*) blattea fluxa conspicuum ..., sed cruor pretiosus purpureum fecerat. Avell. p. 750, 18 purpurae quam blattam vocitant. Cassiod. var. 1, 2, 6 cum blatta, quam nostro cubiculo dare annis singulis consuesti, venire festina. 12, 4, 4 ut blattam aut ipsius (*meri*) putes fontibus tingi aut liquores eius a purpura credantur expressi. Ven. Fort. Mart. 2, 89 inlita blatta toris. *purpuram blattam ex blattis bestiolis poetae recentiores confici putant, cf.* 1. blatta *p. 2050, 54 et* Gloss. *p. 2050, 77.*

composita: blattifer, blattosemus. (h)elioblattus. hypoblatta (-e), μεταξαβλάττη, oxyblatta, sericoblatta. *derivata*: blatteio, blatteus, blattileus, blattinium, blattinus. *Münscher.*

Blatta, -ae *cogn. mul.; cf.* Blattus, Blattius. Corp. VIII 9116 Caeciliae Blattae coniugi. Inscr. christ. Rossi II p. 442, 153 (Carm. epigr. 1395) *subscr.* Blatta ill. f(emina) piissima (*a. 688*). *Ihm.*

blattāria *v.* blattarius.

blattārius, -a, -um *a* 1. blatta. *ad blattam pertinens*: Sen. epist. 86, 8 nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. *pro subst.* **blattāria,** -ae *f. nomen herbae*: Plin. nat. 25, 108 similis verbasco herba ..., foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. haec abiecta blattas in se contrahit ideoque Romae blattaria vocatur. 1, 25, 60. Marcell. med. 17, 12 rutae atque herbae blattariae sucus.

blattea, blatteia *v.* 2. blatta.

blat(t)eio, -āre *a* blatteia (*cf.* 2. blatta *p. 2050, 62*). *i. fere q. coagulare, coire*: Chiron 734 cui si non celeriter sanguis de coronis laxatur, inter ungulam et malum blatteiat alienatus sanguis. 739 ita non iam (omnia *trad.*) blateiat sanguis ex omnibus venis in pedibus.

[**blattela**] *v.* 2. blatta *p. 2050, 62.*

blattero *v.* blatero *p. 2049, 15.*

Plin. nat. 5, 14 quibus (*frondibus*) addita arte posse quales e bombyce vestes confici. 11, 77 bombycas et in Coo insula nasci tradunt. 11, 75 genus ... bombycum in Assyria proveniens. 11, 76 (*v. sub* bombylis). Mart. 8, 33, 16 tam leve nec bombyx pendulus urget opus. Tert. adv. Marc. 1, 14 bombycis stamina (*cf.* pall. 3). Hier. epist. 107, 10 spernat bombycum telas, Serum vellera. *translate*: Gloss. IV 595, 6 bumbix rarum vestimentum. Prop. 2, 3, 15 si qua Arabio lucet bombyce puella. Plin. nat. 11, 78 Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus (1, 11, 25 de bombyce Assyria. 1, 11, 27 de bombyce Coa). Prvd. perist. 10, 512 illusa vestis, gemma, bombyx, purpura. Sidon. epist. 2, 2, 2 in carbaso sudat unus, alter in bombyce. *cf.* bombycinus. *nota*: Plin. nat. 19, 14 parvus est *gossypii frutex* similemque barbatae nucis fructum defert, cuius ex interiore bombyce lanugo netur.

? **Bombyxs** *cogn. vir.* Corp. XI 5306 (*Hispelli, periit*) Cervonius Bombyxs.

Bomilcar, -ris (Βομίλκας, Βοδμίλκας) *nom. vir. punicum.* Bodmilkar *l. 48. diversi apud scriptores* (*cf. Niese, PW. III 679 sqq.*): Sall. Iug. 35. 49 *et saepius.* Liv. 21, 27, 2 Hannonem Bomilcaris filium. 23, 41, 10. 12. 23, 49, 5. 24, 36, 3. 7. 25, 25, 11. 25, 27, 2. 5. 7. 9. 11. 12 Flor. epit. 2, 6, 19 (Iord. Rom. 190) Ivst. 22, 7 (*saepius*). *in titulo*: Corp. VIII 9618 (*periit*) Hippocratis medici Bodmilkaris f.

Bomildus *nom. vir. punicum.* Corp. VIII 17289 Severino ... infanti ... Bomildu⟨s pater⟩ fecit se⟨pulcrum⟩. *cf.* 17273.

bōmiscus, -ī *m.*, βωμίσκος. Boeth. arithm. 2, 25 p. 114, 16 bomiscos ... id est quasdam arulas.

Bomitae *opp. Syriae* Plin. nat. 5, 80.

Bomium *opp. Britanniae merid.* (*Hübner, PW. III 681*). Itin. Anton. Aug. p. 484, 3 Bomio.

Bomius (Bomm-) *nom. vir. barb. in tegulis Pannoniae sup.* Corp. III 11347 *b. e* leg. I Ad. Bomi Cresc., *a* leg. I Adi. Bommi, *c* ⟨l⟩eg. I Ad. ⟨B⟩ommi f., *d. f* leg. I Adiutr. Bommi f.

bōmonīcae (-ārum), βωμονῖκαι. Serv. Aen. 2, 116 ubi (*apud Laconas*) sacrificii consuetudo adulescentum verberibus servatur, qui vocabantur bomonicae, quia aris superpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere (*inde* Hyg. fab. 261 p. 145, 5). *cf. Reisch, PW. III 681. Ihm.*

Bona *v.* Bonus. **bonacus** *v.* bonasus.

Bona Dea, Bonae Deae. Bonna: *v. p. 2071, 16.* Bona dia *in* Inscr.: *v. infra* (*cf.* Bona diva). Bona daea: *v. p. 2071, 43. genet.* Bonai deai: *v. p. 2071, 9.* Βοναδίης: *v. p. 2071, 25. dat.* Bona diae: *v. p. 2071, 36.* Plvt. aet. Rom. 20, 268^d τῇ γυναικείᾳ θεῷ, ἣν Ἀγαθὴν καλοῦσιν (Cic. 19 Caes. 9). Macr sat. 1, 12, 27 ἡ θεὸς γυναικεία. *inversio* dea Bona? *v. p. 2071, 16. Dessau, Inscr. sel. 3491 sqq.; Wissowa, Kultus p. 177 sqq. et PW. III 686; Vaglieri, Diz. epigr. I 1012; Peter, Roscher I 789.*

sine epithetis: *in litteris*: Cic. dom. 105 cum sacrificium Bonae deae fieret (Schol. Cic. Bob. p. 329). *cf.* 110 at quae dea est? Bonam esse oportet, quoniam quidem est abs te dedicata. har. resp. 37 quam (*deam*) iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. 8 pulvinaribus Bonae deae (Pis. 95). parad. 32 in opertum Bonae deae. Att. 2, 4, 2 iste sacerdos Bonae deae (*Clodius*). epist. 1, 9, 15. Mil. 86 ante ipsum sacrarium Bonae deae ..., ante ipsam ... Bonam deam (*cf.* Ascon. Mil. p. 32 Bonae deae sacellum). Ov. ars 244 Bonae ... in aede deae (Spart. Hadr. 19, 11 Lact. inst. 3, 20, 4). Pavl. Fest. p. 68, 8 *v.* damium. Ivv. 2, 86 Bonam ... placant abdomine porcae ... deam. 6, 314 Bonae secreta deae. Arnob.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 1, 36 Fenta Fatua ..., Bona dea quae dicitur (5, 18 Bona quae dicitur dea). LACT. inst. 1, 22, 11 (*ex Varrone*). epit. 17, 1. SERV. Aen. 8, 314 *Fauni filiam*, quod nomine dici prohibitum fuerat, Bonam deam appellatam. MACR. sat. 1, 12, 21 (*ex Cornelio Labeone*) Maiae ... aedem ... dedicatam sub nomine Bonae deae. *ibid.* eandem esse Bonam deam et Terram. *ibid.* eandem Bonam deam Faunamque et Opem et Fatuam *eqs.* 1, 12, 22 Bonam *dici*, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est. *in titulis*: CORP. VI 53 Bonae deae sacrum. 54a *et* b Bonai deai sacrum. 55 Bonae Deae donum dedit. 56—60. 63. 65. 2236 Aelia Nice sacerdos Bone deae (2237). 2238 mag(istra) Bonae d⟨... (IX 805? XI 3866. V 757). 2239 collegi. 4003 (= 2240) sacerd(os) à Bona dea. 30688 (= 59). 30853. XIV 2251 iussu Bonae deae sacr. 4001 fanum Bona⟨...⟩eae. 4057 (*descr.*) ob magis⟨t⟩erium B. ⟨d.⟩ (v. *trad.*). IX 684 aram Bonae deae. 3138 templum. 5421. INSCR. Ephem. epigr. VIII 159 (ad Corp. IX) Bonae diae. 106 (ad Corp. IX) Clarus ... deae Bonna (-na *in ligatura*) cum suis d. d. INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 430 Octavia Lupilla ⟨B⟩onae deae ⟨a⟩ediculam ... d. d. CORP. X 1548. 1549 Bonae diae. 4615. 5998 Bonáe deáe sacr. INSCR. Ephem. epigr. VIII 624 (ad Corp. X) Bone deae. CORP. XI 1735 Bonae ⟨deae?⟩. 3303, 15 mulsum ... mulieribus vícanís ad Bonam deam ... dedimus. 4634. 4635 ministra bone die proma (*cf.* XII 654). 4636. 4767 ⟨lu⟩cus Bone dee. 6304. 6305. 8242 Parcabus et Bonae deae. XII 654. 5830. 703? III 10394 (*Pannon.*) Bonae deae et Panthaeo Diane Silvanabus. VIII 4509. INSCR. Sic. et Ital. 1449 (*Romae*) ἱερεὺς ... Βοναδίης. *notatur per* B. d., *ut* CORP. VI 61 B. d. d(onum) d(edit). 64. 30852. XI 1413. V 757. 847. 759 auribus b. d. VI 62 Bonae d. d. d.

cum epithetis: *de virtutibus et beneficiis*: CORP. VI 67 Bon(ae) deae Restitut(ae) (66 B. d. R.). 71 Conpoti. 74 Nutrici. 75 Oclatae. CORP. VI 68 Bonae deae Agresti (*ibid.* dominae). V 761 Augustae Bonae deae Cereriae sacrum. 762 (*descr.*) Bonae deae Paganae (pagaiae *al.*). *de locis* (*cf. Mommsen, Corp. VI p. 30855*): CORP. VI 69 Bonae deae Anneanensi (*i. domus Anneorum*) sanctissim(ae). 70 Bonae diae castr(i?) Font(anorum?). 825 Quieianae b. (?) d. (*'fort. intell.* B(onae) d(eae) Quietanae, *ut cogn. trahatur a domo Quieti cuiusdam' editor*). 30854 Bona diae Castre(n)si. 30855 Bonae deae Galbillae ... vílicus horreorum Galbianorum. XIV 3437 (*descr.*) mag(istra) Bonae deae Sevinae. INSCR. Ephem. epigr. VIII 183 (ad Corp. IX) Bonae deae Arcensi triumphal(i). V 760 Augustae B⟨onae deae?⟩ Castrensi. Bona Dea Serpenas? *cf. adnot. ad* CORP. XI 3867—9. *epitheta generalia*: CORP. X 5383 Bonae deae sanctae sacr. XI 2996 Bon(ae) deae Aug(ustae). V 756 Bonae deae Aug. sacrum. *cf.* 760. 761. VIII 10765 Bone daee Aug. 11795 Bone deae August(ae) sacr. *cf. l. 30.*

cum nominibus aliarum dearum: CORP. VI 72 Bonae deae Hygiae. 73 Luciferae. 76 Veneri Cnidiae. XIV 3530 (*a. 88 p. Chr.*) sanctissimae Caelesti. X 4849 (*descr.*) collegium cultorum Bonae deae Caelestis. XI 3243 Bonae deae Regi⟨nae⟩ triumphalí (*i. Isidi? v. adnot. ed.*). III 10400 (*Pannon.*) Fortun(ae) Conservatrici et Bonae deae Iunoni. *Hey.*

? **Bonades⟨potus⟩** *cogn. vir. supplet Rossius* CORP. XI 3904 (*Capenae*). *Ihm.*

Bona dīva *v. sub* divus.

Bona mānsio (Bonamansio) *opp. Thraciae; Oberhummer, PW. III 697. cf.* CORP. III p. 2085. ITIN. Burdig. p. 567, 11 mansio Bona Mansio. COD. Theod. 7, 4, 12 (= COD. Iust. 12, 37, 3) *a. 364* dat. VI kal. Ian. Bonamansione. 14, 2, 1 *a. 364* dat. kal. Iun. Bonamansione, p(ro)p(osita) in Foro Traiani. *cf.* ACTA Alex. (*ex graeco*) Bolland. Mai III p. 197 castrum quoddam, Bonamasium nomine. *Hey.*

? **Bonamunacia** *nom. mul. corrupt.* CORP. VIII 4926. *latetne* Bonavia? *Ihm.*

bonanimis, -is, *is, qui boni animi est* (*v.* bonus *IV 8*): GLOSS. II 566, 41 animosus, bonanimis, iucundus (iracundus *van der Vliet*).

bonasus, -ī *m.*, βόνασος, *ferae genus.* PLIN. nat. 8, 40 tradunt in Paeonia feram, quae bonasus vocetur, equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, ut non sint utilia pugnae *eqs.* (*cf.* 1, 8, 16 de ... bonaso). SOL. 40, 10 animal, quod bonacum (*sic LGM*; bonnacum *vel* bonnacon *ceteri*) dicunt. *Sinko.*

Bonāta *cogn. mul.* CORP. III 3314 (*Pann. inf.*) Sep(timiae) Bonatae. VIII 8742 Tul. Bonata. *cf.* III 10493ᵉ. *masc. ut videtur* CORP. graec. 3461 (*Sardibus*) Λεύκιον Ἰούλιον Βοννᾶτον (*cf.* 4584, *lectio inc.*). *Ihm.*

bonātus, -a, -um, *fere i. q.* εὐήθης. PETRON. 74 at ego dum bonatus ago et nolo videri levis. *v. Eos Leopolitana 9 (1903) 3 sq.; Bücheler, Rhein. Mus. 39, 427; Gröber in ed. Petron. Friedl. p. 314 sq.* *Sinko.*

Bonavia, -ae *cogn. mul.* INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 186 (*in Sardinia*) d. m. Aeliae Bonaviae. CORP. VIII 7233 Bonavia marita rarissima. 16700 Munat(ia) Bonavia. *cf.* Bonamunacia.

Bonbelex *nom. vir. barb.* CORP. XIII 324 (*in Aquitania*) Bonbelex Harbelexsis f.

Bonbia *v.* Bombius.

Boncar (Boncarth) *nom. vir. semit. afric.* CORP. VIII 68 (*a. 12 a. Chr.*) Boncar Azzrubalis f. 15 Boncar Mecrasi Clodius medicus (*graece* Βωνχαρ, *semitice* בעלקרת). V 4920 (*a. 27 p. Chr.*) Boncarth Iddibalis f.

Boncariēnsis *v.* Vonc-.

Boncius *nom. gent.* CORP. VIII 2988 L. Boncius Secundus. 865 Boncio Ma⟨...⟩. VI 1366 Boncií Victorinus Iulianus ... ex Africa (1367).

Bonconica *v.* Buconica.

Boncoxsus, -ī *nom. vir. barb.* CORP. XIII 134 (*Aquit.*) Monta-n(us) Boncoxsi f(ilius).

Bondelia *v.* Bodetia. **Bondobriga** *v.* Baudobriga.

Boneco, -onis *nom. vir. barb.* CORP. XIII 338 (*Aquit.*) Abelioni deo Taurinus Boneconis f. *Ihm.*

(**bonellus**) *deminutivum fictum.* IVLIAN. TOL. gramm. V 323, 19 *amphibrachus pes constat* ex tribus (*syllabis*), id est ex brevi, longa et brevi, ut bonellus.

bonememorius, -a, -um; *cf. c.* bonae memoriae (*v.* bonus *III 13 extr.*). [*raet.* barmör. *M.-L.*] *in titulis sepulcralibus christianis inde a s. IV exeunte (v. C. Caesar, de aetate titul. christ. diss. Bonn. 1896). singula compositionis membra saepe separatim scribuntur. propono delectum*: *de viris*: CORP. V 1707 bonememorius Severus ... recisit (*i. recessit*). IX 6402. X 1346. XII 2086 in hoc tomo(lo) requiescit in pace bonememorius Flurinus. 4312. XIII 499 oviit bonae memorius Antonianus. 1511 bonae memeri Laetus. 1535. 2370. 2376. 2482 bonememore. 3099 INSCR. christ. Leblant 32. 70. 411. 568. 609. 611. *de mulieribus*: CORP. XII 480 bone memoria Eugenia. 491 bonememoria Vrbeca filia bonememoriae Squelioles. 2088 bonememoria Liveria. 5405 INSCR. christ. Leblant 476. *inde* **bonomemorius,** -a, -um. CORP. V 5408 hic requiescet en pace bonomemorio Eioᴜbianos. 6748. XIII 2424 bonom memoriom Rapso.

benememorius, -a, -um (*saepius* bene memorius): *de viris*: CORP. IX 6400 hic requiescit bene memorio Anatoli filio. 6408 depositio bene memori Patrici. XII 966 bene menorius (*sic*) Vitalis. 5399 benememorius Droctebodes. INSCR. christ. Leblant 535. 621. *de mulieribus*: CORP. VIII 21683 (*a. 395*) Saturina benemoria (*sic*). X 7762 hic iacet bene memoria Maria. XIII 2480 benemoria (*sic*) Dananta. 7320 benememoria Roteldis. INSCR. christ. Hisp. 186 benememoria Meliosa. *Sinko.*

? **Bonememorius** *nom. christ.* INSCR. christ. Brit. 13 Bonemimori filli Tribuni. *subesse nomen* Bonememorius *barbare scriptum putat editor.*

Bonexsis *nom. mul. barb.* CORP. XIII 178 (*Aquit.*) & Bonexsi Senixsonis f(iliae) uxor(i?). *cf.* 71 Artehe Deo Bonnexi⟨s?⟩ Amandi ⟨.⟩. *cf.* Bonixsus. *Ihm.*

Boni *v.* Bani.

bonia (-niades) *nomen herbae in* GLOSS. *i. q.* barba Iovis *v. s.* barba *II 1727, 59.* *Münscher.*

Bonia, -ae *nom. mul.; cf.* Bonius, Boniatus, -a. *in Norico*: CORP. III 5074 C. Crispínió Rufo aédilicio et Baebiae Boniae uxóri. 5107 Boniae Successi f. 5437/38 Cantiae Iuni f. Boniae uxori et Cantiae L. f. Boniatae. 5444 Boniae con(iugi). 11595 Boniae Privati f(iliae). *cf.* MARTYROL. Hier. 4 id. Nov. *quaeritur num huc pertineat nom. gent.* CORP. VIII 7235 d. m. Boniia Rogata.

Boniatus, -a *cogn. barb.; cf.* Bonius, -a. *in Norico*: CORP. III 4791 Aur. Boniatus mil. leg. II Ital. Severi. 5265 M. Licovius Boniatus. 5417 Boius Boniati. 5418 Suaducia Boniati f. 11699 Titulen. Boniati. *mulieres*: III 4934 Boniata Cintul. 5076 Boniatae Vindonis f. 5151. 5232 (*saec. I*) Boniatae Antoní fíl. 5437/38 (*v. sub* Bonia *v. l. 49*). 4768. 4900. 5242. 5285. 5468. *in Pann. sup.*: CORP. III 3930 Lucius Boniati f. 10802 L. Caes. Boniatus.

Bonica *v.* Bonicus.

Boniciānus *cogn. vir.; cf.* Bonicus. CORP. VIII 726 ⟨...⟩us Clarus Bonicianus.

Bonicus, -a *nom. barb.* CORP. II 4418 memoriae Vlpi Bonici. VIII 4560 d. m. s. Iunia Bonica. *cf.* XIII 328 (*Aquit.*) Tutelae Bonicí Spuria v. s. l. m. *cf.* Bonicianus. *Ihm.*

bonifaciēs εὐπρόσωπος GLOSS. II 319, 15 (*v.* bonus *III 16*). *Sinko.*

Bonifātius, -a *a* bonum *et* fatum. Bonifacius *ex pronuntiatione ortum, quae rursus falsam originationem traxit, nunc bis legitur in titulis infimae aetatis* (CORP. VIII 898. IX 3512), *in libris utraque scriptura paene promiscue habetur (cf. Heraeus, Sprache des Petronius p. 29). nom. christ. non ante saec. IV repertum, persaepe ecclesiasticis inditum, raro hominibus inferioris ordinis. ex magna copia delectum tantum dedi.* **1** *comes Africae (mortuus a. 432); de cuius vita et gestis cf. Seeck, PW. III 698*: CORP. VIII 898 felici huius urbis restauratori com(iti) Bonifacio. PROSP. chron. I p. 469, 1278. 470, 1286. 471, 1294 (*bis*). 472, 1294. 473, 1310 (*de morte*) ADDIT. Prosp. Havn. chron. I p. 301, 432 HYD. chron. II 20, 78. 22, 99 MARCELL. chron. II p. 78, 432, 2. 3 (*ter*). 79, 435, 2 CASSIOD. chron. II 156, 1214 SIDON. carm. 9, 279 IORD. Rom. 330 (*bis*) Get. 167. 169. GREG. M. epist. app. p. 456, 22 *Augustinus* ad Bonifatium comitem scribens. **2** *grammaticus*: CORP. VI 9446. **3** *alii laici*: SYMM. rel. 10, 23 palatinum qui hactenus in officio urbano militavit. DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 513ᴬ *primicerius notariorum.* GREG. M. epist. 4, 41 vir magnificus Africae (*alibi non occurrit*). 3, 27 praesentium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lator vir clarissimus. CORP. VI 9920, 25 (*tabernarius*). 31893 frgg. a. g. e. XV 1679. 7184. VIII 982. 5266. 5891. 9731. 15609 A. Iulius Bonifatius. 16396. XI 6715, 2. XIII 3691. PAPYR. Marini 6, 3 (*saec. V/VI*) Pompulius Bonifacius v(ir) l(audabilis). 4 *papae*: *Bonifatius I* (*a. 418—422*): PROSP. chron. I p. 469, 1270 ADDIT. Prosp. chron. I p. 486 MARCELL. chron. II p. 74, 420, 1. ENNOD. opusc. 109 p. 321, 1 *alios locos v. in Regestis pontificum ed. Kaltenbrunner p. 52—54.* *Bonifatius II* (*a. 530—532*): CARM. epigr. 1374, 3 membra beata senex Bonifatius hic sua clausit. CASSIOD. var. 9, 15, 3. VICT. TONN. chron. II p. 199, 538, 1, *alios in Reg. pont. p. 111 sq.* 5 *episcopi, presbyteri, diaconi, praecipue Africani*: OPTAT. 2, 4 p. 38, 9. 39, 9 (CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 121^{A}) AVG. epist. 77, 2. 78 (*in titulo*). 98, 1. 143, 1. 220 *saep.* LEO M. epist. 90, 2. 91. 92. 93, 1. 98, 4 AVELL. p. 297, 16. 474, 5 *saep.* VICT. TONN. chron. II p. 197, 523, 2. 198, 533. 535 NOT. episc. (*octo diversi notantur*) VICT. VIT. 1, 19. 2, 101. 3, 24. 41 PS. VICT. VIT. pass. 7 GREG. M. epist. 1, 25. 26. 3, 3. 27. 5, 40 (*decem diversos clericos memorat. vid. indicem Mon. Germ. II*). CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 51^{C} (167^{C}. 181^{B}). 53^{A} (80^{D}). 107^{A}. 115^{A} (147^{C}). 125^{B}. 140^{B} CONC. Rom. a. 499 p. 399, 2. 402, 70. 414, 54. a. 501 p. 435, 53. 454, 51 CORP. X 7753. 6 *utrum laici an clerici incertum*: CORP. XV 1679. VIII 13516 Bonifatius fidelis (*cf. frg.* 13501—13515. 13517). 15463. XI 6715, 2. XIII 3691. 7 *mulieres*: CORP. V 6197 (*Mediolani*) Bonifatiae. VIII 1463. 1595. 1601. 4163. 8651 Vonifatia. 12213 Caeliae Bonifatie. 13518 Bonifatia fidelis (13519—13524. 13879. 16250). 15592 Cornelia L. f. Bonifatia Ca(ll)osina. 16398 Petreia Bonifatia. 16423 Carvilia Bonifatia. INSCR. christ. Hisp. 330 INSCR. christ. Rossi I 175. 209. 216. 452. 524. 1125 INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 637. 1898 p. 190. 1893 p. 311 (*Syracusis*) δούλη Βονιφατιας. 1900 p. 21 hi (*sic*) locus Bonifatie h(onestae) f(eminae). 1903 p. 283 Οὐρβικο κε Βονιφατις (*i. Vrbico et Bonifatiae*). *Gudeman.*

bonifātus εὔμοιρος GLOSS. II 318, 35 (*v.* bonus *III 17 b* boni fati *homo*).

bonificus bona faciens GLOSS. V 443, 35 (*v.* bonus *VII 1 d*).

Boniia *v.* Bonia.

boniloquium, -ī *n. cf. c.* boniloquus (*v.* bonus *III 17 c*). CASSIOD. hist. 1, 14 abripere quosdam eorum ad pestem propriam per boniloquia ficta festinant. *Sinko.*

boniloquus *v.* beneloquens.

Boninus, -ī *nom. vir. barb.* CORP. III 10075 (*in Dalmatia*) Geminus Boninus Hostiducis Sentonae v. s. l. m. GREG. M. epist. 9, 191 Gregorius Bonino defensori.

Bonio, -onis *cogn. vir.; cf.* Bonus, Bonius. CORP. III 3679 (*Pann. inf.*) T. F(lavius) Bonio Quri(na?) Andautonia, eques alae Frontonianae. 5354 (*Noric.*) Bonioni Atti f(ilio). X 3123 (*Puteolis*) d. m. Vlpio Bonioni.

Bonipedia, -ae *nom. mul. christ.* CORP. V 1638 (*Aquileiae*) filiae suae ... Bonipediae.

Boniportūs *locus in insula Creta.* VVLG. act. 27, 8 venimus in locum quendam, qui vocatur Boniportus (εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία).

Bonis *nom. mul. barb.* CORP. III 4854 (*Viruni, 'litt. bonis et certis'*) Sextus Adnamatonis f. et Bonis Anbusuli f.

Bonisana *civitas Hispaniae.* RAVENN. p. 307, 18. *cf. Hübner, PW. III 700.*

Bonisia, -ae *cogn. mul.* CORP. VI 20397 (*periit*) dis manibus Iuliae Bonisiae.

Bonispēra *nom. mul. christ.* CORP. VIII 11895. *Ihm.*

? **bonispērius.** GLOSS. III 519, 35 ἐπιτήδειος bonisperius. 519, 34 ἐπιδέξιος bonosperius: *at cf.* 331, 46 ἐπιδέξιος bono peritus. *v. Heraeus, Sprache des Petronius p. 29.*

Bonita *v.* Bonitus.

βονιτάριος· φυσικὸς δεσπότης GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A. THEOPHIL. Inst. Iust. 1, 5, 4 καὶ ἡ μὲν φυσικὴ (*sc.* δεσποτεία) λέγεται in bonis καὶ ὁ δεσπότης βονιτάριος.

bonitās, -ātis *f. a* bonus. *vox rara ante* CIC. (PLAVT. TER. *singulis locis,* VARRO *bis,* RHET. Her. *semel*), *apud hunc 55*^{ies}, PVBLIL. *ter,* LVCR. CAES. BELL. Alex. *singulis locis,* NEP. *5*^{ies}, OV. *bis,* VITR. *ter,* SEN. contr. *semel,* VAL. MAX. *bis,* SEN. *20*^{ies}, CVRT. *bis,* COLVM. *22*^{ies}, PETRON. *bis,* PLIN. nat. *37*^{ies}, MART. *semel,* QVINT. *12*^{ies}, FRONTIN. *ter,* TAC. *semel,* PLIN. epist. *7*^{ies}, APVL. *6*^{ies}, ICTis *cognita, a Christianis adamata.* [*val.* bunătate, *it.* bontà, *francog.* bonté, *hisp.* bondad. *M.-L.*] *plur.*: PLIN. nat. 37, 115. 1, 15, 3. GRAMM. suppl. 69, 7 alia in -as derivata a genetivo secundae declinationis veniunt, addita -tas syllaba producta et i paenultima correpta ut ⟨bonus⟩, boni, bonitas (*cf.* 115, 33). HIER. in Gal. 5, 22 non multum bonitas a benignitate diversa est: quia et ipsa ad benefaciendum videtur exposita, sed in eo differt, quia potest bonitas esse tristior et fronte severis moribus irrugata, bene quidem facere et praestare quod poscitur: non tamen suavis esse consortio et sua cunctos invitare dulcedine. hanc quoque sectatores Zenonis ita definiunt: bonitas est virtus, quae prodest: sive, virtus ex qua oritur utilitas: aut virtus propter semetipsam: aut affectus, qui fons sit utilitatum. *cf.* ISID. diff. 1, 71 GLOSS. benignitas, ἀγαθότης, ἀγαθοσύνη. GRAMM. suppl. 115, 23 feminina in as ut ... bonitas.

1 *hominum, deorum, ingenii, animi*: *i. q. benignitas, comitas, pietas, sanctitas*: PLAVT. Capt. 245 nunc te oro ... per mei te erga bonitatem patris (CIC. nat. deor. 2, 60 non sine divina bonitate erga homines. VVLG. Ephes. 2, 7 in bonitate super nos [ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς]. CORP. VI 2135 bonitatem et humanitatem eius [*sc. virg. Vest.*] circa se ... senserunt multi). TER. Phorm. 34 quem actoris virtus nobis restituit locum bonitasque vestra adiutans atque aequanimitas (*cf.* SCHOL. *ad h. l.* bonitas benignitas). QVADRIG. hist. 79 si pro tua bonitate et nostra voluntate tibi valitudo subpetit. RHET. Her. 3, 16, 28 ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam (CIC. off. 3, 14 SEN. contr. 2 praef. 4 dial. 3, 20, 7). CIC. inv. 2, 113 num alieni laboris aut deorum bonitatis praemium sibi postulet. de orat. 2, 242 ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati et (ac *S*) moderationi facultatem et materiam dedisse. top. 47 si ... sapientiam sequamur et bonitatem, si malitiam (*cf.* Lael. 47 bonitas malitiam *odit.* HIL. in Matth. 28, 1 HIER. epist. 120, 1 AVG. civ. 8, 24. 19, 5 MART. CAP. 4, 366 PROSP. in psalm. 108, 5). part. 78 (?). Quinct. 41 si neglegentiam dices, mirabimur; si bonitatem, videbimus. 54 si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi. 91 ut vestrae naturae bonitatique obsequamini. S. Rosc. 150 una spes reliqua est Sex. Roscio ..., vestra pristina bonitas et misericordia (*cf.* QVINT. inst. 6, 1, 22 FILASTR. 82, 3. HIER. epist. 51, 2 mansuetudo et bonitas). Q. Rosc. 21 utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse et Fannium quicquam per [se] bonitate⟨m⟩ amisisse. 27 largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate affluens Fannius Roscio? Verr. 4, 42 vide inter importunitatem tuam senatusque bonitatem quid intersit. Caecin. 78 qui ... ita peritus ac prudens *sit* ut ex iure civili non scientia solum quaedam, verum etiam bonitas nata videatur. dom. 110 virum ... singulari bonitate et modestia praeditum. p. red. in sen. 25 quantam vim naturae bonitas haberet et vera nobilitas (*cf.* off. 1, 5. 118 Att. 1, 17, 4. PS. HIL. libell. 12 naturalis). Rab. Post. 3 ut in augenda re non avaritiae praedam sed instrumentum bonitati quaerere videretur. 44 eius in novo genere bonitatem inusitatam ... augere debetis. 45 liberalis, cuius multos bonitas locupletavit? 48 bonitatis ipsius invidiam reformido. Marcell. 31 qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Lig. 37 nihil est tam populare, quam bonitas (QVINT. inst. 8, 5, 3). rep. 3, 26 *sapientem* sua sponte ac per se bonitas et iustitia delectet (fin. 3, 66 *cf.* off. 3, 66 epist. 3, 4, 4 APVL. Plat. 2, 27 COMM. instr. 1, 28, 1). fin. 5, 65 cui (*iustitiae*) sunt adiunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas (off. 3, 28. 118 TAC. hist. 1, 52. TERT. test. anim. 2 bonitatis et benignitatis ... benedictio). nat. deor. 1, 121 quid enim melius aut quid praestantius bonitate et beneficentia? qua cum carere deum vultis .... 2, 60. 3, 84. *cf.* OV. Pont. 1, 6, 46 magna ... spes est in bonitate dei. PAVL. FEST. p. 122 Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant. VAL. MAX. 1, 1 ext. 3. SEN. epist. 65, 10 quaeris, quod propositum deo? bonitas. PS. APVL. Ascl. 8 omnium bonitate plenissimus. 14. 41. TERT. test. anim. 5 *bis.* 6 pudic. 2 adv. Marc. 1, 22 p. 71 Oehl. 2, 3 p. 86 IREN. 3, 25, 2. 5 *saep.* ARNOB. nat. 2, 36 LACT. inst. 6, 9, 2 *saep.* HIL. trin. 1, 3 *saep.* ITALA Rom. 2, 4 (Pacian. paraen. 11; VVLG. benignitas). FILASTR. 128, 2 *saep.* HIER. epist. 124, 2 deum patrem ... appellat bonum et perfectae bonitatis, filium ... imaginem bonitatis *saep.* VVLG. psalm. 24, 7 memento mei ... propter bonitatem (χρηστότητα) tuam domine (*cf.* Rom. 11, 22 Ephes. 2, 7). sap. 7, 26. 12, 22 Baruch 2, 27. Rom. 2, 4 divitiae bonitatis. *cf.* IV Esdr. 7, 68 si non donaverit de bonitate sua. or. Manasse. RVFIN. Adamant. 2, 3 *saep.* AVG. civ. 8, 13 *saep.* 11, 24 utrum ... boni Patris et boni Filii Spiritus Sanctus ... recte bonitas dici potest amborum, non audeo temerariam praecipitare sententiam. *ibid.* nihil est aliud bonitas divina quam sanctitas. SVLP. SEV. Mart. 3, 5 SACR. Leon. p. 383. 415 PROSP. epist. 4 resp. ad Gall. 1, 13. ORIENT. carm. app. 2, 28 *deus* de bonitate bonus. SEDVL. carm. pasch. 5, 407 ARATOR act. 1, 452. CIC. nat. deor. 3, 75 ad fraudem hominibus, non ad bonitatem impertitum esse videatur. Lael. 11 quid dicam de ... liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? (TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 197 Oehl. maior est bonitas, quae operatur in extraneos, sed non prior ea, quae ante deberet in proximos. HIL. in Matth. 4, 2 HIER. epist. 108, 5 CORP. X 1126). 29 virtutem et bonitatem perspicere. 50 ad multitudinem pertinet (off. 2, 63). off. 3, 77 cum ... fidem alicuius bonitatemque laudant. Att. 10, 11, 1 nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. 14, 13^{a}, 1 si bonitas tua responderit iudicio meo. MAT. Cic. epist. 11, 28, 1 ut par erat tua singulari bonitate. PVBLIL. B 18 bonitatis verba imitari maior malitia est. D 14 duplex fit bonitas, [si] simul accessit celeritas. M 26 mutat se bonitas irritata (cum inritatur *codd.*) iniuria. BELL. Alex. 24, 6 quod nimia bonitas eius (*Caesaris*) fallaciis pueri elusa esset. quasi vero id Caesar bonitate tantum adductus ... fecisset. NEP. Milt. 8, 3 non erat ... vi consecutus ..., eamque potestatem bonitate retinebat. Timol. 5, 1 hominis excellentem bonitatem. Att. 9, 1 si divinatio (*i. q. divinitas*) appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus agi⟨ta⟩tur neque minuitur (SEN. clem. 1, 1, 6). 10, 3 bonitatis exemplum. 21, 1. OV. trist. 4, 5, 27 sic aequet tua nupta virum bonitate perenni. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 mores Phocionis, quos ... consensus omnium bonitatis (*i. q. boni,* χρηστοῦ) co-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gnomine decorandos censuit. PHAEDR. 3, 15, 23 facit parentes bonitas, non necessitas (*syn.* benevolentia). 3 epil. 17. SEN. dial. 10, 13, 6 bonitatis eximiae *princeps.* benef. 2, 14, 4 exorari in perniciem rogantium saeva bonitas est. 3, 13, 2 ad bene faciendum bonitate invitatus. 4, 17, 2 quis est, qui non beneficus videri velit, qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis adfectet. 4, 20, 2 exercendae bonitatis *materies.* 5, 1, 3. 7, 31, 1 vincit malos pertinax. clem. 1, 1, 5 singularis. 1, 19, 8 bonitatis *argumenta.* 2, 1, 1. 2, 2, 1. 2, 6, 3. nat. 4 praef. 11 nemo non inputari sibi bonitatem publicam patitur (HIL. in Matth. 22, 7). epist. 34, 3 pars magna bonitatis est velle fieri bonum (HIL. in psalm. 52, 11). 48, 12. 79, 11 nec . . . bonitas est pessimis esse meliorem. 95, 50 *deis* reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas est. PS. SEN. mon. 169 numquam . . . bonitatis longa simulatio est (QVINT. decl. 321 p. 262, 11). CVRT. 6, 5, 3 frui . . . bonitate. 6, 8, 22 vicit . . . bonitatem . . . acerbitas. PETRON. 140 commendare liberos suos eius prudentiae bonitatique. *ibid.* puellam . . . exoravit, ut sederet super commendatam bonitatem. MART. 10, 33, 2 Cecropium superas qui bonitate senem (*i. Socratem vel Epicurum*). QVINT. inst. 5, 10, 75 est . . . consequens sapientiae bonitas. 6, 1, 22 praecipua bonitas, h u m a n i t a s (decl. 273 p. 117, 22 bonitate labitur, humanitate conturbat. CORP. XIII 2472. INSCR. christ. Leblant 379 [*saec. V*] vixit . . . in uma⟨ni⟩tate et bonitate). inst. 6, 2, 13. 18. 12, 1, 24 mediocribus . . . patronis convenit haec quae vulgo dicitur bonitas. decl. 259 p. 55, 20. 58, 22. PLIN. paneg. 30 tam . . . in omnia pariter intenta bonitas et accincta. 52 epist. 10, 2, 3. 10, 4, 2. 10, 8, 5. 10, 11, 1. 10, 94, 2. FRONTO p. 186, 10 N. *imperatorum* (*cf.* 235, 11). APVL. met. 2, 20 tu . . . domina . . . in officio manes (mones *codd.*) sanctae tuae bonitatis. flor. 9 p. 38 bonitatis tuae diligunt plerique fructum, ego studium. Plat. 2, 4 PS. APVL. herm. p. 266 (*bis*). Ascl. 11 religio, quam sequitur bonitas. 16 fundamentum est . . . disciplinae in summa bonitate consistens. 20. 26. TERT. nat. 1, 3 christianum . . . nomen . . . de suavitate vel bonitate modulatum est. COMM. instr. 2, 39, 3 simplicitas, bonitas habitet in corpore vestro. carm. apol. 25. 232. EXPOS. mund. 8 *Brachmani* detinent vicinorum bonitatem (*i. e. eodem ac vicini modo boni sunt*). PANEG. 7, 20 p. 176, 16. 8, 9 p. 187, 16 ex voluntaria tua bonitate proveniunt *beneficia.* LAMPR. Diad. 7, 4 CAPITOL. Maximin. 24, 1 Max. Balb. 1, 2. 7, 2 Gord. 18, 1. VOPISC. Aurelian. 14, 3 ago . . . gratias bonitati tuae (CANON. Migne 56, 840). EPIT. Alex. 54. ARNOB. nat. 2, 39 *animae* . . . simplices et bonitatis nuper innoxiae. EVTR. 8, 5 gloria bonitatis. HIL. in psalm. 52, 9 quomodo . . . bonus aliquis nuncupabitur nemine faciente bonitatem (*cf.* 52, 10. VVLG. psalm. 36, 3 fac bonitatem, ποίει χρηστότητα [*cf.* 37, 21 sequebar bonitatem, δικαιοσύνην]. *aliter* psalm. 118, 65 bonitatem [χρηστότητα] fecisti cum servo tuo, domine). 52, 13 in bonitatis operationibus permanere (*opp.* iniquitatem . . . operantes). ad Const. 1, 2 haec permovent non insitam, sed ingenitam tuam bonitatem. c. Const. 8 blandiri sine bonitate. AVSON. 419, 39 bonitas qua in omnes prolixus es perpetuus in me. 419, 72 alta bonitas, praesens comitas (*cf.* 419, 24. 71. 73. 75). HIER. epist. 71, 5 opuscula mea, quae non sui merito, sed bonitate tua desiderare te dicis. 78, 30 tricesima mansio 'bonitas' interpretatur, ut cum perveniremus ad perfectum virum. 130, 3 morum. 121, 5 euangelicae. VVLG. I Esdr. 8, 22 qui quaerunt eum (*deum*) in bonitate (εἰς ἀγαθόν). II Esdr. 9, 25 abundaverunt deliciis in bonitate (ἐν ἀγαθωσύνῃ) tua magna (*cf.* 9, 35 psalm. 118, 68. *aliter*: VVLG. sap. 1, 1 sentite de domino in bonitate [ἐν ἀγαθότητι]. Sirach 45, 29). Esth. 16, 2 bonitate principum et honore. psalm. 118, 66 bonitatem (χρηστότητα) . . . doce me. Sirach 6, 15 non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei (τῆς καλλόνης) illius (*amici*). Gal. 5, 22 fructus . . . Spiritus est . . . benignitas, bonitas (χρηστότης, ἀγαθωσύνη. *cf.* Eph. 5, 9). II Thess. 1, 11 ut . . . impleat omnem voluntatem bonitatis (ἀγαθωσύνης). RVFIN. Adamant. 2, 7 o magna bonitas, immo magna p i e t a s (AVG. civ 10, 19 SVLP. SEV. dial. 1, 7, 1 EVCHER. instr. 1 p. 124, 25. HIST. Apoll. 45 rec. A ego huic tantae bonitati et pietati possum esse contrarius? CORIPP. Ioh. 4, 592). AVG. civ. 8, 15 prae bonitate vitae, qua illis (*daemonibus*) anteponimur. c. Iul. 2, 4, 9 (*opp.* malignitas). serm. 90, 2 duo . . . ista diversa sibi contrarietate consistunt, bonitas et censura. VICTRIC. 16 sanctorum. BARNAB. 4, 12 si fuerit bonus (ἀγαθός), bonitas (δικαιοσύνη) eum antecedit (*opp.* merces nequitiae). PHYSIOGN. 74 et luxuriae et bonitatis similitudinem induit. SIDON. epist. 5, 7, 6. 6, 6, 1 conditoris. FAVST. REI. epist. 1 p. 163, 19 individuam mihi bonitatem tuam toto sincerae benignitatis amplexu in via retinens. BOETH. inst. arithm. 1, 32 p. 66, 8 quod bonitas definita et sub scientiam cadens animoque semper imitabilis et perceptibilis prima natura est et suae substantiae decore perpetua, infinitum vero malitiae dedecus (*cf.* p. 66, 18 *saep.*). GREG. TVR. Franc. 3, 25 magnum se atque in omni bonitate praecipuum reddidit (*cf.* 3, 34). CORIPP. Ioh. 1, 264 sperne malum bonitate tua (*cf.* 4, 342 Iust. 4, 352). CARM. epigr. 769, 8 non aliud umquam habuit nisi cum bonitate fidem. 1140, 4 quem (*coniugem*) vix aequare mariti adfectu poterint aut bonitate pari. 1262, 2 sic pia, sic felix, sic quod tibi vita beata contigit et cunctis auxilians bonitas. 1186, 7 multa quidem bonitate gerens. 1375, 7 iudicis imperium servans bonitate magistra (1377, 7). 1408, 4 communis gratus, plus bonitate pius. CORP. V 3344 (*saec. IV exeuntis*) civi eximiae bonitatis. VI 1700 (*post Dioclet.*) singularis integritatis et bonitatis exsimiae M. Aur. Consio. 32041 mire bonitatis . . . totiusque integrit⟨atis⟩. X 4524 Felicitas totius bonitatis femina (*cf.* 4538). 1820. XIII 2472. INSCR. christ. Rossi I 98 miri bonitatis atque sanctitati . . . coniugi (INSCR. Notiz. degli scavi 1887 p. 261). I 99. 347 innocentiae adqu(e) eximiae bonitatis. 1031.

2 *r e r u m*: **a** *c o r p o r e a r u m*: VARRO rust. 2, 2, 17 pabuli. 2, 2, 18 lanae. Men. 23 te utrum hoc adduxerit caeli temperatura an terrae bonitas (LVCR. 5, 1247 COLVM. 1, 7, 5. 2, 11, 3). CIC. S. Rosc. 49 praediorum (CELS. dig. 50, 16, 86). leg. agr. 2, 42 agrorum (*cf.* 2, 76. 95 CAES. Gall. 1, 28, 4 PLIN. nat. 18, 34 SIC. FLACC. grom. p. 155, 19 POMPON. dig. 8, 3, 25. 21, 1, 64 pr.). 2, 76 si quis . . . oppidi bonitate delectatur. off. 1, 130 formae . . . dignitas coloris bonitate tuenda est. VITR. 1, 4, 2 granaria . . . bonitatem cito mutant. 2, 8, 12 propter bonitatem aquae (8, 3, 16 PHAEDR. 4, 9, 8 COLVM. 1, 3, 4 FRONTIN. aq. 12. 13. 14). COLVM. 1, 8, 18 panis potionisque bonitatem (probitatem *al.*) gustu suo exploret. 2, 2, 17 arvorum. 2, 6, 4 Clusinum semen . . . pondere et bonitate est praecipuum. 3, 2, 7 bonitate vini *vincit* (3, 2, 19 ad bonitatem aliquam per annos venit. 3, 2, 25 nequiquam minori bonitate. 3, 2, 28. 3, 11, 1. 3, 12, 5. 3, 21, 10. 4, 19, 2. 5, 6, 24 PLIN. nat. 14, 25. 36. 55 L. Opimio cos. 14, 76 GAIVS dig. 18, 6, 16). 4, 22, 8 soli (5, 2, 1 QVINT. inst. 2, 19, 3). 5, 11, 6 corticis (arb. 26, 4). 9, 4, 2 *hederarum.* 12, 20, 1 *defruti.* 8, 5, 25 rarior est in his avibus mariti bonitas. PLIN. nat. 1, 15, 8 nationes et bonitates olei (12, 101. 15, 8. 14. 15, 8 tribus ut plurimum bonitatibus distat). 10, 52 iecoris bonitate novere *anseres.* 11, 33 summa bonitatis (*sc. mellis*) natione constat. 11, 39 primum bonitatis (gravitatis *dett., sc. mellis*) argumentum. 12, 48 secunda bonitas pallido *amomo.* 12, 70. 115. 37, 103 *carbunculi.* 12, 91 praecipua . . . virgultorum. 18, 75 tisanae. 13, 60 materies (*sc. perseae arboris*) bonitate, firmitudine . . . nihil differens a loto. 13, 76. 14, 26 bonitatis vice copiam praestant (14, 62 copiae potius quam bonitati studentium. 15, 6). 18, 105 siliginis. 22, 116 cerae. 32, 59 quo saepius arsit, proficit ad bonitatem *aurum* (32, 60. 62). 33, 127 *argenti.* 34, 2 praecipuam bonitatem admirationemque diu optinuit *aes Cyprium* (34, 3. 96). 34, 4 aurichalci. 34, 126 *chalcanthi.* 34, 145 vena (*ferri*) bonitatem hanc praestat. 35, 44 *purpurissi.* 37, 78 *lapidum* absoluta bonitas. 37, 116 minus refert nationes quam bonitates distinguere (*sc. smaragdorum*). PS. APVL. Ascl. 20 omnium rerum (TERT. scorp. 5). POMPON. dig. 12, 1, 3 ut eiusdem generis et eadem bonitate solvatur *omne*, quo datum est. VLP. dig. 45, 1, 75, 2 id stipulari intellegitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. PAVL. dig. 12, 6, 65, 7 frumenti. 21, 2, 15, 1 fructuum. IAVOL. dig. 17, 1, 52 tritici. ALF. dig. 21, 2, 45 fundi (PAVL. dig. 21, 2, 53). PAPIN. dig. 21, 2, 64 regionis. VLP. dig. 21, 2, 1 loci (PAVL. dig. 19, 1, 4, 1). IAVOL. dig. 19, 2, 51, 1 *operis.* POMPON. dig. 21, 1, 36 mancipii. EXPOS. mundi 36 *Aegyptus* Nili (-us *cod.*) bonitatem supra omnem provinciam possidens. ARATOR act. 2, 240 ut vigeat medicina sequens bonitate prioris. *nota*: VVLG. psalm. 103, 28 aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate (χρηστότητος). 105, 5 ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad laetandum in laetitia gentis tuae. **b** *i n c o r p o r e a r u m*: CIC. orat. 163 quare bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splendore Graecorum (Brut. 220 FORTVN. rhet. 3, 3, 4 p. 122, 20 comparatur, ut mala vitemus et optima adpetamus). dom. 57 cuius (*causae*) tanta bonitas est, ut. Att. 16, 16, 9 propter summam bonitatem et aequitatem causae. QVINT. inst. 5, 10, 75. TERT. nat. 1, 3 Christianum . . . nomen . . . de suavitate. FORTVN. rhet. 3, 15 p. 130, 14 bonitas vocis quibus constat? claritate, firmitate, suavitate (MART. CAP. 5, 541). AVG. retract. 2, 53 bonitatem . . . defendimus nuptiarum. EVOD. epist. ad Val. 55 per gratiae bonitatem. BOETH. subst. bon. 170, 70 substantialia . . . bona sunt, quoniam non participant bonitatem (*cf.* 171, 96).

s y n o n y m a: virtus, misericordia, mansuetudo, nobilitas, iustitia, benignitas, comitas, pietas, liberalitas, beneficentia, fides, sanctitas, suavitas, benevolentia, humanitas, integritas, innocentia. *o p p o s i t a*: malitia, superbia, importunitas, avaritia, fraus, acerbitas, luxuria, integritas, innocentia. *Sinko.*

Bonitās, -ātis *cogn. mul. et vir.* CORP. VI 2310 Herennia Bonitas. 13419 Cuspiae Bonitati. 13625 Bonitati Venustus conservae. 21631 Lucretia Bonitas patrono. 35893. X 4046 (*Capuae*). XI 6410 (*Pisauri*) d. m. Bonitati pientissime . . . socere incomparabili. XII 3476 (*Nemausi*) d. m. Bonitati Phillus coniúg(i). XIII 8368 (*?*). *vir*: CORP. VI 8519 Aur. Augg. lib. Bonitas ex emeritis.

Bonitēius *nom. gent.* CORP. VIII 1367 L. Boniteius Felix.

Bonitta, -ae *nom. mul.; cf.* Bonitus, -a. CORP. VIII 2906 d. m. Bonittae. MARTYROL. Hier. pr. id. ian.

Bonitus, -a *cogn.; cf.* Bonitta. i *producta l. 83. apud scriptores*: TREB. trig. tyr. 10, 11 Bonitus et Celsus, stipatores *Gallieni.* AMM. 15, 5, 33 licet patris quoque Boniti praetenderet fortia facta Franci. GREG. M. epist. 9, 6 pro glorioso filio nostro Bonito. CONC. Later. Rom. a. 649 Mansi 10 p. 866[B. D. E.] *in titulis*: CORP. XV 1680 (*in tegula*) ex officina Boniti. X 1367 (*Nolae*) hic requiescit . . . Bonitus. CARM. epigr. 1429, 9 carmen ferale Bonīti (*v. adn.*). *mulieres* (*cf.* Bonitta): CORP. III 2248 (*Salonis*) d. m. Bonitae alumnae.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7482 (*Moes. inf.*) d. m. Cl. Bonitae. 11698 (*Noric.*) M(. . .) Bonit(a, *an* -as?). INSCR. christ. Leblant II 609, 8. *Ihm.*

bonium, -ī *n.* (*βούνιον*) *herbae genus*: DIOSC. 5, 67 de bino boniu (bonu *P*). vinu boniu conficitur sic . . . mittes boniu (vonio *P*) ʃ II tusas in linteolo *eqs.* *Sinko.*

bonivolentia *et* **bonivoluntās** *v.* benevolentia *p. 1893, 46 et 81.*

Boniuricis *inter civitates Africae enumerat* RAVENN. p. 163, 12. *cf. Dessau, PW. II 2847 s.* Baniurae.

Bonius, -ī *cogn. vir., ut videtur, si bene lectus est titulus Dalmaticus* CORP. III 12993 Arun. Bonio. *cf.* Bonia.

? **Bonixsus,** -ī *nom. vir. barb.* CORP. XIII 173 (*Aquit.*) Harbelex ⟨B⟩onixsi (IONIXSI *trad.*) f. *cf.* Bonexsis.

Bonn⟨.⟩oris *nom. barb.* CORP. XIII 267 (*Aquit.*) Bonn⟨.⟩oris Dunohorigis f. (*videtur una littera interiisse*).

1. Bonna, -ae *opp. Germ. inf., hodie* Bonn (*cf. PW. III 701 et Corp. XIII 2, 2 p. 537*). TAC. hist. 4, 19 Herennio Gallo legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat. 4, 25. 70. 77. 5, 22 FLOR. epit. 4, 12, 26 (?). PTOL. 2, 9, 8 *Βόννα*. ITIN. Anton. Aug. p. 254, 3. 370, 7. TAB. Peut. 3, 1 Bonnae. AMM. 18, 2, 4 RAVENN. p. 227, 13. *adi.* **Bonnēnsis,** -e. TAC. hist. 4, 20 castris Bonnensibus. *ibid.* Bonnense proelium. 4, 62 Bonnensibus castris.

2. Bonna, -ae *nom. mul.* (*nisi est* Bona). CORP. XIII 179 (*Aquit.*) Bonnae Rustici f(iliae).

bonnacus *v.* bonasus. **Bonnātus** *v. sub* Bonata.

Bonnēnsis *v.* 1. Bonna. **Bonnexi** *v.* Bonexsis.

Bonni *v.* Bani.

Bonogaris *locus in India.* RAVENN. p. 40, 18. *cf. Tomaschek, PW. III 701.*

Bonomagus *opp. Galliae Narbon.* *cf. PW. III 701.* TAB. Peut. 3, 1 S e n o m a g o (*inter Acunum et Arausionem*). RAVENN. p. 239, 14 Bonomago.

Bonōnia, -ae *f. nom. oppidorum celt.* **1** *opp. Italiae regionis VIII, prisce* Felsina, *hodie* Bologna. *cf. Bormann, Corp. XI p. 130 sqq.; Hülsen, PW. III 701 sq. et suppl. I 255; Nissen, Ital. Landeskunde II p. 262 sqq.* *apud Graecos Βονωνία* (*v. testim. ap. Holder, Altcelt. Sprachsch. s. v.*). *apex* Bonón. CORP. XI 6734. PLIN. nat. 3, 115 *colonia* Bononia, Felsina vocitatum, cum princeps Etruriae esset. SERV. Aen. 10, 198 hunc Ocnum alii Aulestis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Felsinam, quae nunc Bononia dicitur, condidisse. *cf.* SIL. 8, 599 Ocni prisca domus parvique Bononia Rheni. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 2 a Pansa sum arcessitus Bononiam. CIC. epist. 12, 5, 2 magno praesidio Bononiam tenebat Antonius (*ibid. iter.*). LIV. 37, 57, 7 Bononiam Latinam c o l o n i a m ex s. c. . . . triumviri deduxerunt (PLIN. *supra l. 36* VELL. 1, 15, 2 MELA 2, 60. CORP. III 559 M. Acilius Pattinus medicus colonia Bononia). LIV. 39, 2, 6 viam a Bononia perduxit Arretium. PLIN. nat. 6, 218. 7, 163. 33, 83. MART. 3, 59, 1 culta Bononia. 6, 85, 5 funde tuo lacrimas orbata Bononia Rufo. TAC. hist. 2, 53 (*bis*). 2, 67 Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabat (2, 71). SVET. Aug. 96 ad Bononiam. FLOR. epit. 4, 6, 3. TREB. trig. tyr. 33, 4 *Censorini* sepulcrum circa Bononiam. AMBR. epist. 39, 3. 55, 3 PAVL. NOL. carm. 27, 452 (*cf.* VICTRIC. 22). OBSEQ. 26 (85) Bononiae fruges in arboribus natae (*cf.* OROS. hist. 5, 6, 2). NOT. dign. occ. 42, 61 Bononiae in Aemilia. GREG. TVR. Franc. 2, 16 glor. mart. 43 IVL. HON. rec. A 19 p. 35, 9. ITIN. Anton. Aug. p. 99, 5 Bononia civitas (p. 127, 2). p. 281, 2. 282, 2. 283, 3. 287, 5 TAB. Peut. 4, 4 ITIN. Vicarell. I—IV (Corp. XI 3281—84). ITIN. Burdig. p. 616, 6 civitas. RAVENN. p. 272, 9. *domus indicatur in titulis* (*compendia* Bon., Bonon., Bono.) *passim, ex. gr.*: INSCR. Rhen. Bramb. 209 (*saec. I in.*) M. Caelio T. f. Lem. Bon. CORP. VI 2687. 2693. 3438 M. Tadius M. f. Lem. Tertius domo Bononiae (*cf.* XIII 6950). 3885, 7 Bonon. 32707 C. Vésius C. f. Lem. Cordus Bononia miles. XI 21. 6689, 254 (*in tegula*) C. Vat(ini) Max(imi) d(e) Bon(onia). 6734 domo Bonón. V 904. III 559 (*supra l. 45*). 6223 (*a. 182*). XIII 6964 C. Matteius C. f. Lemon. Priscus Bono. (5213). 8276. **2** *oppidum Galliae, antea* Gessoriacum, *hodie* Boulogne-sur-mer. *cf. PW. III 703; Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 485 sq.; Corp. XIII 1, 2 p. 560 sq.* TAB. Peut. 2, 2 Gesogiaco quod nunc Bononia. ORIGO Const. 2, 4 chron. I p. 7, 16 Bononiam, quam Galli prius Gesoriacum vocabant. COD. Theod. 11, 16, 5 (*a. 343*). EVTR. 9, 21 cum apud Bononiam per tractum Belgicae et Armorici pacandum mare accepisset *Carausius*. AMM. 20, 1, 3. 20, 9, 9. 27, 8, 6 ad Bononiae litus. NOT. Gall. 6, 12 chron. I p. 592 civitas Bononiensium (*in uno cod. saec. X additur* quam nunc B o l o n i a m vocant). PANEG. 7, 5 p. 163, 16 *v. infra s.* Bononiensis. **3** *castellum in Pannonia sup., antea* Malata *dictum, hodie* Banostor (*cf. Mommsen, Corp. III p. 421; Patsch, PW. III 703*). ITIN. Anton. Aug. p. 243, 1 Bononia. AMM. 21, 9, 6 Bononiam (-eam *cod.*) a Sirmio miliario nono disparatam et decimo. 31, 11, 6. NOT. dign. occ. 32, 14 (32, 33; *utroque loco trad.* Bonor-). 32, 41 auxilia Augustensia contra Bononiam in barbarico in castello Onagrino. 32, 44. CONSVL. Constant. chron. I p. 230, 294 contra Acinco et Bononia. **4** *castellum in Moesia sup., hodie* Vidin (Bodun, Bodin); *cf. Patsch, PW. III 703; Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 487.* ITIN. Anton. Aug. p. 219, 2 Bononia. OPT. PORF. carm. 6, 26 NOT. dign. or. 42, 4. 42, 13 cuneus equitum Dalmatarum Fortensium Bononia. *apud Graecos Βονωνία, ex. gr.* PROCOP. aedif. 4, 6.

adi. **Bonōniēnsis,** -e *et incolae* **Bonōniēnsēs,** -ium. **a** *ad 1. pertinens*: CIC. Brut. 169 C. Rusticelius Bononiensis. CATVLL. 59, 1 Bononiensis Rufa Rufulum fellat. LIV. 39, 2, 5 agrum Pisanum Bononiensemque (OROS. hist. 5, 6, 2; *cf.* OBSEQ. 26). PAVL. FEST. p. 127 Nolani, Bononienses. VAL. MAX. 8, 1 abs. 12 Calidius Bononiensis. PLIN. nat. 7, 159 T. Fullonium Bononiensem. 16, 161 in Rheno, Bononiensi amne. 36, 161 in Bononiensi Italiae parte. TAC. ann. 12, 58 Bononiensi coloniae. SVET. Aug. 17 Bononiensibus . . . gratiam fecit coniurandi. Nero 7. AMBR. exhort. virg. 1, 1 ad Bononiense invitatus convivium. virg. 1, 10, 57 de Bononiensi veniunt. 1, 10, 6 virginibus. epist. 39, 3 urbe. HIER. chron. a. 1928 L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor (PROSP. chron. I p. 403, 298). PAVL. MED. vita Ambr. 27 civitatem. 29. GENNAD. vir. ill. 42 episcopus. CORP. XI 718 (?). 845 P. Refrio Grato Bononiens. 1065 Bononie⟨ns.⟩. 6689, 254 b (*in tegula*) Bon. 6839 L. Vrsius Sosander vestiar(ius) Bonon(iensis). 6840 ⟨Bo⟩noniens. X 8059, 226 (?). **b** *ad 2. pertinens*: PANEG 7, 5 p. 163, 16 qui (*exercitus*) Bononiensis oppidi litus insederat. NOT. Gall. 6, 12 *v. p. 2077, 72 sq.*

? **Bonōniāna,** -ae *nom. mul.* CORP. V 2913 (*Patavii, periit*) Carminius Felicissimus v. f. Bononianae (Bononiae *in alio apographo*) Apicesi coniugi.

Bonōnius, -a *nom. gent. et cogn.*; *cf. c.* Bononia? *v. W. Schulze, Eigennamen p. 527.* MARCIAN. dig. 35, 2, 89, 1 divi Severus et Antoninus . . . rescripserunt Bononio Maximo. CORP. VI 13626 Sex. Bononi Iasonis. 34689 Bononia Secunda et P. Aelius Mandanianus. XI 837 (*Mutinae, periit*) Bononia Metrodora. III 4150 IV 15 (*Pann. sup.*) Bonon. Niger. 4199 (*Savariae, periit*) Bonon. Crescenti. 11024 (*Pann. sup.*) ⟨B⟩ononius Vitalis. XIII 1833 (*Lugud., saec. II*) Bononius Gordus medicus castrensis. CORP. V 8575 (*christ.*) Bononia. III 5365 (*in Norico*) Laeliae Bononiae nepti. 14367 Bononia Secundi[i]ni *filia.* XIII 3290 (*Remis*) d. ⟨m.⟩ Bononiae Lalli marit(ae). 7062ª (*Mogontiaci*) ⟨B⟩ononiae. *cf.* CORP. III 10183, 12 (*tegula*) Bonon⟨. . .⟩. 14157[1] Aur. Bonon⟨. . .⟩.

Bonōsus, -a *cogn., praecipue christ.*; *cf.* Bonussa, Bonoxus. B o n o s s a *l. 75.* *nobiliores*: *tyrannus imperante Probo (Henze, PW. III 713 sq.), de quo cf. imprimis* VOPISC. quatt. tyr. 14, 1 Bonosus domo Hispaniensi fuit, origine Britannus, Galla tamen matre. Flavius Bonosus *cos. a. 344* (*ex. gr.* CORP. X 478. XI 4030 *sqq.*). *fort. idem magister equitum a. 347*: COD. Theod. 5, 4, 1 (*cf.* CORP. III 4669. 11376). *cf. Seeck, PW. III 714.* Bonosus *vir praesidialis a. 387*: SYMM. epist. 4, 70. 5, 76 (*Seeck, PW. III 714*). *auctor carminis* ANTH. 280 (*Wissowa, PW. III 714*). *c h r i s t i a n i v a r i i*: *episcopus Serdicensis*: MAR. MERC. app. 15 p. 928ᴮ Sardicensis Bonosus, qui a Damaso . . . praedamnatus est (*cf. epist. de causa Bonosi inter epist.* AMBR. Migne 16 p. 1172 *sq.*). ISID. *infra l. 51.* AVELL. p. 295, 9 CANON. Migne 56, 509ᶜ. 511ᴬ. 511ᴮ. *incertum num ad hunc pertineat* AVG. epist. 242, 1. *inde dicti haeretici* **Bonōsiacī** (*rarius* **Bonōsiānī**), -ōrum: ISID. orig. 8, 5, 52 Bonosiaci (-ani *Otto*) a Bonoso quodam episcopo exorti produntur, qui Christum filium dei adoptivum, non proprium asserunt. GENNAD. vir. ill. 14 Photinianos, qui nunc Bonosiaci dicuntur. dogm. 52 Siphori, qui nunc vocantur Bonosiani. ALC. AVIT. c. Arr. 19 p. 8, 27 c. Eutych. 2 p. 26, 27. epist. 31 p. 62, 16 Bonosiacorum pestem. GREG. M. epist. 11, 52 p. 325, 19 Bonosiaci et Catafrigae. NOVELL. Iust. 11, 5. ISID. vir. ill. 20 (33 *Arev.*) contra Bonosiacos (-anos *Arev.*). CONC. Clipp. a. 626 (627) p. 197, 26. *sing.*: CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 7 Bonosiacum vel cuiuslibet alterius haeresis sacerdotem. *alii*: LVCIF. epist. 4 p. 322, 7 Bonoso in rebus agenti. HIER. chron. a. 2393 Florentinus Bonosus et Rufinus insignes monachi habentur (RVFIN. apol. 2, 25 p. 605ᴬ *cf.* HIER. epist. 3, 4. 5. 7, 3). AVELL. p. 28, 7 *presbyter Treverensis.* p. 225, 4 *episc. Dardaniae.* ENNOD. opusc. 3 p. 339, 18 *presb. Ticinensis.* VEN. FORT. carm. 5, 1, 11 *famulus Martini Galliciae episcopi.* EVGIPP. Sev. 35, 1 Bonosus . . . monachus beati Severini, barbarus genere. CORP. XII 5336 (*Narbone, saec. V*) Rusticus ep(iscopu)s ep(iscop)i Bonosi filius. *praeterea in titulis*: CORP. VI 2677 Aurelio Bonoso. 3264 Iulio Bonoso equ. sing. . . . nat. Pann. 9920 (*bis, saec. IV*). XI 388. V 1639 (*christ.,* = CARM. epigr. 1728). INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 172 (*Concordiae*) CORP. III 919. 7437 I 33 (= 6150, *a. 227*) INSCR. Röm. Limes in Oesterr. VI p. 167 (*Carnunti*) CORP. XIII 3807 (*christ.*) INSCR. christ. Rossi I 92 (*a. 346*). CORP. VIII 8020 Bonosus qui et Philippus. 10636 (*christ.*). 13526 (*christ.*). *mulieres*: CORP. VI 2499 Flavia Bonosa. 2557 Digitia. 2632 Atticus et B o n o s s a heredes. 10854 Aelia Bonosae (*sic*). 17656 Fadia. XIV 1288. III 805. 1124. 1474. 2264. 2274. 2283. 3539. 8745 (*saec. II ex.*). INSCR. Jahreshefte d. oesterr. arch. Inst. VI 1903 Beibl. p. 59 Licinia Bonosa. CORP. XIII 3786 (*Treveris, christ.*). II 6338ᵉ d. m. s. Bonosa C. f. Procula . . . Fab. Bonosa mater. VIII 5188. 5431 Iulia (*cf.* 6120. 9926. 11599). 9816. 12098. 15593 Caesia Bonosa Mazica obstetrix. 18855 (= 5519). TAB. devot. Audollent 267 *Βονῶσα.* 268 (*ter*). *martyr*: CORP. XIV 1937 (*cf.* 1938 = CARM. epigr. 681 MARTYROL. Hier. id. Iul.). *cogn.* **Bonōsiānus,** -ī. *praef. urbis Romae a. 409—411*: COD. Theod. 14, 1, 6. 15, 1, 48.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bonoucī (*vel* Bonousī) *cogn. vir. barb.* (*genet.*) Corp. III 7547 (*Moes. inf., litt. malis*). *cf.* Bonucius. *Ihm.*

bonoviratū *abl. subst.* bonoviratus, *quod boni viri virtutem et condicionem designat.* Sidon. epist. 7, 9, 22 vir est ... totius popularitatis alienus ... et a bono viratu aemulis suis magis prodesse cupiens quam placere. *cf. laudes viri boni apud* Sen. nat. 4 praef. 15 Fronto p. 235, 5 *sqq.* N. *Sinko.*

Bonoxus, -ī *nom. figuli Gallici.* Corp. XIII 10010, 339 Bonoxus *et* Bonoxs. f. *et* Bonoxi m(anu). VII 1336, 165 Bonoxus f(ecit). *cf.* Bonx(s)us.

Bonsilexsis *nom. mul. barb.* Corp. XIII 62 (*Aquit.*) Bonsilexsi Sembexson⟨is f.⟩ uxori.

Bontar *nom. vir. barb.* Corp. XIII 342 (*Aquit.*) Bontar Hortarris f.

Bonten⟨...⟩ *nom. barb.* Corp. XIII 191 (*Aquit.*) Erge deo Bonten ⟨...⟩.

Bontobrice *v.* Baudobriga.

Bonucius *cogn. vir. celt.* Corp. XII 76 (*in Alp. Cott.*) Victoriae C. Corsius Quir. Bonucius v. s. l. l. m. *cf.* Bonouci.

Bonulfus, -ī *nom. vir. barb.* Greg. Tur. Mart. 2, 25 unus Bonulfus nomine, cui ... manus ambae cum uno pede contraxerant. *Ihm.*

bonus, -a, -um [*factum ex* dvonus, dvenos; *cf. adv.* bene *pro* dvene. *orig. inc.; sunt qui comparent c. gr.* δύνασθαι, *v. Froehde, Bezz. Beitr. 9 (1885) 111; alii c.* beare, *v. Osthoff, Morpholog. Unters. 4, 370. Th.*]. duonus (*cf.* Inscr. Dueni [Corp. I² n. 4] Duenos): Elog. Scip. Carm. epigr. 6, 2 (Corp. I² n. 9) duonoro. Carm. Sal. (Varro ling. 7, 26) 3 du⟨o⟩nus *bis.* Liv. Andr. carm. frg. 28 duona. Marcius carm. frg. 3 duonum. Paul. Fest. p. 67, 1 duonum bonum. Gloss. II 56, 56 duonus ἀγαθός. V 618, 25 duonus bonus (628, 15. 633, 61). Corp. VIII 10640 vone memorie. *cf.* Virg. gramm. epit. 13 p. 78, 21 bonum quod esset buonum. *idem hariolatur de nom. forma* bonis *pro* bonus: epit. 5 p. 41, 24. *nom. plur.* bonei: Cic. epist. 16, 18, 1 (dei bonei *M*, deilionei *FH*). Catull. 61, 232. *dat.*: boneis: Corp. I 1194. X 6009. *cf.* Plaut. Poen. 1216 *ubi* boneis *pro* bonis *cod. Ambr.* *pro comparativo* **melior,** -ius, -ōris [*quod cf. esse videtur c. gr.* μάλα μᾶλλον, μέλε *et c.* multus, *v. Osthoff, Zur Geschichte des Perfekts p. 450. Th.*]. meliosem: Carm. Sal. (Varro ling. 7, 26) 14. Paul. Fest. p. 122 (meltom *codd.*). meliosum (?): Carm. Sal. (Varro ling. 7, 26) 3. meliosibus: Paul. Fest. p. 264, 6. *de comparatione*: Varro ling. 8, 75 debuit dici ... bonius et malius, bonissimum et malissimum. nonne dicitur bonum melius optimum? 8, 76. Ars Bern. gramm. suppl. p. 77, 18 exigebat ... ⟨ae⟩qualitas ... bonus, bonior, bonissimus (*cf.* Comm. Einsidl. gramm. suppl. p. 233, 7 Char. gramm. I 113, 18 Mart. Cap. 3, 325) [bonissimae *in tit. falso* Corp. V 342*]. *positivus pro comp. apud eccl. v. Rönsch, Itala p. 442 sq.; cf. infra l. 78 sqq.* *compar. pro superl.* Oribas. syn. 6, 4 haec de omnibus urinis sunt melioris. *pro superl.* **optimus,** -a, -um [*originis parum certae. sunt qui ab* ops *vocabulo ductum esse putent, alii habent pro superlativo praepositionis* ob *op *gr.* ἐπί. *Th.*]. Scaur. gramm. VII 25, 1 optimus ab optione dicitur. *de sono vocalis in* -imus *vel* -umus *v.* Quint. inst. 1, 4, 8 medius est quidam u et i litterae sonus: non enim sic 'optumum' dicimus ut 'optimum'. *de forma* optumus *v. Brambach, Orthographie p. 108 sqq.; Stolz, Hist. Gramm. d. lat. Sprache § 171 p. 173 sqq.* Quint. inst. 1, 7, 21 optimus maximus ut mediam i litteram, quae veteribus u fuerat, acciperent, C. primum Caesaris inscriptione traditur factum (*cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 9, 3 Cassiod. gramm. VII 150, 14). Prisc. gramm. II 7, 16 Scaur. gramm. VII 24, 13 Vel. gramm. VII 49, 20 Mart. Cap. 3, 293. *in inscriptionibus Caesaris aetate apparent formae* optim-: Lex Iul. munic. (Corp. I 206) 143. Lex Urson. (Corp. II 5439 *a. 44 a. Chr.*) 66, 36 uti qui optima lege optumo iure (*sed* 67, 15 optuma lege). Mon. Ancyr. 2, 28. 4, 4. *sed et aetate imperatorum non rarae sunt formae in* -umus, *ex. gr.*: S. C. de aedif. (Corp. X 1401 *a. 44/46 p. Chr.*) optumi principis. Sent. procos. Sard. (Corp. X 7852 *a. 69 p. Chr.*) 9 optumi maximique principis (*Othonis*). Lex Salpens. (Corp. II 1963 *a. 81/4*) 2, 27 optumo (-e *tab.*) iure. Orat. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) socrus optumae. Cautio Phaonis (Corp. X 444 *aet. Domitiani*) 22 optumi principis. Test. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 3 ex lapide quam optumo (*bis; at* v. 8 ex lapide quam optimo). Corp. X 1962. 2064. 4203. XIV 23 optumo maximo. *praecipue in inscr. Hispaniae ex. gr.* Corp. II 28. 170. 261. *nota*: Corp. II 4291 marito optomo. *codicum nulla fere est in hac re auctoritas; itaque* Plauti *optimi habent formas* -umus *63ies*, -imus *27ies*; Ter. *8 : 1*, Cato *1 : 17*, Varro *2 : 27*, Verg. *4 : 15*, Sall. *semper* -u; Lucr. Hor. Prop. Ov. *semper* -i. obtimus: Corp. XI 3483 (obtuma). XII 2762. XIII 1863. 4078. 4353 *et saepe sic in mss.* opitumus: Corp. I 1016. VI 1715. 1958 b 2. opitimus: Corp. VI 2440. otum-: Corp. VI 11831. XI 3470. otim-: Corp. VIII 466. optummum: Corp. IV suppl. 5711c. *superl. pro posit.*: Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 494, 9 in terra bona vel, ut expressius dicamus, optima. quod enim graece ἀγαθόν, hoc latine optimum dicitur. *sic iam inde a* Ter. (*cf. Wölfflin, Latein. und roman. Comparation p. 58*). *cf.* Itala eccl. 4, 3 (Rufin. Orig. in num. 7, 3) et optimus est super hos duos (ἀγαθὸς ὑπὲρ τοὺς δύο τούτους, Vulg. feliciorem utroque). 4, 9 (Ambr. epist. 81, 3) optimi duo super unum (ἀγαθοὶ οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα, Vulg. melius est ... duos esse simul quam unum). *de etymologia*: Isid. orig. 10, 23 bonus a venustate corporis creditur dictus, postea ad animum translatum nomen. Gloss. bonus ἀγαθός, καλός. melior κρείσσων, καλλίων, βελτίων. optimus ἄριστος, κάλλιστος, βέλτιστος, ἀγαπητός. [bonus: *val.* bun, *ital.* buono, *francog.* bon, *hisp.* bueno. melior: *ital.* migliore, *francog.* meilleur, *hisp.* mejor. melius: *ital.* meglio, *francog.* mieux. *M.-L.*]

I ***de hominibus, deis***: **1** *de militibus, imperatoribus, sim. i. q.* fortis, strenuus: Paul. Fest. p. 84, 8 forctes, frugi et bonus sive validus. 102, 12 horctum et forctum pro bono dicebant (*cf.* 348, 15). Non. p. 462, 27 bonus et fortis ... dici potest. *cum substantivis*: Plaut. Capt. 68 domi duellique (belli- *cod.*) duellatores optumi. Men. 187 uter ibi melior bellator erit inventus cantharo (*cf.* Veg. mil. 2, 6 p. 40, 10). Enn. ann. 626 Vahl. bonus et liber populus (*cf.* Cato orig. 75 ap. Gell. 17, 13, 3 quin populi et boni et strenui sient. *cf.* or. frg. 5, 2 [Fest. p. 201] Sall. Catil. 20, 7 Iug. 67, 2 Cael. Cic. epist. 8, 9, 4 Liv. 4, 3, 16 Sen. epist. 22, 7. Cic. leg. 2, 35 bonis firmisque populis. Sall. hist. frg. 4, 7). Cato or. frg. 36, 2 (Prisc. gramm. I 88) imperator ... exercitum meliorem industriiorem facit (*cf.* Varro ling. 5, 87 Cic. Phil. 12, 8 *al.*). Lucil. ed. Marx 1349 ut veles bonus. Asell. hist. 5 nimis bonum imperatorem. Rhet. Her. 4, 46, 59 dicitur minus bonos imperatores a melioribus exercitus accipere solere. Cic. S. Rosc. 151 Verr. 6, 2. 4. 18. 26 Mur. 30. 79. de orat. 2, 187 imperator fortis ac bonus (*cf.* S. Rosc. 139 Verr. 4, 63. 162. 188. 5, 82 Rab. perd. 3 Catil. 2, 20 Sulla 11. 82 p. red. in sen. 3. 7 dom. 82. 125 Sest. 1. 9. 12. 39. 67. 76. 87 Cael. 14. 39 *passim.* Hor. epist. 1, 9, 13 Liv. 22, 59, 11 Quint. decl. 345 p. 363, 19 Lampr. Heliog. 8, 4). Sall. Catil. 60, 4 Hor. carm. 4, 8, 14 Tac. Agr. 39 hist. 4, 8 *saep.* Cic. Cluent. 128 miles (*cf.* Tusc. 2, 48 Tib. 1, 1, 75). Sest. 72 cohortes. Deiot. 24 equites (*cf.* ad Brut. 1, 2 [9, 8] 1 Veg. mil. 3, 18). Brut. Cic. epist. 11, 9, 1 multae et bonae et firmae ... legiones. Ov. ars 1, 24 hoc melior facti vulneris ultor ero. Tac. dial. 37 proeliatores. Veg. mil. 1, 15 sagittarii. 3, 14 de bonis ... iaculatoribus. 3, 9 duces *saep.* *sine substantivo*: Enn. ann. 446 Vahl. noenu decet mussare bonos qui facta[m] labore [e]nixi militiae (-am *codd*) peperere. Cato or. frg. 5, 2 (Fest. p. 201) maiores ... pretium paravere bonis atque strenuis. Sall. Iug. 67, 2 boni malique, strenui et imbelles (*cf.* Serv. Aen. 1, 195 bonum etiam pro forti dicit Sallustius). Tac. hist. 2, 23 inter adversa melior. 4, 67 fortuna melioribus adfuit. ann. 1, 49 quidam bonorum caesi ... pessimi quoque arma rapuerant. *saep.* bonus bello *sim. v. infra sub V 3.*

2 *de eis, qui in arte sua et negotio* perfecti *sunt*: Plaut. Bacch. 981 optumus sum orator (Enn. ann. 269 Vahl. spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Rhet. Her. 4, 45, 58 Cic. de orat. 1, 8 *saep.* Brut. 140. 185 opt. gen. 3 *saep.* fin. 1, 10 Sen. dial. 4, 17, 1 Plin. nat. 7, 100). Plaut. Mil. 667 expromam ... primarium parasitum atque obsonatorem optumum. 837 bono (*iron.*) suppromo et promo cellam creditam. 911 vates. Pseud. 805 optimus et carissimus *cocus.* Vid. 24 dare possum ... satis bonum operarium. Enn. ann. 480 Vahl. hortatore bono (Ov. Pont. 4, 12, 23). Lucil. ed. Marx 151 optimus multo ... gladiator qui fuit unus (*cf.* Cic. Phil. 2, 74). 271 saga et bona conciliatrix. 476 optimus vector (victor *codd.*). 1063 plenus bonus rusticus 1305 bonus ... agitator. Cato agr. praef. 2 maiores ... laudabant bonum agricolam bonumque colonum. 1, 4 de domino bono colono bonoque aedificatore (Cic. de orat. 2, 287 leg. agr. 2, 84 Sen. benef. 7, 32, 1 Colum. 8, 8, 1). Varro ling. 9, 17 boni poetae, maxime scenici, consuetudine subigere aures populi debent. *cf.* Cic. de orat. 1, 11. 2, 187. 2, 194 poetam bonum neminem ... sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam adflatu quasi furoris. orat. 183 Tusc. 5, 63 Att. 2, 22, 7 ad Q. fr. 1, 1, 46 Ascon. Scaur. p. 24 Mart. 1, 41, 11. 12, 63, 8. Quint. inst. 10, 1, 67. 10, 1, 89 ⟨si⟩ sit versificator quam poeta melior. Tac. dial. 10 mediocris poetas nemo novit, bonos pauci. Apul. flor. 16 p. 67 Porph. Hor. epist. 1, 19, 1. 2, 1, 213 (*cf.* 2, 1, 41. 2, 1, 232). Aug. civ. 1, 3 poeta magnus omniumque praeclarissimus atque optimus (*Vergilius*). Rhet. Her. 4, 4, 47 *nonnulli artifices* aliorum boni ⟨s⟩electores existimentur. Cic. de orat. 1, 8 boni senatoris prudentia. 1, 215 auctor ac senator bonus. Brut. 129 dom. 8 prov. 36 (Quint. inst. 10, 1, 74). de orat. 1, 150 stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister (2, 196. Rab. Post. 9 magister optimus). orat. 196 optimus auctor ita censet (Verr. 5, 102 Mur. 30 dom. 80 Phil. 1, 24 Tusc. 1, 26. 5, 57 div. 1, 122 leg. 2, 15. 3, 34 off. 3, 97. 113 Sen. dial. 7, 13, 2). Brut. 96 scriptor (Quint. inst. 10, 1, 104). 106 patronus (Catull. 49, 7). 257 *faber.* top. 4 tu optumus es testis, quam fuerim occupatus. S. Rosc. 58 accusator (89 Verr. 1, 98). Q. Rosc. 30 nemo enim ... a pessimo histrione bonum comoedum fieri posse existimaret. Verr. 5, 34 *iudex* 6, 65 Font. 22 Caecin. 65. Hor. carm. 4, 9, 40 bonus atque fidus. Sen. dial. 3, 16, 6 Quint. inst. 4, 1, 72 Cels. dig. 6, 1, 38 Apul. apol. 48. 54 *saep.* Cic. leg. agr. 2, 14 boni et fortes consules (*cf.* Rab. perd. 3 Mur. 4 Sulla 11 *et passim*). Cluent. 57 medicus. dom. 105 *pontifex.* Sest. 122 actor. Pis. 88 *legatus.* Phil. 2, 83 augur (*cf.* 2, 83. 5, 9). div. 1, 3. 29. 87. 2, 77. leg. 2, 32. 3, 43 (Verg. Aen. 6, 669). Tusc. 3, 69 *philosophus.* Att. 16, 2, 6 auditores. ad Q. fr. 1, 1, 5 gubernatores. Catull. 33, 10 furum optime balneariorum. Nep. Att. 13, 3 anagnostae. *ibid.* artifices ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apprime boni. HOR. sat. 1, 3, 125 sutor 1, 3, 130 cautor . . . atque . . . modulator. 1, 3, 132 opifex. SEN. contr. 2, 2, 9 declamator. benef. 2, 32, 1 lusor. epist. 73, 16 cultor (COLVM. 4, 3, 5). COLVM. 5, 1, 2 *venator.* 7, 3, 14 *pastor* (SVET. Tib. 32 boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. *apud christianos*: TERT. pudic. 7 pastor bonus Christus. 13 bonus pastor et benedictus papa. anim. 13 HIER. epist. 73, 9. 112, 8. 124, 2 *saep.* VVLG. Ioh. 10, 11 ego sum pastor bonus, ὁ ποιμὴν ὁ καλός *ter.* HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 279—280 pastor bonus est, qui habet secum pastorem optimum compascentem sibi). COLVM. 11, 2, 40 operarius. PLIN. nat. 3, 123 eporedias Galli bonos equorum domitores vocant. QVINT. inst. 1, 2, 15 praeceptor. *saep.* (TAC. dial. 34). 5, 13, 3 defensor. 5, 13, 10 advocatus. 6, 4, 10 altercator. IVV. 5, 158 mimus quis melior plorante gula? PLIN. paneg. 56 tam bonum consulem. *saep.* APVL. flor. 7 p. 26 artifices. mund. 34 baiuli. met. 1, 12 consiliator. 4, 12 secutor. 10, 12 *medicus.* HIL. trin. 1, 2 boni largitoris non esse. 1, 18 optimus . . . lector est, qui *sqq.* HIER. epist. 106, 3 interpretis. *nota*: APVL. met. 1, 7 quas (*lacinias*) boni latrones contegendo mihi (*asino*) concesserant.

3 *de uxore, marito, filio, servo, amico, sim.*: PLAVT. Amph. 590 miseria est s e r v o b o n o (Bacch. 775 Men. 966 Mil. 364 Most. 27. 721. 873 CIC. de orat. 2, 248 Mil. 58 CORP. IV suppl. 4719 TAC. ann. 6, 20. VVLG. Matth. 25, 21 serve bone et fidelis. 25, 23 *saep.*). PLAVT. Amph. 677 quam (*uxorem*) omnium Thebis vir unam esse optimam diiudicat. *sic saepe de mulieribus*: Aul. 135 optuma femina. 136. 139. Bacch. 1129 vetulae. Cist. 626. 705 Merc. 510. 512. 521. 824 Mil. 685. Persa 794 liberta. 798 Rud. 1114 Stich. 106. 110. Truc. 812 bona . . . custos. ENN. ann. 155 Vahl. trag. 41 mater, optumarum multo (-a *codd.*) mulier melior mulierum. TER. Eun. 37 *matronae.* Haut. 388 Hec. 739 Ad. 974. AFRAN. com. 7 ⟨h⟩aut facul, ut ait Pacuvius, femina invenietur bona. 52 CIC. inv. 1, 52 Phil. 3, 16. 17 epist. 6, 22, 3. 14, 4, 6. 15, 7, 8. CATVLL. 61, 19 virgo. 61, 186. 226. 89, 1 mater. 110, 1 amicae (ἑταῖραι). PVBLIL. A 20 LVCR. 3, 895 VERG. Aen. 10, 556 DIRAE 95. HOR. carm. 1, 27, 20 digne puer meliore flamma. 4, 1, 3 TIB. 2, 4, 45. 2, 6, 44 PROP. 2, 21, 16. OV. fast. 6, 415 anus optima. trist. 1, 6, 26 SEN. Phoen. 26 dial. 11, 1, 1. 11, 2, 4 noverca (*cf.* QVINT. decl. 327 p. 286, 22). rem. fort. 16, 1 TAC. Agr. 6, 43 ann. 13, 2. ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 18 socrus optumae. APVL. apol. 99. met. 1, 8 bona uxor et mala fortuna. 6, 3. 9, 33 o bona ancilla (Gallina *al.*). TERT. scorp. 7. VVLG. prov. 18, 22 qui invenit mulierem bonam (ἀγαθήν) invenit bonum (χάριτας). *saep. et saepissime in titulis sepulcralibus, ex. gr.*: CORP. VI 1958 b 2 femina opituma. 23297 uxsor fruge bona pudica. 28422. XI 3371. II 28 sorori optumae. IX 4818 collibertae. X 2064 coniugi (*cf.* 2754. 3472. XI 577. XII 350. XIV 3661. 3842). 4203 matri. XII 81 socrui. XIV 2921 filiae. PLAVT. Cas. 581 amicus optumus (*cf.* Merc. 674 Truc. 173 CIC. Tull. 22 APVL. met. 4, 16 CORP. II 1324. XII 1039. XIII 10026, 71 deus serba amicum bonum. XIV 2768). Merc. 621 sodalem. Mil. 1210 ero te carendum est optimo. 873. Trin. 1137 familiam optumam occupavit. TER. Phorm. 287 bone custos (*cf.* CIC. Verr. 4, 119. 6, 12 APVL. met. 2, 26). CATO agr. 14, 3 ab d o m i n o b o n o, qui bene praebeat, quae opus sunt et nummos fide bona solvat (*cf.* 14, 5 *bis* CIC. Cato 56 BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 4 PAVL. NOL. epist. 33, 7 p. 369, 16 bonus dominus *sc. deus. saep.*). MIM. inc. frg. 6 (Suet. Aug. 53) o d o m i n u m a e q u u m e t b o n u m (cf. SVET. Tib. 29 bonos et aequos et faventes vos habui dominos). SALL. Iug. 85, 5 intellego aequos bonosque favere *mihi.* TAC. Germ. 36 qui olim boni aequique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur. *de neutro v. vol. I p. 1041.* CIC. inv. 1, 51 vir (*i. q. maritus cf.* 1, 52 OV. epist. 2, 79). de orat. 2, 124 boni neque liberalis parentis (*cf.* 3, 3 Planc. 102 Deiot. 27. CORP. IX 2560 parentibus optum⟨is⟩. 2166). Verr. 6, 128 filius (*cf.* Phil. 9, 5 SEN. dial. 6, 24, 4 APVL. apol. 85 COMM. instr. 2, 15, 12 filios . . . rectos, corde bonos). CATVLL. 61, 232 bonei coniuges (*cf.* CORP. XIV 329 optumo coniugi. 2469. II 261. 501). 89, 3 patruus (APVL. apol. 98). NEP. Att. 13, 1 pater familias (*cf.* HOR. sat. 1, 4, 105 epist. 1, 14, 3 SEN. contr. 1, 7, 11. 2, 3, 11 SEN. epist. 64, 7 QVINT. inst. 11, 3, 178 decl. 256 p. 47, 20. 257 p. 49, 24 *saep.* PLIN. epist. 7, 25, 3 AFRIC. dig. 40, 4, 22 *et saep. apud ICTOS.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 132). HOR. epist. 2, 2, 132 bonus sane vicinus. LVCAN. 9, 1038 socer. TAC. ann. 13, 2 signum . . . optimae matris. APVL. met. 2, 1 optimi comitis. 3, 7 bonum hospitem parentemque. 4, 2 commilitoni (*cf.* 4, 11). CORP. II 1733 optumo patrono (*cf.* X 2453. XII 270. XIV 2364). II 2030 optumo patri (*cf.* IX 2855. X 325. 1493. XIV 3597). X 6227 liberto. XII 2762 contubernali (XIV 3920).

4 *de civibus*: **a** *i. q. patriae amans et legibus oboediens*: PLAVT. Persa 67 nam publicae rei causa quicumque id facit magis quam sui quaesti, animus induci potest, eum esse civem et fidelem et bonum. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170. VARRO Men. 265 oportet bonum civem legibus parere, deos (et eos *codd.*) colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. CIC. de orat. 2, 198 *et saep.* orat. 34 versaris . . . in optimorum civium vel flore vel robore. Brut. 2. 7 S. Rosc. 130. Verr. 4, 24 huius . . . crudelitati fidelissimos socios optimosque cives . . . traditos. 5, 82 *monumenta* omnibus viris fortibus et bonis (*opp.* improbis) civibus defendenda *et passim.* CAES. Cic. Att 10, 8ᵇ, 2 quid viro bono et quieto et bono civi magis convenit quam abesse a civilibus controversiis? SALL. hist. frg. 1, 12 pauci potentes . . . dominationes affectabant . . . bonique et mali cives appellati non ob merita in rem publicam omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus et iniuria rabidior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur (*cf.* CAES. civ. 3, 32, 3 qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerat, is et vir et civis optimus habebatur). NEP. Iph. 3, 2 bonus . . . civis fideque magna. LIV. 4, 57, 3 quem bonum civem secernere sua a publicis consilia? VELL. 2, 116, 4 VAL. MAX. 2, 6, 5. PS. SEN. extr. voc. 194 boni civis est non rem publicam sibi natam putare, sed se rei publicae. SCRIB. LARG. praef. p. 2, 24 QVINT. decl. 345 p. 363, 19 *saep.* TAC. ann. 6, 27 Aemilium genus fecundum bonorum civium. PLIN. epist. 4, 22, 2 tamquam homo Romanus et bonus civis in negotio suo mature et graviter loquebatur. APVL. met. 3, 5. CORP. XII 1853 optimo (2056 optumo). *cf.* XIV 373. AVG. civ. 1, 10 boni . . . Christiani (*i.* ὀρθόδοξοι; *cf.* 8, 27). 1, 10 extr. fideles (*cf.* 7, 1. 20. 8, 15). 3, 17 nec nobis . . . boni Romani prudentesque succenseant. **b** *inde*: *res optimae, partes bonae i. q. partes optimatium, optimates*: RHET. Her. 4, 35, 37 populi est officium res optumas et homines idoneos maxime suis sententiis . . . probare. CIC. Brut. 95 civis in rebus optumis constantissimus M. Octavius (Verr. 4, 41 Sull. 16. 71 dom. 142 prov. 46 Phil. 1, 2. 10, 6). Sest. 120 summus artifex . . . semper partium in re publica tamquam in scena optimarum. Cael. 13 quis civis meliorum partium aliquando? ad Brut. 2, 7 (9, 6) 3 NEP. Att. 6, 1 ASCON. Mil. p. 32. 53 (*cf.* Corn. p. 64 ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus *est*). GALLICAN. Avid. 14, 8 di faveant bonis partibus. AVG. civ. 3, 7 meliorum partium civilium Sulla defuit. SIDON. epist. 2, 4, 3 bonarum partium viros. CIC. de orat. 1, 1 in optima re publica (*cf.* ac. 2, 15 div. 1, 95 rep. 1, 70. 5, 7 leg. 1, 20. 2, 23 *saep.*).

5 *de viro bono* (*v. T. Sinko, de Romanorum viro bono, Acta Acad. Cracoviensis 36, 1903, p. 251—300*): **a** *in vita publica i. q. civis bonus* (*quod vide*): ELOG. Scip. Carm. epigr. 6, 2 (Corp. I² n. 9) honc oino ploirume cosentiont R⟨omane⟩ duonoro optumo fuise viro (*cf.* CIC. har. resp. 27 qui est optimus populi Romani iudicatus P. Scipio *Nasica.* fin. 5, 64). CATO agr. praef. 2 maiores nostri . . . virum bonum quom laudabant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque colonum. RHET. Her. 1, 12, 21 Caepio . . . cum viris bonis impetum facit (*cf.* 4, 13, 19. 4, 47, 60). CIC. Sest. 98 quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. hoc qui volunt, omnes o p t u m a t e s, qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur *eqs.* Att. 7, 7, 5 singulares sunt boni viri, verum in dissensionibus o r d i n e s bonorum et genera quaerenda sunt. *cf.* SALL. hist. frg. 1, 12 *supra l. 1.* CIC. Catil. 2, 19 magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam (*cf.* Sulla 1 Flacc. 57 p. red. in sen. 34. dom. 8 viri boni. *idem vocabulorum ordo*: 54. 55 Sest. 84 Pis. 33 Planc. 89. CIC. dom. 15 har. resp. 56 Sest. 2. 44. 87. 93. 105. 114. Vatin. 10 boni viri et boni cives. Cael. 77 civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum. Planc. 1. 68 Rab. perd. 37 Mil. 21. 94 Phil. 1, 30. 14, 8 epist. 1, 9, 14 *saep.* Att. 1, 13, 3 *saep.*). *omisso substantivo*: (*opp.* improbi, perditi) CIC. Catil. 1, 23 concita perditos cives, secerne te a bonis (*cf.* 1, 33. 2, 10. 3, 27 Sull. 10. 28. 41. 71. 79. 103 p. red. in sen. 12. 18. 27. 29 p. red. ad Quir. 11 dom. 5. 6. 16. 66. 87. 92. 95. 101 har. resp. 41. 60 Sest. 5. 33. 35. 43. 47. 52 *saep.* Cael. 14 Pis. 43. 45 Planc. 87. 88. 89 Mil. 5. 12. 21. 88. 94 Phil. 1, 37. 5, 6. 49. 6, 11. 7, 5. 18. 8, 16 salvi sint improbi, scelerati, impii; deleantur innocentes, honesti, boni, tota res publica. 10, 7. 13, 47. 14, 18 epist. 1, 9, 13 *saep.* Att. 1, 12, 1 *saep.*). Catil. 1, 32 polliceor . . . tantam in vobis (*senatoribus*) auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem. *sic saepius* senatus equites o m n e s q u e b o n i *vel* b o n i o m n e s *comprehenduntur, ex. gr.*: CIC. Catil. 1, 1. 5. 4, 22 Mur. 50. 52. 81 Sull. 9. 15. 21. 29. 31. 35 Flacc. 3. 5. 25. 102. 103. 105 p. red. in sen. 12. 17 p. red. ad Quir. 1. 18. 23 dom. 5. 9. 26. 56. 63. 76. 94. 96. 114. 122. 137 har. resp. 4. 5. 7. 22. 45 Sest. 1. 11. 17. 21. 24. 26. 27. 29. 36. 38. 49. 53. 70. 98 prov. 11. 43 Cael. 59 Pis. 4. 16. 21 Planc. 86. 95 Mil. 30. 41 Phil. 2, 29. 3, 30. 5, 42. 7, 7. 8, 11. 12, 23. 13, 21 epist. 1, 9, 10 *saep.* Att. 1, 14, 6 *saep. cf.* epist. 16, 2, 2 qui boni habentur (*opp.* improbi). Att. 2, 16, 2 qui appellantur boni (*cf.* 9, 2ᵃ, 3). 2, 19, 4 nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam s a t i s b o n o r u m (*cf.* 7, 7, 5). 8, 1, 3 subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis ⟨omnibus⟩ dissentire. 14, 10, 1. HIRT. Gall. 8, 22, 2 SALL. Catil. 19, 2. 21, 4. 30, 39. 33, 2 volentibus omnibus bonis argentum aere solutum est. 33, 4. 37, 3. 48, 4. 51, 27. 52, 13. 22 Iug. 85, 40. 48 or. Phil. 9. 13. 15. HOR. epist. 1, 16, 40 vir bonus est quis? qui consulta patrum, qui leges iuraque servat. LVCAN. 7, 19 *finis* bonorum. 8, 29 TAC. hist. 2, 7. 2, 23 humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat. 4, 43. 50 ann. 3, 44. 16, 26.

b *in iure*: HOR. epist. 1, 16, 40 vir bonus est quis? . . . quo multae magnaeque secantur iudice lites, quo res sponsore et quo causae teste tenentur. CATO agr. 144, 3 siquid redemptoris opera domino damni datum erit, id viri boni arbitratu deducetur (*cf.* 114, 2. 145, 3. 148, 1. 149, 2). CIC. off. 3, 77 cum is (*Fimbria*) sponsionem fecisset 'ni vir bonus esset' . . . ea res (*sc. viri boni titulus*) innume-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rabilibus officiis et laudibus contineretur (*cf.* VAL. MAX. 7, 2, 4). *inde et qui defenduntur et testes hoc titulo ornantur, ex. gr.*: CIC. part. 117 argumento etiam firmo, quia tamen saepe falsum est, posse recte non credi, viro bono et firmo sine vitio iudicis non posse non credi. Quinct. 66 viros bonos complures advocat. 67. S. Rosc. 23 T. Roscius, vir optimus (*cf.* 24. 104. 109 Q. Rosc. 17. 18. 19 Verr. 2, 28. 128. 4, 31. 56. 109. 146. 166. 183. 188. 5, 55 Font. 34 Caecin. 3. 6. 71 Cluent. 47. 77. 78. 87. 124. 136. 168. 198 leg. agr. 3, 13 Mur. 14. 53 Flacc. 52. 73. 86. 98 Sest. 9 Cael. 63 Balb. 7 Planc. 1 Scaur. 18 Rab. Post. 48 Mil. 4. 21 Marcell. 20 Lig. 36). *adversariis detrahitur*: CIC. Quinct. 11. 16. 19. 38. 51. 55. 94 Q. Rosc. 2 Cluent. 101. FRONTIN. aq. 125 viri ⟨boni⟩ arbitratu aestimata. AFRIC. dig. 3, 3, 78 non potest videri boni viri arbitratu litem defendere is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controversia deducatur. SCAEV. dig. 33, 1, 13, 1. 33, 1, 13, 2 VLP. dig. 32, 11, 8. 40, 5, 46, 3 *in formula* 'si tibi videbitur, peto manu mittas' ita ... hoc accipiendum 'si tibi quasi viro bono videbitur'. PAVL. dig. 3, 3, 77 omnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus est. 38, 1, 20, 1. GLOSS. iurispr. cod. Paris. pr. 1357 A βονὴρ βὴρ ἀρβητρείτη. ἀγαθοῦ ἀνδρὸς δοκιμασία.

c *in vita privata*: SEN. epist. 3, 2 sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos 'bonos viros' dicimus. QVINT. inst. 12, 1, 19 secundum communem loquendi consuetudinem ... amicos et bonos viros et prudentissimos (-tes *Gertz*) dicimus vulgo. *in salutatione et allocutione*: PLAVT. Capt. 954 age tu illuc procede, bone vir, lepidum mancupium meum. Cas. 724 bone vir, salve. Curc. 610. 708 Persa 778 Pseud. 1145 TER. Andr. 616. 846 Eun. 660. 850. 918. Ad. 556 quid ais, bone vir? :: quid, malum, 'bone vir' mihi narras? BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4 (9, 12), 3 Cicero, vir optime atque fortissime. SEN. epist. 88, 38 laudatio haec ...: 'o hominem litteratum'! simus hoc titulo rusticiore contenti: 'o virum bonum'! nat. 1 praef. 1 Lucili, virorum optime (*cf.* 3 praef. 1. 4 praef. 1. 6, 1, 1. 6, 32, 1 epist. 13, 16. 48, 4. 71, 6. 82, 8. 89, 18 benef. 6, 1, 1). benef. 4, 1, 2 GREG. M. epist. 9, 227 p. 219, 12. 9, 228 p. 222, 11. *in commendatione, commemoratione amicorum et virorum illustrium*: CAEPIO or. frg. Char. gramm. I 224, 21 Q. Albius, vir bonus est et vehementer idoneus. CIC. Q. Rosc. 18 nonne, quotiescumque in causa in nomen huius (*C. Pisonis*) incidisti, totiens hunc et virum bonum esse dixisti et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit (*cf.* Quinct. 24 div. in Caec. 56 Cluent. 198 Catil. 1, 21 Sull. 11 p. red. in sen. 3. 5. 9 har. resp. 15 Sest. 67. 76 prov. 39 Balb. 50 Pis. 34. 35 Planc. 19 Rab. Post. 13 Mil. 44. 74. 105 Phil. 2, 95. 3, 7. 6, 1. 7, 5. 6. 11, 21). Quinct. 24 vir bonus et cum primis honestus (*cf.* S. Rosc. 24 Verr. 2, 123. 2, 128. 4, 56. 109. 6, 157 Cluent. 198 Rab. perd. 27 Catil. 1, 21 har. resp. 56 Phil. 8, 16. 14, 8 epist. 12, 26, 21. 13, 7, 5. *multo frequentius est neutrum* 'bonum et honestum' *q. v. p. 2098, 71*). CIC. Lael. 18 concedant, ut viri boni fuerint *C. Fabricius, M'. Curius, Ti. Coruncanius* (*cf.* 19). VELL. 2, 13, 2 virum ... omnis aevi optimum. 2, 43, 4 viri in tantum boni, in quantum humana simplicitas intellegi potest. APVL. met. 7, 2. 9, 4 LAMPR. Comm. 1, 5 TREB. Gall. 14, 2. *sic saepissime in titulis magistratus hoc nomine ornantur*: CORP. IV 3 M. Mar(ium) aed(ilem) v(irum) b(onum). *cf.* 4. 5. 222. 295. 491. 2430 *et* IV suppl. 4999 aedilem bonum et munerarium magnum. *passim.* XIII 1668, 2 gloriosam esse relationem BB VV (*i. e. bonorum virorum*) QQ (*quinquennalium*) collegii n(ostri)). CIC. epist. 2, 14 M. Fadio, viro optimo et homine doctissimo. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 4 CIC. epist. 9, 24, 3. 12, 2, 3. 12, 6, 1. 12, 26, 1. 13, 1, 2. 13, 7, 5. 13, 7, 13 *Paetus* est honestus, gravis, plenus officii, bonus plane vir et cum virtutibus, tum etiam fortuna ... ornatus. 13, 9, 3. 13, 21, 11. 13, 25 *commendo* Hagesaretum ... gratum hominem et virum bonum (*cf.* 13, 29, 8. 13, 30, 1. 13, 51. 13, 53, 1. 13, 55, 2. 13, 77, 2. Att. 1, 19, 11. 1, 20, 7. 2, 1, 4. 4, 6, 1. 7, 4, 2). *sic semet ipsum laudat* CIC. epist. 2, 6, 4 si me memorem, si gratum, si bonum virum existimare potes (*cf.* 3, 10, 7 Att. 9, 11ᵃ, 3. 12, 21, 1 hic autem [*cf.* SALL. Catil. 43, 1] se etiam tribuere multum mihi putat, quod scripserit 'optimum consulem'. quis enim ieiunius dixit inimicus?). SEN. nat. 4, 2, 13 Balbillus, virorum optimus (*cf.* dial. 11, 2, 4. 11, 17, 4 epist. 30, 1. 62, 1). PLIN. epist. 1, 5, 5 Modesti, optimi viri (*cf.* 2, 1, 3. 3, 9, 36. 7, 7, 1. 7, 8, 2. 7, 11, 4. 8, 12, 1 *saep.*). CYPR. epist. 9, 1 de excessu boni viri, collegae mei, rumor. *viri boni officia*: PLAVT. Curc. 521 quando vir bonus es, responde quod rogo. Poen. 1389. CIC. leg. 1, 49 ut ... quisque maxume ad suum commodum refert, quaecumque agit, ita minime est vir bonus. fin. 3, 64 vir bonus ... utilitati omnium plus quam ... suae consulit (*cf.* off. 3, 55 Att. 7, 2, 4). epist. 7, 12, 2 ubi ... illa erit formula fiduciae 'ut inter bonos bene agier oportet'? (*cf.* off. 3, 61. 70, *ubi additur* et sine fraudatione). S. Rosc. 116 maiores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Sull. 6 etiam nocentis, si necessarii sunt, viri boni deserendos esse non putant. Verr. 4, 188 quod antea fuerit in consuetudine bonorum (Phil. 2, 7). *cf.* CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 1. TERT. nat. 1, 4 *obicere* nobis soletis: bonus vir Lucius Titius, tantum quod Christianus (*bis*). *respondet huic titulo laus adulescentis optimi*: PLAVT. Mil. 99 erat erus Athenis mihi adulescens optumus. Most. 21. 83 TER. Ad. 722. CIC. Verr. 3, 66 optumi nobilissumique adulescentis testimonium. 4, 159 bonus ac pudens. Cluent. 156 bonus et disertus. Mur. 54 ingenioso et bono. Flacc. 18 bonus, honesto loco natus, disertus. Cael. 10 (*opp.* homo nequam, *i. Catilina*). 61 Pis. 4 epist. 8, 9, 4. *cf.* COMM. instr 2, 5, 5 cumque deum nosti, esto bonus tiro, probatus. *nota* CATVLL. 37, 14 hanc (*Clodiam*) boni beatique (*i. e. belli et lepidi adulescentes, ut* PLAVT. Capt. 956 *l. 9*) omnes amatis. 37, 19 Egnati, opaca quem bonum facit barba. *cf.* 39, 10 (*v.* bellus).

d *i. q. hominis perfecti atque absoluti exemplar* (ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός): PLAVT. Capt. 956 fui ego bellus, lepidus: bonus vir nunquam neque frugi bonae. CATO ad fil. frg. 14 orator est ... vir bonus, dicendi peritus (*cf.* frg. 6). LVCIL. ed. Marx 929 in bonis ... est viris, si irati seu cui propitii sunt, ut diutius eadem una maneant in sententia (*cf.* 9). CIC. de orat. 2, 85 si vir ... bonus mihi videbitur esse (*orator*) obsecrabo (*cf.* 1, 204. 2, 184 *saep.*). Tusc. 5, 28 omnibus ... virtutibus instructos et ornatos recte sapientis et viros bonos dici (*cf.* fin. 2, 59). fin. 3, 11 velle bene audire ... a bonis ... viris (*cf.* Sest. 137 Phil. 5, 5). 3, 64 ut neque quisquam nisi bonus vir et omnes boni beati sint. div. 1, 66 philosophia vir bonus efficitur et fortis. leg. 3, 39 *ex iustitia* viri boni nominantur (*cf.* off. 2, 27). off. 3, 83 neque contra ius iurandum ac fidem amici causa vir bonus faciet. 3, 50 sapientem et bonum virum (*haec adiectiva saepius coniunguntur, ex. gr.*: SALL. or. Phil. 9, 1 CIC. Rab. perd. 29 p. red. in sen. 9 Sest. 137 Pis. 33 rep. 2, 51 Tusc. 5, 54. 109 Tim. 32 nat. deor. 2, 34 epist. 4, 7, 2 HOR. epist. 1, 7, 22. 1, 16, 73 AVSON. 363, 1). CIC. off. 3, 57 *nihil* simulabit aut dissimulabit. 3, 75 nihil cuiquam ... detrahet. 3, 81 cadit ... in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, praeripere, fallere? (*iterum ibid.*). parad. 15 bonus vir et sapiens et fortis (*i. Stoicorum* σοφός) miser esse nemo potest. PVBLIL. V 14 virum bonum natura, non ordo facit (*cf.* B 31. 41. 43 M 48. 63 V 22). HOR. sat. 1, 3, 32 at est bonus, ut melior vir non alius quisquam. epist. 1, 16, 20 neve putes alium sapiente bonoque beatum. 1, 16, 32 vir bonus et prudens dici delector (*cf.* ars 445). VITR. 6 praef. 6 artifices ... viros bonos instituebant. SEN. epist. 34, 3 scis quem bonum dicam? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit. 115, 3 si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam ... videremus, hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus *eqs.* dial. 1, 1, 1 multa bonis viris mala acciderent. *saep.* epist. 42, 1 scis quem nunc bonum virum dicam? huius secundae notae. nam ille alter fortasse tamquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur (*cf.* dial. 1, 6, 2. 8, 6, 4 epist. 11, 8. 25, 5). MART. 4, 5, 1 vir bonus et pauper linguaque et pectore verus (*cf.* 3, 38, 14. 12, 51, 2). QVINT. inst. 1, 2, 3 neque enim esse oratorem nisi bonum virum iudico (*cf.* 1, 2, 15. 33. *saep.*). 1 prooem. 9 qui (*orator*) esse nisi vir bonus non potest ideoque ... in eo ... omnes animi virtutes exigimus. 2, 16, 19 defendere amicos, regere consiliis senatum, populum, exercitum in quae velit ducere ... conveniat ... bono viro (*i.* ἀνδρὶ πολιτικῷ). APVL. Socr. 20 p. 67 nihil est ... deo similius et gratius quam vir animo perfecte bonus (*cf.* 23 p. 175). AVSON. 363 de viro bono.

6 *de homine bono*: PLAVT. Bacch. 1122 Chrysalus, optumus homo (*ironice*). Capt. 333 optumusque hominum es homo. 391. 886 Most. 719 Poen. 1214 Trin. 1069. 1070. CIC. fin. 1, 25 homines optimi non intellegunt totam rationem everti. rep. 1, 51 qui (*homines*) ignoratione virtutis ... opulentos homines et copiosos tum (et *al.*) genere nobili natos esse optimos putant. Flacc. 104 Lig. 32. epist. 16, 18, 3 Q. Ligurius ... bonus homo. QVINT. inst. 1, 7, 2 non bonum. MART. 12, 51, 2 tam saepe nostrum decipi Fabullinum, miraris Aule? semper homo bonus tiro est (*cf. francog.* bonhomme). PARTHEN. epist. CARM. epigr. 74 (*Romae, lib. reipubl.*) ossa hominis boni, misericordis, amantis pauperis. *sic saepe in titulis, ex. gr.*: CORP. II 1728 homo optumus. III 8721. 9414. 12067 homini bonó. V 562 bonus homo. IX 1302. 1826. 1847. X 7783. XI 6534 have Herme, homo bone. 4340.

7 bonus *pro substantivo* (*i. q. homo bonus*): PLAVT. Amph. 278 optumo optume optumam operam das. Mil. 763 bonus bene ut malos descripsit mores. Persa 479. Poen. 613 leno bonus est, nam similis malist. 634. 636 Rud. 1116 Stich. 99. Trin. 486 tute ut⟨i⟩ sis optumus, si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus. 1064 TER. Ad. 897. 951. TITIN. com. 159 quod rogas neminem decet bonum. VARRO Men. 404 ipse bonus iam pridem esses. CIC. inv. 1, 2 praecipiendo meliorem reddere. Flacc. 65 Phrygem plagis fieri solere meliorem. PVBLIL. M 8 malus est vocandus, qui sua est causa bonus. 9. 37 N 24 Q 30 SALL. Catil. 15, 2. HOR. epist. 1, 4, 5 quidquid dignum sapiente bonoque est. 1, 16, 49 sum bonus et frugi. SEN. dial. 5, 36, 4 admoneri bonus gaudet, pessimus ... asperrime patitur. *saep.* SCRIB. LARG. praef. p. 4, 19 eodem numero malus bonusque habetur. MART. 3, 38, 14 si bonus es, casu vivere ... potes *Romae.* 8, 38, 7 refert sis bonus, an velis videri. 12, 6, 12. 12, 36, 6 non es ... bonus ... *sed* optimus malorum. 12, 54, 2. QVINT. inst. 2, 15, 29 eam (*rhetoricen*) veram nisi iusto ac bono non contingere (*cf.* TER. Haut. 704 CIC. Pis. 35 rep. 3, 18 leg. 1, 41 fin. 2, 71 Lael. 13 off. 1, 20. 2, 42 HIER. epist. 127, 7 *bis.* 121, 8). 3, 8, 44 si quis bono inhoneste suadebit. *saep.* FRONTO p. 195, 18 N. qui esse quam videri bonus maluit. *saep.* APVL. apol. 3 bonus et innoxius quisque rudis et im-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peritas auris ad male audiendum habens. *saep.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 189. ITALA Luc. 18, 19 (Hil. trin. 1, 29) quid me dicis bonum? nemo est bonus nisi unus deus. HIL. ad Const. 2, 1 cum sis bonus ac religiosus (*cf.* 2, 4). VVLG. eccles. 9, 2 sicut bonus (ὁ ἀγαθός), sic et peccator (ὁ ἁμαρτάνων). *saep.* ISID. orig. 10, 23 eum ... dicimus bonum, cui non praevalet malum; eumque optimum, qui peccat minimum. *plur.*: PLAVT. Amph. 47 ut exprobraret, quod bonis faceret boni (Poen. 1216). 842 munifica sim bonis, prosim probis. 996. Aul. 719 tibi credere certum est. nam esse bonum ex (et *codd.*) voltu cognosco. Bacch. 118 mali sunt homines, qui bonis dicunt male. 397 illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. 400. 619. 660. 726. 1021 me meliorem fecit praeceptis suis. Capt. 234. 235ª ex bonis pessimi et fraudulentissimi fiunt. 358. 1034 ubi (*in comoediis*) boni meliores fiant. Men. 573. 575. Mil. 611 facilest imperium in bonis (-nos *Acidalius*). 1288. Most. 155 optumi quique. Poen. 39. 626 male loqui melioribus. 1389 Rud. 21. 28. 939. Trin. 78 omnis bonos bonasque adcurare addecet. 273. 299 Vid. frg. 15. ENN. trag. 271 bene bonis sit, male malis. *cf.* QVADRIG. hist. 79 *et formulam sepulcralem* CORP. VI 2268: b(onis) b(ene) *cum adn., sic saepissime. perscriptum* INSCR. Notiz. degli scavi 1880 p. 740 (*in vasculo*) bonis bene. ENN. trag. 304. TER. Eun. 1 placere ... bonis. Haut. 20 Ad. 688 ACC. trag. 214 LVCIL. ed. Marx 293. CATO or. frg. (Gell. 14, 2, 26) 51 si ambo (*altercantes*) pares essent, sive boni sive mali essent. RHET. Her. 4, 26, 36. 4, 47, 60 CIC. inv. 1, 4. 1, 5. 2, 36 optimo cuique perniciosissimum esse (de orat. 2, 56. 314. 3, 64 *saep.* SEN. dial. 1, 4, 8 *saep.*). de orat. 2, 35 laudare bonos (*opp.* improbos) ornatius. *saep.* Tusc. 4, 84 si et boni et beati volumus esse (*cf.* Pis. 42 Sest. 98 Tusc. 5, 35 Lael. 59 fin. 3, 76 CATVLL. 37, 14). nat. deor. 3, 79. rep. 1, 32 tum ... callidi sumus, non boni. Lael. 74 (*opp.* improbi) *et passim.* CATVLL. 108, 3 PVBLIL. B 25. SALL. Catil. 3, 2 gloria bonorum. 7, 2 *saep.* Iug. 10, 6. 57, 6 fama impari boni atque ignavi erant. HOR. carm. 1, 24, 9. OV. am. 3, 9, 35 rapiunt mala fata bonos. VELL. 2, 116, 5. PHAEDR. app. 6, 12 bonis favete, subdolis ite obviam. SEN. Herc. f. 252 sontibus parent boni. benef. 4, 28, 1 (*opp.* mali). *saep.* COLVM. 11, 1, 25 semper ... foveat bonos et sedulos, parcat etiam minus probis. PLIN. nat. 29, 28 auctoritatem pessimis boni faciunt. QVINT. inst. 1, 6, 45 consuetudinem ... vivendi consensum bonorum *vocabo.* TAC. hist. 2, 10 Vibius Crispus, pecunia potentia ingenio inter claros magis quam inter bonos. 2, 82 hortari bonos laude, segnes exemplo incitare. ann. 6, 22 creberrime tristia in bonos, laeta apud deteriores esse. *saep.* PLIN. epist. 4, 7, 3 minor vis bonis quam malis inest. *saep.* paneg. 44 praemia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. *saep.* FRONTO p. 232, 25 N. nullum ... inter bonos ac malos fortunarum discrimen erit? APVL. Plat. 2, 14 animas bonorum deamare. IREN. 4, 37, 2 naturaliter ... boni. COMM. instr. 1, 30, 17 terribilem legem malis bonis atque benignam. CAPITOL. Aur. 12, 2 fecit ... ex malis bonos, ex bonis optimos (*cf.* LAMPR. Alex. 65, 4) *et passim.* LAMPR. Alex. 31, 5 Alexandrum ... Magnum inter optimos et divos in larario ... consecravit. HIER. epist. 52, 5 in omni proposito, in omni gradu et sexu et boni et mali reperiantur malorumque condemnatio laus bonorum sit. *saep.* VVLG. Matth. 5, 45 solem suum oriri facit super bonos et malos (ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς). *saep.* AVG. civ. 1, 8 flagellum dei ad patientiam erudit bonos. *saep.* SVLP. SEV. chron. 1, 35, 1 *saep.* *nota*: DICT. 5, 14 adprobantibus consilium Aiacis multis bonis (*sc. principibus*).

8 *in allocutione et commemoratione honorifica* (*v. de viro bono p. 2083, 23 sqq.*): a PLAVT. Bacch. 1170 senex optime, quantumst in terra. Cas. 1 salvere iubeo spectatores optumos. ENN. trag. 235 salvete optima corpora. TER. Andr. 817 hospes. GRACCH. or. frg. Char. gramm. I 240, 16 Tiberium, fratrem meum optimum. CIC. de orat. 2, 10 carissime frater atque optime. *saep.* CATVLL. 28, 3 Verani optime. LVCR. 3, 206 quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus (*cf.* VERG. catal. 9 [11], 9 optime. HOR. sat. 2, 2, 1 boni. 2, 6, 51. 95 epist. 2, 2, 37 PERS. 3, 94. 6, 43 AVSON. 214, 9). VERG. Aen. 1, 555 te, pater optume Teucrum (3, 710). 8, 127. 10, 401. HOR. sat. 1, 5, 27 Maecenas optimus. 1, 6, 54 Vergilius. 1, 10, 82 Octavius. 2, 1, 2. 4, 5, 5 dux bone (4, 5, 37). epist. 1, 16, 1 optime Quincti. 2, 2, 1 bono claroque ... amice Neroni. ars 359 bonus ... Homerus. OV. trist. 5, 5, 13 PETRON. 42. SIL. 8, 269 bone dictator. 10, 567 STAT. silv. 1 praef. 2. 1, 2, 268 bona Cynthia. IVV. 4, 13 bonis Titio Seioque. 5, 109: APVL. met. 10, 2 lector optime. *et saep.* b *praecipue in commemoratione heroum, regum, principum*: ENN. ann. 30 Vahl. Capys optimus. 149 bonus Ancus (LVCR. 3, 1025). CATO or. frg. 10, 4 (Prisc. gramm. II 92, 2) rege optimo atque beneficissimo. CIC. Brut. 21 Deiotari fidelissumi atque optumi regis. rep. 1, 50. 2, 45 (VERG. Aen. 11, 294. 344. 353 STAT. Theb. 2, 460. IVV. 8, 260 regum ultimus ille bonorum, *Servius Tullius.* TAC. ann. 12, 10). VERG. ecl. 5, 61 amat bonus otia Daphnis. Aen. 1, 195 Acestes (SERV. *ad h. l.* hic largus vel liberalis). 4, 291 Dido. 5, 541 Eurytion. 5, 770 Aeneas (11, 106) MART. 4, 8, 9 Caesar (9, 42, 7). FRONTIN. aq. 64 providentia optimi diligentissimique Nervae principis. TAC. hist. 1, 16 bonum successorem ... bonum principem (*cf.* 1, 46. 2, 37 ann. 15, 66). PLIN. epist. 2, 13, 8 *et saepissime.* IVLIAN. dig. 1, 3, 11 *saep.* PLIN. epist. 10, 1, 2 imperator optime. *saep.* paneg. 2 quid tam civile, tam senatorium quam illud additum a nobis optimi cognomen (*Traiano; cf.* 88. *v. Fincke, de appellationibus Caesarum honorificis p. 46 sq. inde a Traiano saepissime in inscriptionibus; ex. gr.*: INSCR. numm. Cohen II 17, 1 sqq. p. 56 sqq. CORP. III 567, 3. 6. 13. 568, 3 optimus maximusque princeps ... Hadrianus. ACT. lud. saec. Sept. Sev. [Corp. VI 32326] 1, 17 CORP. IX 1455, 3. 5894. X 444, 22. 1401, 3. 7852, 10 TAB. aliment. Vel. [Corp. XI 1147] *passim*). SVET. Cal. 22 *Caligula* 'optimus maximus Caesar' vocabatur (*cf.* PAPIN. dig. 27, 1, 30 pr. optimi maximique principes nostri. 31, 78, 1. 5, 5, 8 pr.). SPART. Pesc. 8, 1 'optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus'. VOPISC. Aurelian. 42, 4 Valerianum ... cum optimus (*princeps*) fuerit, a bonis infelicitas separavit. *et saep.* AMM. 29, 1, 7 nuncupationem principis optimi. *saep.* CLAVD. 5, 262 dux optime (*cf.* 10, 334. 15, 35). HIST. Apoll. 15 bone rex et pater optime. *passim.*

9 *de deis* (*cf. Carter, Epitheta deor. lat. p. 112. 137*): PAVL. FEST. p. 122 in carmine Saliari Cerus manus intelligitur creator bonus (*cf.* VARRO ling. 6, 4). p. 125 mana bona dicitur, unde et Mater matuta. p. 146 Manuos in carminibus Saliaribus Aelius Stilo significare ait bonos. et inferi di Manes pro 'boni' dicuntur (dicantur *cod.*). CARM. Sal. (Varro ling. 7, 26) 3 es Sancus Ianis (*sic Maurenbrecher*, ian cusianes *codd.*) du⟨o⟩nus Cerus es du⟨o⟩nus Ianus. *ibid.* (*cf.* FEST. p. 244) po⟨tissimum⟩ meliosum recum (*i. deorum*). NAEV. carm. frg. 14 *Venus* patrem suum supremum optumum appellat (*cf.* ENN. ann. 192 Vahl. pater optime Olympi. LVCIL. ed. Marx 20 pater optimus divum. VERG. Aen. 5, 358 VAL. FL. 4, 65 HOMER. 572 STAT. Theb. 1, 651. 3, 556 *saep.*). PLAVT. Asin. 717. 719 ambae (*sc. Fortuna et Salus*) sunt bonae. Aul. 100 si bona Fortuna veniat (*cf.* TER. Hec. 406 AFRAN. com. 428 CIC. Verr. 5, 7 STAT. Theb. 11, 569 TAC. ann. 15, 17 FIRM. math. 2, 16, 1 CORP. XI 5611. *cf. infra l. 64*). PLAVT. Cas. 283 Mercurius. Epid. 539 di boni, visitavi ⟨...⟩ antidhac? *sic semper in parenthesi ante interrogationem vel exclamationem*: CAECIL. com. 54 di boni, quid illud est pulchritatis! 280. TER. Andr. 338 di boni, boni quid porto. Eun. 225 Haut. 254. Ad. 440 ⟨o⟩ di boni (*cf.* CIC. Brut. 288 Tusc. 5, 19. 117 Cato 69 Att. 1, 16, 5. 14, 9, 2. 14, 21, 1). CASS. SEV. or. frg. Quint. inst. 11, 1, 57. CIC. Brut. 65 Mil. 59 Phil. 2, 20. 80. 5, 14. 25. 10, 7 Tusc. 1, 97 Att. 1, 14, 4. 4, 19, 2. 6, 6, 4. 8, 16, 1. 15, 29, 1. epist. 16, 18, 1 dei bonei. ad Brut. 2, 7 (9, 6) 3 Q. CIC. pet. 9. SALL. or. Phil. 3 pro di boni, qui (*cf.* SEN. contr. 1, 6, 1 VELL. 2, 106, 1). SEN. contr. 1, 4, 2. 7, 2 (17) 1 VAL. MAX. 3, 5, 1 SEN. dial. 2, 18, 2. 6, 16, 2 QVINT. decl. 299 p. 182, 10 PLIN. paneg. 10 FLOR. epit. 1, 22, 56 FRONTO p. 72, 14. 75, 8 N. AVR. Fronto p. 4, 19 N. GELL. 2, 2, 8 APVL. apol. 94 met. 3, 9. 9, 12. 23. 10, 2. 20 VOPISC. Prob. 12, 6 (23, 4) MACR. sat. 3, 17, 11. *nota*: SCRIB. LARG. 84 et, o bone deus, hi sunt ipsi. *aliter* RVFIN. hist. 5, 20, 7 deus bone (ὦ καλὲ θεέ), in quae me tempora reservasti. CIC. nat. deor. 3, 84 in quibus (*mensis*) cum more veteris Graeciae inscriptum esset 'bonorum deorum' (*cf.* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). HOR. carm. 4, 2, 38 fata ... bonique divi. 4, 5, 1 divis orte bonis. AVG. civ. 8, 18 homines, ut commendentur diis bonis, daemonibus uti debeant advocatis (8, 19. 20. 21 *saep.*). APVL. Socr. 15 p. 150 bona cupido animi bonus deus est. *ibid.* eudaemonas dici beatos, quorum daemon bonus, id est animus virtute perfectus est (*cf.* AVG. civ. 6, 4. 9, 11). PS. APVL. Ascl. 27. TERT. test. anim. 2 deus bonus, deus benefacit. scorp. 5 pudic. 2. 10. adv. Marc. 2, 6 penes deum Marcionis irrationaliter bonum. HIER. epist. 39, 2 bonus est deus, et omnia, quae bonus facit, bona sint necesse est. VVLG. psalm. 105, 1 confitemini domino quoniam bonus (χρηστός *cf.* HIER. epist. 106, 67). *et passim.* CORP. XII 5686 (*in vasculo*) Hector Deo Bono. *nota*: EPIST. imp. Constant. Migne 13, 559ᶜ voluntate Optimi (*sc. dei*). 13, 561ᴮ suffragio Optimi. PLAVT. Rud. 231 Spes bona, obsecro, subventa mihi (*cf.* AVSON. 343, 10). 261 bonam atque obsequentem deam (*Venerem*). 305 (*cf.* CATVLL. 61, 44 HOR. carm. 1, 33, 13). ENN. ann. 492 Vahl. optima caelicolum Saturnia (*cf.* VERG. Aen. 1, 734 bona Iuno. 12, 179 VAL. FL. 4, 542 LAMPR. Diad. 7, 7). TER. Eun. 324 cui (*homini*) magis bonae Felicitates omnes adversae sint! ACC. trag. 240 o Dionyse, pater optime (*cf.* OV. trist. 5, 3, 35 bone Liber). LVCIL. ed. Marx 240 bonus Iuppiter (*cf.* SEN. contr. 7, 1 [16] 15 pro bone Iuppiter. PERS. 2, 22 PS. QVINT. decl. 16, 5. 16, 9 FLOR. Verg. p. 187, 15). SCIP. mai. or. frg. Gell. 4, 18, 3 eamus hinc protinus Iovi optimo maximo gratulatum. *cf. ex. gr.* AEM. PAVL. or. frg. Val. Max. 5, 10, 2. CIC. dom. 144 te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, precor. div. in Caec. 43 si quid ex vetere ... aliqua oratione 'Iovem ego optimum maximum' ... aut aliquid eiusmodi ediscere potueris. VAL. MAX. 1 praef. prisci oratores ab ... Iove optimo maximo bene orsi sunt. TERT. nat. 2, 13 Iovem optimum vulgo appellatis. *adde* CIC. S. Rosc. 31 Verr. 5, 64. 66. 67. 69. 70. 71 *saep.* nat. deor. 2, 6, 4. 3, 8, 7 *et passim.* PS. SALL. in Tull. 7 NEP. Hann. 2, 3 LIV. 1, 13, 7 *saep.* SEN. contr. 9, 2 (25) 9 SEN. dial. 7, 26, 6 PLIN. nat. 28, 15 TAC. hist. 3, 72. 4, 58 PLIN. paneg. 1. 8. 52 SVET. Iul. 79 LAMPR. Alex. 18, 7. *saepissime in titulis, ex. gr.*: ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 103 bovem m⟨a⟩rem Iovi optimo maximo proprium. *ibid.* 105. ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32328) 3, 77 I(uppiter) o(ptime) m(axime). *sic passim per compendium, ut*: CORP. X 1572 Iovi o(ptimo) m(aximo). CATVLL. 64, 23 heroes, salvete, deum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genus, o bona matrum progenies. VERG. Aen. 12, 777 tu ... optima ... Terra. CIRIS 356 Pax (*cf.* AVSON. 343, 7). OV. epist. 19, 215 bona numina (*cf.* CALP. ecl. 1, 91 STAT. Theb. 7, 29 AVG. civ. 1, 3. 3, 25). met. 4, 38 Pallas, melior dea (*cf.* CALP. ecl. 1, 73 VAL. FL. 2, 369. 6, 676 SIL. 6, 24. 15, 15 STAT. silv. 2, 2, 153 Theb. 2, 80. 6, 278). fast 4, 412 *Ceres*. SIL. 2, 240 bone ianitor urbis. STAT. Theb. 10, 163 Apollo (*cf.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. [Corp. VI 32328] 3, 8). APVL. met. 6, 15 Providentiae. FIRM. math. 2, 16, 1 Bonus daemon (agathos daemon). *ibid.* 2. PS. HIL. dedic. eccl. p. 883[B] bonorum spirituum laudatione (*cf.* AVG. civ. 5, 7 *saep.* GLOSS. III 167, 57 bonus genius ἀγαθὸς δαίμων). VVLG. II Macc. 11, 6 angelum (ἀγαθὸν ἄγγελον). 15, 23. AVG. civ. 5, 9 angelorum ... seu bonorum, quos angelos dei dicimus, seu malorum, quos angelos diaboli vel etiam daemones appellamus (CORP. VI 142 d). Bona Dea *v. p. 2070, 66*, Bonus Eventus, Bona Mens, Bonus Puer, Bona Valetudo *al. v. sub subst.*

10 bonus et optimus (*v. Sinko, de Rom. viro bono p. 13 sq.*): AVR. Fronto p. 39, 11 N. bone et optime magister vale (*ceterum 14ies* optime magister). APVL. Plat. 2, 21 eundem sapientem optimum nominat (*Plato*) ac bonum (καλὸν κἀγαθόν). met. 8, 9 boni ... et optimi consules. TERT. pudic. 2 pr. deus ... bonus et optimus. adv. Marc. 4, 16 hoc est dei optimi et tantum boni (*cf.* 1, 6. 2, 2. 4, 36 adv. Hermog. 2). VVLG. Tob. 7, 7 quia boni et optimi viri filius es (ὁ τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ ἀνθρώπου υἱός). *cf.* VVLG. Iudith 12, 14 omne quod erit ... bonum et optimum, faciam. Luc. 8, 15 qui in corde bono et optimo (ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ) audientes verbum retinent. *nota*: HIST. Apoll. 14 *ubi legendum* bone rex ⟨et pater⟩ optime, *ut* 15. 17. 20 *saep.*

11 *i. q. benignus, benevolus alicui*: PLAVT. Amph. 992 filium bonum patri esse oportet. Asin. 129 bene merenti mala es, male merenti bona es. Capt. 939 qui (*servus*) mihi melior quam sibi semper fuit. Mil. 1365 Trin. 635. ACC. trag. 651 multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt (benevoli *Stueremburg*). CATO agr. 4 vicinis bonus esto. CIC. de orat. 3, 139 Critias ... Alcibiades ... civitatibus ... suis non boni, sed certe docti atque eloquentes. VERG. ecl. 5, 65 sis bonus o felixque tuis. Aen. 12, 647 vos o mihi manes este boni. VAL. FL. 1, 675 tua numina, rector, iam fuerint meliora mihi. PROP. 2, 18, 22 Cupido huic malus esse solet, cui bonus ante fuit. OV. rem. 761 me certe Sappho meliorem fecit amicae. Ib. 275 nec tibi sit tumidis melior Neptunus in undis. MELA 3, 28 *Germani* tantum hospitibus boni. COMM. apol. 542 voluit nobis bonus esse. VVLG. thren. 3, 25 bonus (ἀγαθός) est dominus sperantibus in eum. TER. Phorm. 767 dum nimium dici nos bonos studemus et benignos. HOR. sat. 1, 2, 51 munifico esse licet, vellet bonus atque benignus esse. FRONTO p. 85, 22 N. tam fratri bonus ac benignus. FIRM. math. 1, 2, 2 bonos, benignos ac modestos. VVLG. II Macc. 15, 2 virum bonum et benignum (ἄνδρα καλὸν κἀγαθόν). *nota*: ITALA Luc. 8, 15 (cod. f) in corde bono et benigno (ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ). SEN. Herc. f. 1334 ipse Titan Cerberum meliore vultu vidit. MART. 4, 1, 4 semper et hoc vultu vel meliore nite (*cf.* IVV. 4, 104). EDICT. imp. Nerv. Plin. epist. 10, 58, 9 quem fortuna imperii vultu meliore respexit. STAT. Ach. 1, 897 corda ... huc adverte libens atque has bonus accipe voces (*cf.* PAVL. NOL. epist. 32, 6 p. 281, 26). COMM. instr. 2, 24, 1 quid te bonum fingis alieno vulnere. *cf.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 7 bona stella (*opp.* maligna).

12 *i. fere q. locuples, dives*: PLAVT. Capt. 583 est miserorum, ut malevolentes sint atque invideant bonis (*cf.* SALL. Catil. 37, 3). Curc. 475 in foro infimo boni homines atque dites ambulant. Men. 573. CIC. Att. 8, 1, 3 bonorum, id est lautorum et locupletium. rep. (1, 31 *del. Baiterus*) 1, 51 *homines* ignoratione virtutis ... opulentos homines et copiosos ... optimos putant. off. 2, 27 bona in foro venderet et bonorum virorum. Q. CIC. pet. 53 equites et viri boni ac locupletes. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668, 2, *a. 48 p. Chr.*) bonorum ... virorum ac locupletium. PLIN. nat. 6, 66 *Indorum* res publicas optumi ditissimique temperant. CORP. V 532 (*Tergeste, saec. II*) adm⟨it⟩tendo ad bonorum communionem et usurpation⟨em⟩ Romanae civitatis et optimum et locupletissimum quemque. AMPEL. 49, 2 optimus et locupletissimus quisque ... in re publica plurimum valeret. CORP. XIV 2795 (*Gabiis*) hoc pietatis suae adfectu exornet et meliorem faciat ordinem n(ostrum). MOD. dig. 26, 7, 32, 4 cum ex hac venditione melior factus non est. VITA Cypr. 19 numquam aliquis quamvis ex bonis et sacerdotibus ad passionem venisse memoratur. LEX Sal. capit. 1, 9 tunc vicini illi ..., qui meliores sunt ... minofiidis vero.

brastae *οἱ βράσται.* Apvl. mund. 18 *terrae motus* qui subsiliunt excutientes onera et recuperantes directis angulis, brastae vocantur. *cf.* brasmatiae. *Ihm.*

Bratananium, -ī *statio Raetiae.* Tab. Peut. 4, 3 Bratananio. *cf. Ihm, PW. III 820.*

bratea *v.* brattea *l. 40.*

? **Brateo** *nom. vir. hispan.* Corp. II 2835 (*Numantiae*). *Jacobsohn.*

bratheus, -a, -um *a* bratt(h)ea. *i. q. aureus*: Ven. Fort. vita Germ. 13, 43 ut bratheum aurum sererent et post messores accederent aurolentam per segetem. *Münscher.*

brathy, -ys, *τὸ βράθυ.* *herba*: Scrib. Larg. 154 brathys p. X̶ I. Plin. nat. 24, 102 herba Sabina, brathy appellata a Graecis, duorum generum est, altera tamarici folio similis, altera cupresso *eqs.* Ps. Apvl. herb. 85 brathy ... Itali herbam Sabinam *dicunt.* Oribas. eup. 2, 1 B 9 brathi. *formae vulg.*: Diosc. 1, 85 de brathios. bratios braton multi dicunt (Gloss. III 536, 59 bratios i. herba Sabina). Gloss. III 580, 36 brateos. 553, 37 bratheos (617, 53. 619, 20). 543, 21 brateus (608, 50. 587, 64). 553, 48 braton (617, 63). *incertum num huc pertineant* Gloss. III 543, 70 braci⟨...⟩. 543, 55 bratiuas quod supra (*praecedit* 543, 54 balaustia flores malae granatae, *at paulo supra* brateus savina). *Ihm.*

bratium *v.* bracis.

Brato veteranus Inscr. Rhen. Bramb. 115 (*apud Batavos*).

braton *v.* brathy.

Bratronos *nom. celt.* Corp. XIII 1388 (*in Aquitania*), *v. adn. Jacobsohn.*

brattea (-ctea), -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. Isid. orig. 16, 18, 3 bractea dicitur tenuissima lamina *auri*, ἀπὸ τοῦ βρεμετοῦ, qui est ὀνοματοποιὸν crepitandi ἀπὸ τοῦ βράχειν lamina (*'sic scripsi e codicum vestigiis' Lindemann*). Prob. app. gramm. IV 198, 16 brattea non brattia. brattia *legimus* Plin. nat. 21, 6 *in GE.* bractea: Gloss. IV 602, 6. Verg. Aen. 6, 209 *in Gudian.* Apvl. met. 10, 30. 11, 16 Hil. syn. 89 (*bis*) Hier. epist. 64, 15 Vvlg. exod. 39, 3 Pavl. Nol. carm. 25, 125 Anth. 916, 7 Isid. orig. 16, 18, 3. -tth-: Gloss. V 171, 6. 7. 8. 492, 38 (barathea). bratea: Prvd. c. Symm. 1, 436 *in u.* branzia: Gloss. IV 407, 13. 594, 29. V 593, 16 brantia vel branzia. *v.* bratteum.

lamina cuiusvis materiae, praecipue auri: Gloss. II 31, 17 brattea πέταλον (521, 50). V 652, 47 brattea petalum id est lamina aurea (Schol. Prud. c. Symm. 1, 436). 403, 76 bratt[an]ea lamina. IV 26, 38 auri lamina (V 171, 6. 493, 8). V 492, 38 barathea lammina auri. 272, 22. 443, 27 auri lammina seu deaurata. IV 407, 13 tenuis auri lamina (432, 11. 594, 29. V 171, 7. 593, 16). V 171, 8 bratthea auro similis, sed non verum aurum. IV 594, 15 *et* 602, 6 *confunditur cum* blatta, *v. p. 2050, 81.* *auri* (*cf. Blümner, Technologie IV p. 307; Mau, PW. III 820*): Lvcr. 4, 727 tenvia ... obvia cum veniunt, ut aranea bratteaque auri. Verg. Aen. 6, 209 talis erat species auri frondentis opaca ilice, sic leni crepitabat brattea (-ctea *Gudian.*) vento. Ov. ars 3, 232 aurea quae splendent ornatu signa theatro, inspice: contemnes, brattea ligna tegit. Pavl. Fest. p. 105 ipsilles (*Bugge*, ipsullices *sim. codd.*) bratteae in virilem muliebremque speciem expressae. Plin. nat. 21, 6 P. Claudius Pulcher bratteas (-ttias *GE*) ... etiam philyrae (*in coronis*) dedit. 33, 61 *auri* unciae in septingenas quinquagenas pluresque bratteas quaternum utroque digitorum spargantur. crassissimae ex iis Praenestinae vocantur. 33, 62 proxima brattea quaestoria appellatur. 33, 65 ut possit *aes* ... inductas accipere bratteas. 33, 100 cum aera inaurentur, sublitum *argentum vivum* bratteis pertinacissime retinet, verum pallore detegit simplices aut praetenues bratteas. 37, 106 quae (*sardae*) brattea aurea sublinuntur. Mart. 8, 33, 6 derasa est ungue ministri brattea, de fulcro quam reor esse tuo. Apvl. met. 10, 30 mālum ... bracteis inauratum. 11, 16 puppis intorta chenisco bracteis aureis vestita. Tert. idol. 8 p. 37, 1 si bratteam expresseris. Porph. Hor. ars 202 orichalco ... quod ⟨a⟩es simillimum bratteae aureae est. Vopisc. Aurelian. 46, 1 aurum per varios bratteaum, filorum et liquationum usus perire. Hil. syn. 89 timeo aurum bracteae, quia me fallere possit interius. ... haec est ... secundum essentiam similitudo, si massa massae consimilis non fallat in bractea. Avson. 407, 2 hoc me velut aerius bratteae fucus ... oblectat (= Symm. epist. 1, 32, 2). Hier. epist. 64, 15 auri laminae, id est bracteae, mira tenuitate tenduntur. Vvlg. exod. 39, 3 incidit ... bracteas aureas (*τὰ πέταλα τοῦ χρυσίου*) et extenuavit in fila. Prvd. c. Symm. 1, 436 mollis ... brattea (*sic m*, bratea *u*) gypsum texerat (Pavl. Nol. carm. 25, 125 fulva leves ... plantas *Herodiadis*). Mart. Cap. 9, 909 caput *Harmoniae* auri coruscantis bratteis comebatur. Sidon. carm. 23, 53. Anth. 916, 7 an auri ex ipsa magis est bractea flava coma? *nota*: Mart. 9, 61, 4 vellera nativo pallent ubi (*sc. in Baetica*) flava metallo et linit Hesperium brattea viva pecus. *in imagine*: Sol. praef. 2 *libro* si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei (*om. al.*) inesse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam bratteas eloquentiae deprehendes. *aliorum metallorum et materiarum*: PLIN. nat. 17,46 *columbina marga* sole et gelatione ita solvitur, ut tenuissimas bratteas faciat. 33,25 alii bratteas infercire leviore materia propter casum tutius gemmarum (*sc. in anulis*) sollicitudini putant. 34,94 *aes coronarium* in uncias (*sc. singulas*) additis auri scripulis senis praetenui pyropi bratteā ignescit. 37,105 tertium genus est *sardae*, quod argenteis bratteis sublinunt. SOL. 37,13 hammochrysos harenis auro intermixtis nunc brattearum, nunc pulveris habet quadrulas. *ex ligno confectae* (*'Holzfournier'*; *cf. Blümner, Technologie II p. 328*): GLOSS. II 570,22 bratea tabula ductilis. PLIN. nat. 16,232 ut una arbor saepius veniret, excogitatae sunt et ligni bratteae.

derivata: bratteum, bratteus (-theus), brattealis, bratteatus, bratteola (-atus), bracteoli (?), brattiarius.

brattealis, -e *a* brattea. *i. q. auratus*: PRVD. perist. 10,1025 auro frons coruscat hostiae setasque fulgor brattealis (-ate- *pars codd.*) inficit.

bratteatus, -a, -um *a* brattea. *proprie*: *bratteis ornatus, auratus*: SEN. epist. 41,6 speciosus *leo* ex horrido ... praefertur illi languido et bratteato (*sc. auratā iubā*). MART. CAP. 1,75 divi auro tinctam caesariem comasque crederes bratteatas (brate- *β*). SIDON. epist. 2,10,4 vers. 8 bratteatum ... lacunar. 8,8,3 gestatorias. *transl.*: *opp. solido ex auro, solidus, sincerus, verus, i. q. fucatus, simulatus*: SEN. epist. 115,9 omnium istorum, quos incedere altos vides, bratteata felicitas est. *sicuti auratus, aureus i. q. pulcher, egregius*: AVSON. 419,18 o mentis aureae dictum bratteatum.

bratteola, -ae *f. a* brattea *deminutive*. *lamella aurea*: IVV. 13,152 sacrilegus qui radat inaurati femur Herculis ..., qui bratteolam de Castore ducat. ARNOB. nat. 6,21 Iovem ... ex aere bratteolis ... fucatum (fug- *P*, *opp.* aureum). LAMPR. Alex. 44,9 in templis ... auri ne guttulam quidem aut bratteolam posuit. PRVD. psych. 335 bratteolis (*r*, brate- *cet.*) crepitantia lora et solido ex auro ... axem. perist. 12,49 bratteolas (*pu*, brate- *cet.*) trabibus sublevit, ut omnis aurulenta lux esset intus ceu iubar sub ortu. VEN. FORT. Mart. 2,289 regali veste satelles, tectus bratteolis. 3,513 valvas sculptas bratteolis (bracte- *P*). GLOSS. V 8,21 *pro corrupta voce* bretendum *Löwe scr.* bracteolam *pro novo lemmate habens. v.* bracteoli.

bratteolatus, -a, -um *a* bratteola. *bratteolis aureis ornatus*: LYD. mag. 2,4 χλαμύσι ... βραττεολάταις ἀντὶ τοῦ χρυσοπετάλοις.

brattero *v.* blatero *p. 2049,20.*

bratteum (-cteum), -ī *n. i. q. brattea*: GLOSS. II 406,27 πέταλον b⟨ra⟩tteum flaminum (?) lamme (bratteum flaminium lamina *a*). CASSIOD. gramm. VII 179,4 bratteum, latebrae (MARTYR. *ibid.* -um *P*, -am *N*). PS. FVLG. RVSP. serm. 11 p. 871[D] stratis quodammodo purpuratis aurata bractea crepitabant. *Münscher.*

bratteus *v.* bratheus. **bratthea, brattia** *v.* brattea.

Brattia, -ae *insula orae Dalmat.*; *cf. Patsch, PW. III 821.* PLIN. nat. 3,152 capris laudata Brattia. ITIN. Anton. Aug. p. 519,4 TAB. Peut. 6,3. RAVENN. p. 408,2 Brazia. STEPH. BYZ. Βρεττία νῆσος ἐν τῇ Ἀδρίᾳ ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον. ταύτην Ἐλαφοῦσσαν Ἕλληνες, οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανός, ὡς Πολύβιος τὸ θηλυκὸν ἐπὶ Βρεττιανὴν τόπων. νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται (ET. MAGN. p. 608). *cf.* βρέντον *sub* Brundisium. *Jacobsohn.*

brattiārius (bl-, -earius), -a, -um *a* brattea. *qui brattias exprimit, facit*: GLOSS. II 406,28 πεταλουργός b⟨r⟩attearius. III 371,21 bracharius πεταλοποιός. 502,21 petalopoius brachiarius. CORP. VI 9210 aurifex brattiar(ius). *pro subst.* **brattiārius**, -ī *m. et* **brattiāria**, -ae *f.*: COD. Theod. 13,4,2 (*a. 337*) artifices artium ... ab universis muneribus vacare praecipimus ...: deauratores fusores blattiarii tessellarii aurifices (*cf.* COD. Iust. 10,66 (64),1 *ubi add.* blattearii id est πεταλουργοί). FIRM. err. 4,21,6 facit *Venus* ... aurifices inauratores bratiarios (brac- *M*, bratiatorios *P*) argentarios. CORP. VI 95 concordiae collegi brattiariorum inauratorum. 6939 A. Septicius A. l. Apollonius brattiarí(us) Septicia A. l. Rufa brattia(ria). 9211 C. Fulcinius C. l. Hermeros brattiarius Fulvia Melema ... brattiaria. *Münscher.*

bratula *v.* brittola.

bratus, -ī *f. arbor Asiae cupresso similis, quem describit* PLIN. nat. 12,78 (*acc.* bratum). 1,12,39 bratus arbor. *Ihm.*

Bratuspantium, -ī *oppidum Bellovacorum.* CAES. Gall. 2,13,2 in oppidum Bratuspantium. *cf. Ihm, PW. III 822.*

Braucones, -um *gens.* CORP. XIV 2947 (*temporibus Commodi*) equitum Brauconum.

braugina *v.* baruina. **bravifer, bravīum** *v.* brab-.

Braulio, -iōnis *ecclesiae Caesaraugustanae* episcopus CONC. Tolet. IV a. 633 Mansi 10,643[A]. V a. 636 Mansi 10,657[A]. VI a. 638 Mansi 10,671[D] ISID. epist. 2,3 *al. cf.* EVG. TOL. *ind. s. v.* *Braulionis opera ed. Migne 80, 649 sq.*

Braundutius, -ī *nom. gent.* CORP. III 7220 (*Deli*) Braundutius L. l. Aristippus.

Brauniacum *v.* Brovonacae.

Braunius, -ī *nom. gent.* CORP. V 6570 add. Braunius Primigeni f. Vale(...).

Bravonium, -ī *oppidum Ordovicum Britannicorum.* ITIN. Anton. Aug. p. 484,8 Bravonio (*al. codd.* Bravinio). *cf. Hübner, PW. III 822 et* Branogenium.

Braurōn, -ōnis (Βραυρών) *locus Atticae regionis in Boeotiam vergens* (SCHOL. Stat. Theb. 12,515). *v. Milchhöfer, PW. III 822.* FEST. p. 258 quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod ... ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piraeo, Sunio. MELA 2,46 Thoricos et Brauronia olim urbes iam tantum nomina. PLIN. nat. 4,24 Steria, Brauron, quondam oppida. STAT. Theb. 12,615 gelidum Braurona.

1. brāx *v.* braca. **2. brax** *v.* blax *p. 2052,41.*

Brazaca *nom. hom., ut videtur* CORP. VI 14652.

Brea *cogn. mul. afric.* CARM. epigr. 1615,28.

Brecantia *v.* 1. Brigantium.

Breccius (-ī) *nom. gent.* CORP. II 1730 G. Breccius Secundianus.

Breccus *v.* Briccus.

? dec(urio) **Brectenus** IIvir. flamen CORP. XII 17. *nomen loci corruptum.* *Jacobsohn.*

brectum (-ī) *n.*, βρεκτόν. PELAGON. 24 quae infra ostendimus, ipsi Cappadoces brecta (abrepta *cod.*) appellant, quae sunt talia (*Hippiatr. gr.* βρεκτῶν σκευασία). *eadem vox latere videtur*: CHIRON 951 brecummanticum (*sic cod.*, brectum antiquum *Buecheler*). *Ihm.*

Brediacum, Bretiacum *sim. sub* Bedriacum.

Bredo *cogn. vir. celt.* CORP. XII 3851 M. Mogovius Bredo.

bredum *v.* bridum. **Bregant-** *v.* Brigant-. [*Jacobsohn.*

Bregentio, Bregetio, Bregitio, Bregius *v. sub* Brig-.

1. bregma *n.* PLIN. nat. 12,27 fiunt ... semina cassa et inania *olivae*, quod vocant bregma sic Indorum lingua significante mortuum (1,12,14).

2. bregma, -tis *n.*, βρέγμα (*i. q.* βρεχμός). MARCELL. med. 1,20 ad dolores capitis ... maxime eius partis, quam bregma Graeci appellant. ORIBAS. syn. 4,20 lactes inutiles sunt capiti praeter his, qui bregma habent (κεφαλῇ, εἰ μή τις ἰσχυρὰν ἔχοι πάνυ). 5,20 anterioris partis cappitis, quod Greci bregma vocant.... ovi vetellus ... super bregma impositus. 6,6 lana infusa et bregmati superposita. *Münscher.*

Bregmenī (-ōrum) *gens ad Pergamenam iurisdictionem pertinens* PLIN. nat. 5,126 Bregmeni.

Bregnana *urbs Persarum.* TAB. Peut. 12,2 RAVENN. p. 52,13. *cf. Weissbach, PW. III 826.*

? **Bregontius**, -ī *cogn.* CORP. V 3729 (*Veronae, periit*) P. Ruti-l(io) Bregontio. *lectio tota corrupta.*

breialo *v.* bigardio.

Breierophara *statio Thraciae.* ITIN. Burdig. p. 603,1. *cf. Oberhummer, PW. III 826.*

Bremenium, -ī *castellum Britanniae*; *cf. Hübner, PW. III 827.* ITIN. Anton. Aug. p. 464,3 a Bremenio. RAVENN. p. 434,13 (PTOL. 2,3,7 Βρεμένιον). *adi.* **Bremeniēnsis**, -e. CORP. VII 1037 explo(ratorum) Bremen(iensium). 1037. 1030.

Bremetennacum, -ī *castellum Brigantium Britannicorum*; *cf. Hübner, PW. III 827.* NOT. dign. occ. 40,54 Bremetennaco (bremetenraco *codd.*). ITIN. Anton. Aug. p. 481,5 Bremetonaci (bremetonnaci *Vatic.*). RAVENN. p. 431,3 Bresnetenaci veteranorum. *adi.* **Bremetennacēnsis**, -e. CORP. VII 218 n(umeri) Sar⟨mat(orum)⟩ Bremetenn(acensium).

Bremia *statio Britanniae.* RAVENN. p. 427,4; *cf. Hübner, PW. III 827.*

Bremōn, -ontis (Βρέμων) *nom. serv.* CORP. VI 9728 Bremonti.

Bremūsa, -ae *cogn. mul.*, Βρέμουσα; *cf.* Bremon. CORP. VI 20862 Iuniae Bremusae. 27418 Tilliae Bremusae. X 2215 (*Puteolis*) Calpurniae Braemusae.

? **Brena**, -ae *nom. mul.* CORP. VI 13633 (*periit*) Brenae Secundae L. Coccius Chrysanthus coniugi.

Brendesium, Brendisīnus *v.* Brundisium.

Brendice *oppidum Thraciae ad viam Egnatiam situm*; *cf. Oberhummer, PW. III 828.* ITIN. Anton. Aug. p. 322,1. p. 331,8 Brizice. ITIN. Burdig. p. 602,11 Berozicha. TAB. Peut. 8,4 Brendici (Brenzici ?). RAVENN. p. 373,6 Brindice. p. 183,5 Brentice (Guid. p. 535,16 Prindice). *cf.* Brundisium.

Brenia, -ae *nom. mul.* (?). CORP. XIV 4155 (*Ostiae*) Brenia Fortunatae coniugi.

Breniton *v.* Bergintrum. **Brennicus** *v.* Brennus.

? **Brennon** *nom. vir.* NOT. Tir. 115,37.

Brennus, -ī *nom. vir. celt.*; *cf. Wilcken, PW. III 829*; *Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 501.* *dux Gallorum, qui a. f. 387 Romam ceperunt*: PROP. 4,10,41 ducis Virdomari. genus hic Brenno (*sic Itali*, Rheno *codd.*) iactabat ab ipso. LIV. 5,38,3 Brennus, regulus Gallorum. 5,48,8 FEST. p. 568. SIL. 4,150 ipse tumens atavis Brenni se stirpe ferebat Crixus. 4,280 SERV. Aen. 6,826. 7,717. 8,652 HEGES. 3,24,9 PRVD. c. Symm. 2,562 CLAVD. 15,126. 26,432 OROS. hist. 2,19,5 SIDON. carm. 2,526 *et saepius* NEPOTIAN. 21,4. *dux Gallorum in Graeciam inrumpentium c. a. 280 a. Chr.* (*cf. Niese, PW. III 829*): CIC. div. 1,81 Brenno ... eiusque Gallicis copiis. PROP. 3,13,51 torrida sacrilegum testantur limina Brennum. LIV.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

38, 16, 1 LIV. perioch. 38 FLOR. epit. 2, 11, 3 IVST. 24, 8, 11 *et saepius.* *alii*: CORP. XIII 677 (*Burdigalae, saec. I, bis*) Brennos. 10010, 352 (*nomen figuli*) Brennos. *cf.* HIER. epist. 130, 7 Brennus nostri temporis. *adi.* **Brennicus,** -a, -um. SIDON. carm. 7, 561 Brennica signa. *Jacobsohn.*

Brentesium *v.* Brundisium.

brenthos ὁ βρένθος. *avis*: PLIN. nat. 10, 204 aquaticae brenthos (ventos *codd.*) et gavia. *Ihm.*

Brentice *v.* Brendice.

Brenturia, -ae *nom. mul.* CORP. III 14368, 24 (*in Norico*) (A)eli(a) Brenturia. *cf.* Brundisium. *Jacobsohn.*

Breones, Breonensis *v.* Breuni.

brephotrophium, -ī *n.*, βρεφοτροφεῖον. GLOSS. IV 211, 25 brefotrofium locus venerabilis, in quo infantes aluntur. COD. Iust. 1, 2, 22 pr. brephotrophia (*cf.* 1, 2, 19). *cf.* CONC. Constant. a. 536 Mansi 8, 909^C^.

brephotrophus, -ī *m.*, βρεφοτρόφος. COD. Iust. 1, 3 *tit.* de episcopis et clericis et orphanotrophis et brephotrophis (*cf.* 1, 3, 41, 20. 1, 3, 45, 3). NOVELL. Iust. 7, 5 pr. xenodocho aut nosocomo aut brephotropho aut abbae. *Ihm.*

bresith *verbum, a quo genesis incipitur,* בְּרֵאשִׁית. HIL. in psalm. 2, 2 bresith verbum hebraicum est. id tres significationes in se habet, id est et in principio et in capite et in filio. sed translatores septuaginta in principio ediderunt ceteris diverse transferentibus. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 3, 25. p. 4, 6 apud Hebraeos liber hic bresith vocatur, hanc habentes consuetudinem, ut voluminibus ex principiis eorum nomina imponant. ISID. orig. 6, 1, 4 *liber* primus est Bresith, id est Genesis.

Brēsius, -ī *nom. gent.* CORP. V 7480 (*Industriae*) Tertio Bresio Autonis f. VIvir ... Salvius f. VIvir Marcus f. VIvir. **Brēsasius,** -ī *nom. gent.* INSCR. Herzog, Koische Forschungen nr. 113 *Τίτος Βρησάσιος Στρηνίων.*

Bresnetenaci *v.* Bremetennacum.

Bretan-, Brettan- *v.* Britann-. **Bretina** *v.* Brundisium.

Brettia, 1. Brettii *v.* Brattia. **2. Brettiī** *v.* Bruttii.

Breucī, -ōrum *gens Illyrica Pannoniae inferioris; cf. Patsch, PW. III 831; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 525.* PLIN. nat. 3, 147 Saus per Colapianos Breucosque, populorum haec capita *fluit.* SVET. Tib. 9 *bello* Pannonico Breucos et Dalmatas subegit. *saepe in titulis* cohortes Breucorum *commemorantur. velut* CORP. XIII 8313 Sassaius Liccai f. miles ex coh. VIII Breucorum. CORP. V 875 (*Aquileiae, a. p. Chr. 105*) coh. I Breucor(um). II 4136 (*Titi temporibus*). CONST. veteran. 73 (*a. 166*) p. 1991 int. 10 *cohors* I Breuc(orum). CORP. XIII 6213 praef. coh. III Breu. III 11929 coh. I Bre(ucorum). 10668 (*in tegulis*) coh. VII Br(eucorum). *cf. Cichorius, PW. IV 257.* *indicatur domus*: CORP. III 11150 Baebi Marius et Vlp(ius) Breuci. TAB. cer. Dac. 7 (Corp. III p. 940) int. 7 Dasius Breucus (extr. 19, 24 Dassius Breuci). CORP. III 4377 Scilus Batonis f. Breucus equ(es). INSCR. Rhen. Bramb. 159 Marcinus Surconis f. Breucus mil. ex coh. VIII Breuc(orum). CORP. XIII 7801/2 Dasmenus Dasi f(ilius) Breucus mil(es) ex coh(orte) VIII Breuc(orum). *cf.* CORP. VIII 20150. SIL. 4, 223 Labarumque Padumque et Caunum et multo vix fusum vulnere Breucum.

Breucus, -ī *nom. vir.* CONST. veteran. 98 p. 2212 int. 11 Lucconi Treni f. Dobunn(o) et Tutulae Breuci filiae uxori eius. CORP. XIII 7510 ⟨B⟩reucus Blaeda⟨ri filius⟩ miles ex coh. I Panno(niorum) natione Breucus. XV 5378 (*in vasc.*) Breuci L. Noni. VIII 21041 Licco Burnionis f. Panno⟨nius eq.⟩ coh. ... Breucus Landionis f. *Jacobsohn.*

Breucomagus *v.* Broc-.

breve *subst. v.* brevis *p. 2173, 75. 2177, 77. 2179, 74. 2181, 7.*

brevellus, -a, -um *a* brevis *deminutive.* VIRG. gramm. epist. 3 p. 131, 25 super qua re in epitomis pridem brevellas licet, varias tamen (*sc. sententias vel sim.*) addidimus. *Münscher.*

Breves *oppidum Aethiopiae secundum Iubam* PLIN. nat. 6, 179.

brevia, -ium *n. v.* brevis *p. 2178, 24. 2181, 7.* [*Jacobsohn.*

breviālis (-e) *a* brevis. RVFIN. symb. 3 brevialis ... sermo symboli.

breviārius, -a, -um [*a* brevis *vel* breve *nomine substantivo. Th.*]. GLOSS. II 270, 21 διὰ βραχέων διηγούμενος brebiarius. 312, 17 ἐπιτομος breviarius. NOT. Tir. 4, 41^b^. SCAEV. dig. 33, 8, 26 rationibus breviariis. VIRG. gramm. epit. 5 p. 26, 1 epitomam. epist. 3 p. 148, 26 breviarius quidam sermo. 4 p. 156, 7 expositiones.

neutr. pro subst. **breviārium,** -ī. *cf. Wölfflin, Archiv 12 (1902) 341.* GLOSS. ἐπιτομή (II 502, 58 brebiarium). *cf.* epitoma. NOT. Tir. 4, 41^c^ *et* 41^d^. SEN. epist. 39, 1 vide, ne plus profutura sit ratio ordinaria quam haec, quae nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum latine loqueremur summarium vocabatur. PLIN. nat. 7, 97 hoc est breviarium eius (*sc. Pompei Magni*) ab oriente. 18, 230 ut pariter omnis culturae quoddam breviarium peragatur. SVET. Aug. 101 tertio *volumine* breviarium totius imperii *complexus est.* Galba 12 dispensatori breviarium rationum offerenti. Vesp. 21 perlectis epistolis officiorumque omnium breviariis. gramm. 10 *Ateius Sallustium* breviario rerum omnium Romanarum ... instruxit. TERT. orat. 1 ut revera in oratione breviarium totius euangelii comprehendatur. ITIN. Alex. 2 itinerarium ... pro breviario superscripsi. PLIN. med. praef. p. 7 ut undique valitudinis auxilia contraherem et velut breviario colligerem (AMBR. Tob. 1, 1 AVG. epist. 141, 1). EVTR. 1 tit. breviarii ab urbe condita liber primus. RVF. FEST. tit. breviarium rerum gestarum populi Romani. SYMM. epist. 6, 65 (66), 1 breviario addito. PAVL. NOL. epist. app. 2, 14 *sententia euangelii* ad totius iustitiae breviarium dominico ore profertur. AVG. epist. 185, 6 breviarium eorum (*gestorum*) tibi legi forsitan poterit. coll. c. Don. 1 praef. isto breviario cuncta complecti. ZACCH. 2 praef. CASSIAN. inst. 4, 43 quoddam ex his breviarium colligam. LEO M. epist. 113, 3 breviarium fidei, quod te misisse significas, necdum ad me ... pervenisse. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 251, 9 huius ... libri ... quoddam breviarium facimus. ISID. fid. cath. 2 praef. breviarium praecedentis libri ... salvatoris nostri nativitatem ... explicuit.

synonyma: (breviatio *cf. infra l. 25*, breviculus, brevis, -e, compendium), epitoma, (logarium, rationarium, ratiuncula), summarium.

breviātim *adv.* [*a* breviare. *Th.*]. ISID. eccl. off. 2, 23, 5 de totis ... scripturis haec breviatim collecta sunt ab apostolis.

breviātio, -ōnis *f. a* breviare. *i. q. abbreviatio, minutio.* *temporis*: AVG. epist. 199, 29 quod dictum est de dierum breviatione propter electos (*cf.* brevio *p. 2171, 4*). 199, 30. 31. *dictorum, scriptorum*: AVG. epist. 139, 3 mihi fuit breviatio gestorum collationis nostrae satis operosa. gest. Pelag. 33, 57 ut tamquam pro gestorum illorum breviatione ista charta usquequaque discurreret. quaest. Simpl. 1, 2, 19 qua consummatione atque breviatione latro iustificatus est. PS. BASS. gramm. VI 307, 1 *tit.* breviatio pedum (*i. q. breviarium*). *numerorum* (*cf.* brevio *p. 2172, 3*): AVG. epist. 199, 20 ipsa ... breviatio si eo modo intellegenda est, ut pauciores *anni* fiant, ultra eos diem domini venire non patitur, sed ... intra eos .... non igitur ista breviatio turbat computatorem.

breviātor, -ōris *m. a* breviare. *is qui compendium facit.* AVG. cons. euang. 1, 2, 4 Marcus eum (*Matthaeum*) subsecutus tanquam pedisequus et breviator eius videtur. 1, 3, 6 non ... habuit tamquam breviatorem coniunctum Lucas, sicut Marcum Matthaeus. OROS. hist. 1, 8, 1 Pompeius historicus eiusque breviator Iustinus. NOVELL. Iust. 105, 2, 4 ut nec ipsis liceat praevaricari nec his, qui vocantur breviatores (βρεβιάτορσι), adulterari aliquid horum.

breviculus, -a, -um *a* brevis *deminutive.* *de homine*: PLAVT. Merc. 639 canum, varum, ventriosum, bucculentum, breviculum. *de rebus*: FRONTO p. 146, 16 N. coturnicum ... pinnis breviculis. APVL. met. 1, 11 grabatulus. *de tempore*: APVL. met. 6, 25 breviculo ... tempore refectos. *pro subst.* **breviculus,** -ī *m. i. q. brevis (subst.), breviarium*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 p. 615^A^ accepto breviculo, in quo militum nomina continentur (ISID. orig. 1, 23, 1). AVG. retract. 2, 39 huius operis titulus est: breviculus collationis cum Donatistis (*cf.* coll. c. Don. 1 praef. quae et in isto breviculo ... adnotantur). ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 23 magdaliola illa, quae promisistis, spero, ut cum observationis breviculo dirigi iubeatis.

brevigerulus qui breve (*i. epistolam*) gerit GLOSS. *Scaliger* V 592, 40 *ex Osberno p. 76^b^.* *a* breve *et* gerere.

breviloquēns, -ntis *a* brevis *et* loqui. CIC. Att. 7, 20, 1 breviloquentem iam me tempus ipsum facit.

breviloquentia, -ae *f. a* breviloquens. CIC. rep. 5, 11 (Gell. 12, 2, 7) breviloquentiam in dicendo colat.

breviloquis (-e) (-quus?) *a* brevis *et* loqui. GLOSS. II 260, 5 βραχυλόγος breviloquis (-us *cod.*). 570, 26 breviloquis (*sic b,* breloquis *a*) qui pauca loquitur.

breviloquium, -ī *n.* [*cf.* βραχυλογία. *Th.*]. *brevis sermo*: SERM. Migne 13 p. 650^D^ quolibet breviloquio demonstrandum ... vobis est. SERV. Aen. 1, 561 regum esse breviloquium ..., feminarum verecundiam. 10, 16 ut superioribus personis det breviloquium, econtra inferiori potestati prolixam orationem. FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 6 in quibus ... resudat ... Aristotelis sillogismaticum breviloquium. CASS. FEL. praef. p. 1, 4 ut ... dogmata in breviloquio latino sermone conscriberem [1 p. 3, 2 *ubi citatur* Hippocrates ... in aforismis, *supra scripsit* g^c^ in breviloquio]. SCHOL. Hor. Vind. ars 50 tota latinitas breviloquio gaudet. PRISC. gramm. II 325, 8 iuniores ... gaudentes breviloquio per concisionem ea protulerunt.

synonyma: (brachylogia, breviloquentia, brevitas).

opp.: prolixa oratio, (longiloquium, multiloquium), verecundia.

brevio, -āvī, -ātum, -āre [*a* brevis *vel* brevius. *Th.*]. GRAMM. suppl. 12, 6 *sqq.* similiter ... humilio et brevio ... a nominibus comparativis humilior et brevior vel magis ab adverbiis, quae sunt humilius et brevius derivantur. *primum legitur apud* MANIL. (*semel*), *deinde quater in* QVINT. inst., *frequentius demum inde a saec. III* (*deest* TERT. Vind. I; *semel* AVG. civ.). GLOSS. II 260, 6 βραχύνω. 352, 32 κολοβῶ urbeio. *in brevius redigere.*

I *de tempore* (*cf.* brevis *I*): MANIL. 3, 434 ex illa (*Libra*) totidem per partes sic breviantur *signa* Lanigeri ad fines. ITALA Dan. 9, 24 (Tert. adv. Iud. 8) LXX hebdomadae breviatae sunt super plebem tuam (VVLG. abbreviatae, συνετμήθησαν). I Cor. 7, 29 (Hier. epist. 22, 21) tempus breviatum est (VVLG. breve est; συνεσταλμένος ἐστίν. TYCON. 5 p. 60, 13 PAVL. NOL. epist. 25, 7. CANON. Migne 56, 436^C^ poenitentiae. ANTH. 159, 5 artis prolixae. AVG. serm. 47, 16 messis. CARM. cod. Petav. 15, 12 [= INSCR. christ. Leblant I 218] tempora

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vitae). LACT. inst. 7, 16, 10 tunc annus breviabitur et mensis minuetur et dies in angustum coartabitur (epit. 66, 6. VVLG. prov. 10, 27 anni impiorum, ὀλιγωθήσεται). epit. 22 (27) 5 vita hominum breviata ... est (ANTH. 198, 77 breviat fatum, propagat gloria). HIL. c. Const. 1 breviandi dies propter electos dei (VVLG. Matth. 24, 22 *bis*; κολοβωθήσονται. Marc. 13, 20 (*bis*) Iob 17, 1 AMBR. in psalm. 43, 6. 43, 8 PS. AMBR. act. Seb. 17 AVG. epist. 199, 19. 20. 30. SIDON. epist. 4, 15, 3 autumnus iam diem breviat). CORP. V 8987, 6 (*a. 362/3*) cursum fiscalem breviatis mutationum spatiis fieri. PAVL. NOL. carm. 27, 13 breviatas cogit hiems horas. ZACCH. 3, 8. AVG. epist. 199, 29 ipsa (*quae fiunt in diebus*) dicta sunt breviari. LEO M. serm. 71, 2 tridui moram ... breviavit *Iesus*. VEN. FORT. carm. 7, 12, 70 tempora longantur, sed breviatur amor. *speciatim in scribendo, dicendo*: QVINT. inst. 1, 9, 2 *paraphrasi* et breviare quaedam et exornare. 5, 13, 41 callide quid. ITALA Rom. 9, 28 (Gaudent. serm. 15 p. 953[C]) verbum breviatum faciet ... dominus super terram (= VVLG. *cf.* Is. 10, 23 λόγον ... συντελῶν καὶ συντέμνων. AVG. civ. 17, 5 verbum consummans et brevians faciet dominus super terram. *cf.* HIER. epist. 120, 10 RVFIN. symb. 1 AVG. serm. 42, 1 discipl. 2, 2 quaest. Simpl. 1, 2, 19 spir. et litt. 36, 64 epist. 189, 2 CASSIAN. c. Nest. 6, 3, 3 *et* 4 FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36 PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 43). CYPR. domin. orat. 28 omnem precem nostram salutari sermone breviavit *deus*. *nota imag.* CYPR. unit. eccl. 15 cum spei et fidei nostrae viam conpendio breviante *dominus* dirigeret. LACT. epit. praef. 4 et diffusa substringere et prolixa breviare. epit. 5, 4 testimonia, quia breviare non poteram, praetermisi. TYCON. 4 p. 31, 16 cetera quae ... specie breviante (uerbiante *V*) ... occultantur. VEG. mil. 3, 9 artis bellicae commentarios ex probatissimis auctoribus breviatos. PS. AVR. VICT. epit. tit. *in codd. Gudianis*: libellus ... breviatus ex libris Sex. Aurelii Victoris. PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 552[C] haeresim Arianam subtili compendio breviatam. VVLG. II Macc. 2, 24 nos uno volumine breviare (ἐπιτεμεῖν). 2, 27 hoc opus breviandi causa (τῆς ἐπιτομῆς) suscepimus (SERV. gramm. IV 449, 7). 2, 32 brevianti (τὴν μετάφρασιν ποιουμένῳ) concedendum est. 10, 10 breviantes (συντέμνοντες) mala quae in bellis gesta sunt. HIER. in Gal. 5, 17 p. 502 praecepta ... uno caritatis sermone breviata. epist. 65, 7 breviatum euangelii strictumque sermonem (in Abd. 1 p. 364 GENNAD. vir. ill. 52 RVFIN. symb. 22 PAVL. NOL. epist. 35. 38, 1). AVG. discipl. 6, 5 videte, quomodo plus breviatum est. gramm. V 494, 2 tit. ars ... breviata. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 5 ea quae de sacris voluminibus breviata congessimus. OROS. hist. 1, 12, 1 praeterire plurima, cuncta breviare. CASSIOD. gramm. VII 144, 17. IORD. Rom. 114 a nonnullis iam usurpatum esse breviatumque opus. GREG. M. epist. app. 3, 3 p. 467, 7 ut scripta nostra ... narratio breviata succingeret. BENED. reg. 11 aliquid de lectionibus breviandum est. 20 brevietur oratio. *technice apud grammaticos de syllabis i. q. breviter pronuntiare*: QVINT. inst. 12, 10, 57 breviavit ... secundam eius nominis syllabam. PS. CENS. frg. 15. NON. p. 503 ab eo quod est fervit, breviato accentu fervĕre facit. HIER. in Tit. 3, 9 brevia producentes vel producta breviantes. SERV. gramm. IV 450, 20 breviantur ex isdem praepositionibus in compositione de et pro, ut dehinc deinde profectus. 450, 25 coniunctivi producuntur, in ceteris autem modis et temporibus breviantur. *sim. passim in* 451—454. MART. CAP. 3, 285 dativus et ablativus plurales is terminati producti sunt, bus finiti breviantur. PS. PRISC. gramm. III *passim* 522—526. MAX. VICTORIN. gramm. VI 226, 15. GRAMM. VI 646, 10 proceleusmaticus ex quattuor est breviatus (= *ex brevibus constat*). VIRG. gramm. epist. 1 p. 114, 5 BEDA gramm. VI *passim* 235—240. 254, 2. 8.

II *de loco* (*cf.* brevis *II*): QVINT. inst. 11, 3, 83 breviatur ... cervix. CHIRON 690 caudam breviare. SORAN. 2 (19) 29 aperiendum est caput, ut effuso cerebro breviari caput possit. AVG. in psalm. 70 serm. 1, 19 contraxit et breviavit quodammodo *Eliseus* iuventutis suae magnitudinem, parvulus factus ut mortuo *infanti* congrueret. CAEL. AVR. acut. 2, 27, 145 lingua crassior atque conductione breviata. GREG. TVR. Mart. 3, 15 pes ... qui effractis ossibus fuerat breviatus. *nota imag.* VVLG. Is. 37, 27 habitatores earum (*sc. civitatum*) breviata manu (*sc. dei*) contremuerunt (HIER. *ad l.* p. 464 *explicat*: me contrahente manum meam nec solitum praebente auxilium). DIOM. gramm. I 478, 5 *rotae* satis latus ac breviatus canthus. CORIPP. Ioh. 1, 274 nec breviata sinu sustentant lintea flatus. AVG. quaest. hept. 2, 177, 10 tantum breviatur longitudo tabernaculi interioris. serm. ed. Mai 81, 1 subiectas umbras clypeo *solis* breviante. SIDON. epist. 2, 2, 11 breviatis angustatisque gradibus ascenditur. PS. MATTH. euang. 22, 1 ego viam vobis breviabo, ut quod spatio triginta dierum ituri eratis, in hac una die perficiatis.

III *de qualitate* (*cf.* brevis *III*) *i. q. minuere*: CYPR. Demetr. 3 minus argenti et auri opes suggerunt exhausta iam metalla et pauperes venae breviantur in dies singulos. epist. 61, 2 breviata non est in episcopo confessionis suae dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas. ZENO 1, 2, 9 tu (*caritas*) eum (*deum*) breviatum paulisper ab maiestatis suae immensitate peregrinari fecisti. AVG. conf. 11, 28, 38 tanto breviata expectatione prolongatur memoria. VEN. FORT. Mart. 4, 619 tua laus nullo breviabitur ampla relatu. *nota t. t.*: PROB. inst. gramm. IV 74, 4 deminutio nominum est, quando ex ipsa positione nominum una quaeque res breviatur, ut puta a monte monticulus, a fonte fonticulus. sic et cetera deminutionis dinoscuntur, cum a sua positione breviantur. *de numeris*: IVVENC. 4, 135 numerum ... breviare dierum. SIDON. epist. 7, 18, 1. CONC. Epaon. (a. 517) 29 p. 25, 12 annorum multitudine breviata (brevitate *al. trad.*).

synonyma: angustare, coartare, contrahere, minuere, stringere, substringere. *opposita*: longare, producere, prolongare, propagare. crescere (*ad passiv.*). praeterire. *compositum*: abbreviare (-tio, -tor). *derivata*: breviatim, breviatio, breviator. *Münscher.*

Breviodurum, -ī *statio Galliae; cf. Ihm, PW. III 832.* ITIN. Anton. Aug. p. 385, 2 Breviodurum. TAB. Peut. 1, 2 Brevoduro. *Jacobsohn.*

brevis, -e [*cf. esse videtur c. gr.* βραχύς. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 31 breve a Graeco descendit, quod est βραχύ ... βραχύ, id est breve. breb-: *tam in codd. quam inscr.* (CORP. III 9623. INSCR. christ. Hisp. 132 (*saec. VII—X*) *cf. infra l. 27.* braevis *in tit. barb.* INSCR. christ. Leblant I 48). *abl.* brevĕ: ANTH. 480, 2 pariambus erit gemina breve iunctus. *traditur item* PLAVT. mil. 1020 (*in A*). VARRO rust. 2, 3, 2 *in VAB.* GLOSS. II 300, 12. *passim inde a* PLAVT., *compar.* PLAVT. Amph. 549 *al.* (*abl.* breviori VEN. FORT. carm. 9, 14, 11 COMM. instr. 2, 29, 15, *sed loco corrupto*), *superl.* CIC. inv. 2, 169 *al.* *deest in* BELL. Hisp. CARM. app. Vergilianae (*sed* AETNA *bis*). NVCE LAVDE Pis.; *singulis locis habent* TIB. PRIAP. PERS. PETRON. CALP. ecl.; *bis* PROP. [*ital.* breve, *francog.* brief. *M.-L.*] GLOSS. βραχύς. βραχεῖα. II 260, 3 βραχύς paulus parvus brevis. 31, 18 breve βραχύ. 260, 1 βράχος breve. III 323, 51 κόνδον breve. 527, 16. *cf. Thes. gloss. sub* curtus. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] βρέβος· τὸ βραχὺ καὶ τὸ ὀλίγον. DIFF. gramm. VII 525, 17 parvum in tempore, breve in spatio, exiguum in corpore infantis, pusillum in corpore pumilionis. DIFF. ed. Beck p. 42, 10 breve est quicquid longo contrarium est, pusillum magno, parvum multo, exiguum vero minimae portionis est. *inde a* CIC. *delectum dedi locorum.*

I *de tempore*: *syn.* curtus, exiguus, modicus, paulus, parvus, pusillus. caducus, festinans, fragilis, fugitivus, levis, mutabilis, temporalis, temporarius. *opp.* grandis, longinquus, longus, magnus, multus. amplus, productus, prolixus. aeternus, diuturnus, perennis, perpetuus, sempiternus.

1 *de ipso tempore eiusque partibus*: PLAVT. Amph. 549 quanto, nox, fuisti longior hac proxuma, tanto brevior dies ut fiat faciam. CIC. Att. 12, 39, 2 brevioribus diebus. VARRO ling. 6, 8 brevissimus. rust. 2, 11, 12 VERG. georg. 1, 312 OV. Pont. 2, 4, 12 SEN. nat. 1, 8, 7. 5, 10, 2 PLIN. nat. 1, 2, 77. 2, 151. 2, 181. HYG. astr. 4, 4 p. 104, 4 HIER. epist. 130, 15 VVLG. Iob 14, 5. CHAR. gramm. I 90, 1 brevis dies dicitur, non pusillus. brevis enim in natura, pusillus in corpore. *cf.* GERM. 290 brevis lux (*opp.* nox atra). CIC. Verr. 1, 6 cum ego diem inquirendi ... perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi ... biduo breviorem diem postularet. LIV. 37, 1, 1 brevem indutiarum diem. 41, 10, 12 ad conveniendum edicta est. ASCON. Scaur. p. 21 inquisitionis accepta. PLAVT. Capt. 743 etsi pervivo usque ad summam aetatem, tamen breve spatium est perferundi quae minitas mihi. Merc. 547 vitae. CORNELIA epist. frg. 2 (Nep. frg. 16). LVCR. 2, 99 *opp.* intervallis magnis. CAES. Gall. 3, 4, 1 brevi spatio interiecto (VELL. 2, 99, 1). HOR. carm. 1, 11, 6 *opp.* spem longam. *cf.* PORPH. *ad l.* OV. epist. 7, 73. 17, 109 ars 2, 455 met. 3, 124 LIV. 4, 41, 12 VELL. 2, 101, 1 CELS. 3, 1 p. 75 SEN. Tro. 393 epist. 73, 13 PLIN. nat. 2, 90 VII dierum. 6, 212 noctis ... dieique. TAC. dial. 16 temporis. SVET. Aug. 22. GELL. 14, 1, 5 tam brevi exiguoque. HIER. in Is. 9, 29, 17 *opp.* aeternitatis. epist. 39, 7 *al.* AVG. civ. 2, 18 aetatis. 20, 13 trium annorum et sex mensium. CORP. XII 5411 aevi (AVSON. 369, 7). RHET. Her. 3, 13, 23 oratio frequens cum raris et brevibus intervallis (CIC. orat. 187 *opp.* longorum. FLOR. Verg. p. 184. AVG. civ. 11, 6 in brevioribus vel productioribus morarum. *cf. p. 2180, 27*). CIC. Catil. 2, 11 non breve ... tempus, *opp.* multa saecula. Sest. 52. Phil. 3, 2 *opp.* longum. Brut. 104 ingeni augendi et declarandi. Cato 70 aetatis. CAES. Gall. 4, 34, 2. VERG. Aen. 10, 466 breve et inreparabile ... vitae. OV. met. 4, 167. LIV. 5, 6, 7 brevissimi temporis ... impetum. CELS. 3. 4 (*bis*). PHAEDR. 1, 19, 6 app. 8, 15. SEN. dial. 7, 21, 1. 10, 10, 2 *al.* 10, 16, 4 breve ... et praeceps. epist. 69, 5 Med. 422. VAL. FL. 8, 249 amorum. QVINT. decl. 260 p. 64, 8 humani ... aevi. inst. 10, 7, 20 *al.* FRONTIN. grom. p. 44, 25 strat. 2, 10, 2 TAC. ann. 1, 53. PLIN. epist. 5, 20, 1 a Iulio Basso. 8, 14, 10. SVET. Nero 20. GAIVS inst. 2, 170 TREB. Claud. 2, 1 AVIEN. Arat. 1382 AMM. 20, 5, 9 VVLG. I Cor. 7, 29 (*cf.* HIER. epist. 123, 5). HIER. epist. 10, 1 *al.* AVG. civ. 2, 18. 3, 16 *al.* 3, 20 *opp.* aeternitas. ZACCH. 1, 37 CORP. VI 35957. *cf. p. 2173, 19.* LVCR. 4, 178 hora (OV. met. 4, 696 GERM. 288 FAV. EVL. p. 12, 11). CAES. Gall. 5, 13, 4 breviores ... noctes (SEN. dial. 10, 16, 5 brevissimae. MELA 3, 57 PLIN. nat. 18, 256. 291 TAC. Agr. 12 FRONTO p. 37, 2 N. HYG. astr. 4, 3 p. 21. *cf.* GERM. 475 brevibus ... latere sub umbris (*sc. noctis*). MART. 10, 47, 11 somnus, qui faciat breves tenebras. *nota imag.*: SEN. Phaedr. 767 noctis brevibus praecipitant rotis). SALL. Iug. 1, 1 aevi (HOR. sat. 2, 6, 97 carm. 2, 16, 17 epist. 2, 1, 144 LIV. 26, 11, 12 SEN. epist. 114, 27 dial. 6, 21, 3. PLIN. paneg. 78 breve et fragile. SOL. 1, 65 AVSON. 225, 6. 317, 10). HOR. epist. 2, 1, 44 mense brevi (CVRT. 8, 9, 36). OV. ars 2, 357 mora tuta brevis (3, 473. LIV. 45, 10, 6 navigationis. SEN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Med. 288 Tro. 760 VAL. FL. 4, 572 QVINT. inst. 11, 3, 157 TAC. ann. 4, 19. 6, 42 PLIN. epist. 2, 17, 26. 4, 1, 3. OPTAT. 1, 13 incertae lucis moras brevissimas, *opp.* aeternae vitae). OV. met. 1, 118 ver (MART. 2, 46, 2. 9, 13, 2 OV. met. 10, 85 aetatis breve ver). fast. 5, 423 annus ... brevior (APVL. flor. 9 p. 40 AVG. civ. 12, 11 p. 528, 1 *al. cf. p. 2184, 33*). MANIL. 3, 230 bruma (AVSON. 298, 10). SEN. dial. 5, 42, 2 brevissimam aetatem (6, 22, 3. 10, 16, 1 brevissima ac sollicitissima. MART. 6, 29, 7. 6, 85, 7 HIER. epist. 79, 6. 140, 10. *cf. p. 2182, 63*). epist. 23, 1 hiems. PLIN. nat. 2, 61 Mercuri stationes breviore momento *sunt* quam ut deprehendi possint (23, 132. QVINT. decl. 316 p. 245, 10 intra breve temporis momentum. TAC. ann. 5, 4 AVG. civ. 12, 13). QVINT. decl. 244 p. 3, 8 cui quinquennium breve videbatur. TAC. ann. 2, 5 aestate. APVL. met. 9, 39 puncto brevissimo dilapsae domus fortunam (AMM. 19, 5, 1. 27, 2, 1 temporis. 31, 8, 8). HIER. epist. 140, 8 aeternitati ... comparata brevis est omnium temporum longitudo. AVG. vera relig. 43, 80 mora unius horae ad diem et diei ad mensem et mensis ad annum et anni ad lustrum et lustri ad maiores circuitus et ipsi ad universum tempus relati breves sunt.

TER. Hec. 842 ne me in breve [hoc *om.* ς] conlicias tempus gaudio hoc falso frui. OV. met. 13, 528 vivere tempus in breve sustineam. PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 4 PAVL. dig. 49, 15, 19, 1 AVG. civ. 21, 11 p. 512, 16. CIC. Catil. 1, 31 ad breve quoddam tempus cura et metu ... relevati. Flacc. 5 Sull. 8 fin. 2, 93. off. 2, 56 ad breve exiguumque tempus. SEN. epist. 104, 13 SCRIB. LARG. 213 PLIN. nat. 23, 120 PLIN. epist. 3, 9, 26. 7, 8, 2 PAVL. coll. Mos. 10, 7, 2 dig. 28, 6, 38, 2 aetatis. SEN. dial. 6, 21, 1 ad brevissimum tempus editi. PLIN. paneg. 59 AMM. 29, 4, 5. brevi tempore: NOT. laterc. gramm. IV 289, 18 NOT. Tir. 4, 41ª GLOSS. II 382, 8 ὀλίγῳ χρόνῳ. *i. q. mox*: RHET. Her. 4, 25, 34 qui ad imperium Graeciae brevi tempore adiunxerunt Asiam. CIC. Verr. 5, 95. Caecin. 12 brevi tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est. *et passim in or.* Tusc. 2, 5. 3, 69 div. 1, 36. 2, 50. 2, 67 leg. 3, 5. 3, 19 off. 3, 79 Att. 2, 9, 2 (*bis*) *al.* epist. 3, 6, 4 *al.* CAES. Gall. 1, 40, 11. 6, 1, 3 BELL. Afr. 36, 2 VARRO Men. 4 rust. 3, 12, 4 NEP. Milt. 2, 1 Them. 1, 4 Eum. 1, 4 LIV. 25, 40, 7 QVINT. inst. 1, 5, 20 PLIN. paneg. 27 SVET. vita Verg. p. 55 ITALA Primas. apoc. 20, 3 (VVLG. modico tempore, μικρὸν χρόνον. *cf.* AVG. civ. 20, 7. 8. 9). TREB. Claud. 3, 6. 7, 6 CAPITOL. Maximin. 13, 2 AMM. 26, 1, 3 AVG. civ. 16, 26 SVLP. SEV. Mart. 23, 1 dial. 1, 22, 2. *i. q. per breve tempus*: CIC. Verr. 4, 158 quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem ... possederat. Tusc. 4, 31 propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem. nat. deor. 1, 6 off. 3, 4 parad. 44 top. 1, 1 epist. 1, 19, 12 OV. Pont. 2, 11, 1. SEN. epist. 76, 28 magnum gaudium etiam exiguo tempore ac brevi capitur. SVET. Iul. 3 meruit ... in Cilicia, sed brevi tempore. GAIVS dig. 27, 3, 14 tempore aliquo licet brevissimo. HIER. epist. 22, 39. 124, 3 *opp.* multo. AVG. in psalm. 118 serm. 23, 7. mus. 6, 4, 6 *opp.* diutius. civ. 21, 11 p. 513, 7. CIC. Verr. 6, 11 tantam pecuniam populi Romani tam brevi tempore perire potuisse. Manil. 33. 34. 46 Phil. 5, 11 VVLG. Iob 14, 1 AVG. civ. 21, 11 p. 512, 21. CIC. inv. 2, 169 molestia quam brevissimo tempore confici potest. Tusc. 4, 5 quam brevi. Att. 1, 11, 3. CATVLL. 63, 57 rabie fera carens dum breve tempus (*i. per breve tempus*) animus est. LIV. 24, 32, 9 VVLG. apoc. 17, 10 ὀλίγον. OV. trist. 4, 2, 64 sic certe in patria per breve tempus ero. met. 6, 49 breve post tempus. AMM. 26, 10, 7. QVINT. inst. 1, 12, 10 post breve tempus. VEG. mil. 3, 9 p. 88, 13 ante breve tempus. OV. met. 11, 651 intra ... morae breve tempus in urbem pervenit. VELL. 2, 4, 5 intra breve tempus. SEN. benef. 1, 14, 3 SVET. Tib. 51 Claud. 38 Dom. 3 SEN. nat. 7, 27, 3. QVINT. decl. 257 p. 49, 4 tam breve. HIER. epist. 75, 1 quem in brevi tempore huc venturum esse credebam. 65, 9. 71, 1. 118, 2. TER. Haut. 955 ut pater tam in brevi spatio omnem de me eiecerit animum patris? LVCR. 2, 78 OV. met. 1, 411 SVET. Claud. 12 Nero 30 Vesp. 4 ITALA sap. 4, 13 (Hier. epist. 75, 2) in brevi spatio (ἐν ὀλίγῳ; VVLG. in brevi). HIER. epist. 119, 2. 60, 18 homines qui nunc vivunt in brevi spatio defuturos. VELL. 2, 47, 2 intra breve spatium obiit. 2, 48, 1 CVRT. 9, 8, 27 FRONTIN. aq. 35. QVINT. inst. 10, 1, 7 breve intra spatium. VEG. mil. 2, 18 p. 52, 8 temporis. SEN. nat. 7, 12, 8 FRONTIN. strat. 2, 5, 38. brevi spatio: *i. q. mox*: RHET. Her. 4, 22, 31 cui paulo ante omnia concedebant, eum brevi spatio sepeliri prohibuerunt. BELL. Alex. 47, 5 SALL. Catil. 56, 2 Iug. 87, 3 LIV. 29, 36, 3 VITR. 8, 2, 9. 9 praef. 15. 9, 8, 13. SCRIB. LARG. 62 temporis. APVL. met. 7, 8. *i. q. per breve tempus*: CAEL. hist. 26 nullae nationi tot ... victorias tam brevi spatio datas ... quam vobis. LVCR. 4, 159 multa brevi spatio simulacra genuntur (ger- *codd.*). 4, 161. OV. met. 7, 307 TAC. ann. 11, 24. AMM. 26, 7, 14 dierum.

neutr. pro subst.: GLOSS. V 272, 21 brevi: spatio (stata *trad.*) temporis. *i. q. mox*: CIC. Verr. 6, 173 populus ... Romanus brevi ... ius suum ... recuperabit. div. 1, 68. 100. 104 Tusc. 1, 96 rep. 1, 40 Cato 31 ad Q. fr. 2, 4, 3 epist. 5, 11, 3. 5, 21, 5. 6, 6, 2 POMP. Cic. Att. 8, 12ᶜ, 1 LEP. Cic. epist. 10, 35, 1. CATVLL. 61, 211 *et passim per totam latinitatem.* *i. q. per breve tempus*: OV. met. 5, 32 cunctatus ... brevi .. hastam ... in Persea misit. Ib. 52. CVRT. 10, 7, 11 nova et brevi duratura libertate. STAT. Theb. 6, 938 TAC. ann. 13, 51 AVSON. 108, 16. 192, 22 HIER. epist. 60, 16 CLAVD. 26, 145. SALV. eccl. 2, 22 alios ... vel brevi divites. 3, 30. 3, 56 *opp.* in aeternitate. SIDON. epist. 8, 6, 5. LIV. 1, 9, 9 mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. 5, 53, 9. GLOSS. II 297, 47 ἐν βραχεῖ in brevi. 300, 12 ἐν συντόμῳ in brevi (-ve *trad.*). *i. q. mox*: SORT. Sangall. 41, 8 in brevi evades valetudinem, quam pateris. FILASTR. 133, 3. AMBROSIAST. in Gal. praef. VVLG. psalm. 2, 13 sap. 4, 13. 16, 3. 6 Is. 29, 17 PAVL. NOL. carm. 20, 237 OROS. hist. 1, 8, 13. 7, 37, 2 CASSIAN. inst. 12, 33, 1 VICT. VIT. 1, 39. 2, 17. 3, 71. *i. q. per breve tempus*: PS. CIC. epist. ad Oct. 7 o miseram et in brevi tam celerem ... rei p. mutationem. CORP. VI 2135 (*saec. III med.*) cuius multi temporis bonitatem et humanitatem eius circa se in brevi senserunt. COMM. instr. 1, 21, 10 PAVL. NOL. epist. 37, 7. ACT. Petr. 31 faciebat cludos rectos ambulare, sed in brebi. LIV. 24, 3, 14 Locrenses brevi post legati. 33, 24, 5. 33, 37, 9. FEST. p. 348. *cf.* LIV. 6, 20, 15 populum brevi postquam periculum ... nullum erat, ... desiderium eius tenuit. AMM. 21, 10, 8 brevi postea. 27, 2, 10 (aevi *V*, eum *GA*). LIV. 24, 4, 9 brevi deinde ceteros ... summovet. CVRT. 6, 6, 17 TAC. Agr. 8. FRONTO p. 204, 1 N. Macedonum opes torrentis modo magna vi ortae brevi dein (*om. Schopenus*, die *trad.*) occiderunt. AMM. 22, 3, 1. *cf.* SALL. Iug. 25, 5 dein brevi. 49, 5. LIV. 21, 4, 2. 8, 27, 11 deinde brevi. SEN. suas. 6, 19 brevi ante princeps senatus. GELL. 1, 15, 18 brevi ante quam vita decederet sic legere coepisse. MANIL. 1, 825 in breve vivit opus (AETNA 438). COMM. apol. 606 dum gaudent in brevia, remanent a gratia Christi. SVET. Tib. 68 noctu etiam ... *oculi* viderent, sed ad breve et cum primum a somno patuissent. HIER. in Is. 54, 9/10 p. 633 ad punctum et breve nos esse desertos (*cf.* p. 631 ad punctum et ad modicum. VVLG. Is. 54, 7 ad punctum in modico, χρόνον μικρόν). HIER. in Is. 65, 3 p. 773 adv. Pelag. 3, 12. VVLG. act. 5, 34 (βραχύ). *nota*: GELL. 13, 19 (18), 4 fuit ... Aeschylus non brevi antiquior *quam Euripides.*

2 *de eis, quae per breve temporis spatium sunt, fiunt, aguntur*: a *de rebus (plerumque abstractis, rarius concretis)*: ELOG. Scip. Carm. epigr. 8, 2 mors perfe⟨cit⟩ tua ut essent omnia brevia. CIC. fin. 2, 93. 3, 46 nec longinquiora brevioribus anteponent[ur]. Tusc. 1, 94. 2, 44 *opp.* summum. 2, 45 quid breve *dicat* in tempore. Lael. 104. epist. 3, 5, 3 erat id mihi multo brevius multoque commodius. LIV. 21, 15, 5. SEN. dial. 6, 21, 1 omnia humana brevia et caduca sunt. epist. 74, 10 quicquid nobis dedit, breve est et exiguum. 110, 6. QVINT. inst. 12, 11, 13 IVV. 8, 165. LACT. inst. 5, 15, 7. PS. HIL. dedic. eccl. p. 884ᴮ breve nimirum et leve. HIER. tract. in psalm. 89 p. 108, 10 *opp.* grande. epist. 22, 40. 23, 4. 108, 19. 120, 1 aeterna *recipere* pro brevibus. 140, 9. AVG. civ. 1, 11 p. 21, 2 *opp.* maius. PS. RVFIN. in psalm. 36, 10 breve est, quod durare non potest. CORP. II 592†.

CELS. 3, 18 p. 98 plerumque breve esse consuevit (*sc. aegros desipere*). SEN. dial. 1, 6, 9 illud quod vocatur mori ... brevius est, quam ut sentiri tanta velocitas possit. TAC. ann. 13, 43 brevius visum urbana crimina incipi. TRAIAN. Plin. epist. 10, 40, 3. PLIN. epist. 9, 36, 5 non vehiculo, sed, quod brevius quia velocius, equo gestor. *cf. p. 2177, 73.* PLAVT. Most. 725 vita. Pseud. 822 tam. CIC. fin. 3, 46 *opp.* longa. div. 2, 90 anno ... brevior. Phil. 9, 4 *opp.* diuturnam memoriam. 14, 32 *opp.* memoria ... sempiterna. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 4. PVBLIL. B 36. N 3. *et passim.* HIL. in Matth. 10, 26 *opp. immortalitas.* CIC. Arch. 28 in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi (ac. 1, 44). Sest. 47 vitae brevem ... cursum. Cato 72 illud breve vitae reliquum. CATVLL. 5, 5 brevis lux *vitae.* HOR. carm. 1, 4, 15 vitae summa brevis. OV. trist. 5, 9, 37 quod (*sc. lumen vitale*) o breve sit! 5, 10, 46 *Lachesis* fila dedit vitae non breviora meae. PLIN. nat. 7, 167. MART. 9, 17, 2 Parcarum exoras pensa brevesque colos. 10, 50, 7 brevis ... cur fuit ... vitae tam prope meta tuae? IVV. 9, 127 portio. PLIN. epist. 3, 7, 11 quid ... tam circumcisum, tam breve quam hominis vita longissima. PS. QVINT. decl. 5, 7. TERT. anim. 30 quia nec pariasset commeatus hic vitae miliario tempori longe scilicet brevior. TER. Eun. 605 occasionem ..., tam brevem (CAES. Gall. 5, 29, 1 consulendi. LIV. 6, 9, 3 PHAEDR. 5, 8, 5. MART. 8, 9, 3 lucri. QVINT. decl. 308 p. 211, 22). MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 2 voluptati (*opp.* saluti perpetuae. OV. epist. 18, 65 met. 9, 485. Pont. 1, 2, 53 brevis et non vera. SEN. benef. 7, 2, 2 fragilis est, brevis. epist. 23, 6 vanas ..., breves. 81, 24. Thy. 597 QVINT. decl. 247 p. 14, 25 TAC. dial. 9. LACT. inst. 6, 11, 23 caduca et brevis. 6, 21, 10 *opp.* perpetua. *cf.* QVINT. decl. 338 p. 337, 14 brevis transitus voluptatis). NOVIVS Atell. 46 pecunia quid? bonum breve est, respondi (CIC. top. 69 *opp.* diuturniora. LACT. inst. 4, 1, 4 spretis aeternis atque incorruptis bonis ... temporalia et brevia maluerunt. 6, 4, 13. 14). Q. CIC. pet. 26 non brevem et suffragatoriam, sed firmam et perpetuam amicitiam. CIC. fin. 1, 40 dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis (2, 22. 93. 94 *opp.* longinquum. 2, 95. Tusc. 2, 44. 45. 3, 38 CELS. 4, 2 p. 123 SEN. epist. 24, 14. 78, 7). CIC. fin. 3, 47 si bona valetudo pluris aestimanda sit longa quam brevis (CELS. 1 praef. p. 9, 23). *ibid.* bonam mortem et bonum partum meliorem longum esse quam brevem (QVINT. decl. 257 p. 51, 10 morte. 275 p. 126, 10 brevis ... poena mortis est: nunc diu eget. *cf.* SEN. Oed. 936). CIC. parad. 26 breviora *peccata*, *opp.* leviora (AVG. enchir. 71, 19). off. 1, 27 *perturbatio animi* brevis est et ad tempus. 2, 55 memoriam aut brevem aut nullam (SEN. epist. 63, 3). epist. 10, 12, 5 haec omnia, quae habent speciem gloriae ... contemne, brevia fucata caduca existima. LVCR. 3, 914 brevis hic est fructus homullis (SEN. dial. 12, 10, 6 ha-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de incolis continentis: RAVENN. p. 9, 6 Britonum patria, cuius post terga infra Oceanum magna insula Brittania reiacet. *in lapidibus*: CORP. VI 3301, 6 M. Vlpio Iusto natione Britto (*sic*). XIII 1981 (*Lugd.*) Aurelio Atiano ... nati(o)ne Britto. INSCR. Röm. Mitt. 19 (1904) 142 (*Romae, tab. lusor.*) Parthi occisi, Br⟨i⟩tt⟨o⟩ victus: ludit⟨e, R⟩omani. CORP. XI 5213 (*saec. II, descr.*) censito⟨ri⟩ Brittonum Anavion⟨en⟩(sium). III 14214 b 1, 18 Brit(to). XIII 8314 civi Brit⟨t(oni)⟩. Brittones *in exercitu Romanorum inter legiones et auxilia* (*cf. Hübner l. l.*): HYG. mun. castr. 29 nationes — Cantabri Getae Palmyreni Daci Brittones — ... in retentura ponuntur. 30. NOT. dign. or. 9, 2 Britones seniores (9, 22 legio palatina una: Britones seniores). 31, 45 ala quarta Britonum, Isiu. occ. 7, 73 Britones. 7, 84 secundani Britones (*scrib.* 'secundani Britanniciani' *Seeck*). 7, 127 invicti iuniores Britones (*sed cf.* 5, 57. 206). *in titulis*: *compendia*: Britton. Britto. Britt. Brit. Br. Bt. *v. infra* (*cf.* Britannus *et* Britannicus). *cohortes* (*cf. Cichorius, PW. IV 262, 24; Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 604*): *nota* CONST. veteran. 17 p. 855 (*a. 85*) int. *et* ext. 10 *cohors* I Britannica milliaria et I Brittonum milliaria. CORP. IX 5357 trib(uno) coh(ortis) I Aeliae Britton(um). XI 393 praef. coh. III Britt⟨o⟩num veteranor⟨um⟩ equitatae. 5632 coh. II Fl(aviae) Britton(um) equitat(ae). 6337, 5. V 6995 coh. I Br. ∞ eq. (*cf. Cichorius, PW. IV 263, 8*). VII 458 coh(ortis) IIII Br⟨ittonum?⟩ Antoninian⟨ae ...⟩. 1229 ⟨co⟩h. I Br(ittonum?). 1230 c. III Br. 1231 (*descr.*) coh. IIII Bre. III 11996 coh. III Br. *cf.* 1193. 3256. 5455 *al.* 4812 coh. I Ael(iae) Brit(tonum). 13704 coh. I F(laviae?) m(iliariae) Bryttonum Malvensis. 2024 coh. I Fl. Brittonum. 4811. 5668 chor. I Fl. Bt. CONST. veteran. 70 p. 886 (*a. 145/161*) ext. 9 coh. I Vlpia Britton(um) ∞ (int. 10 Britt.). 30 p. 1970 (*a. 99*) int. *et* ext. 9 *coh.* II Flavia Brittonum. 39 p. 1975 (*a. 114*) ext. 8 *coh.* II Aug. Nervia Pacensis ∞ Britton. (int. 6 Brit.). CORP. III 14216^{25} cors m(illiaria) B(rittonum). 14485^{a} coh. I A⟨u⟩reliae Brittonum ∞ Antoniniana (*sic*). 7473 II Fl. Britt. ⟨Alexa⟩n⟨d⟩rianae. VIII 5363 coh. VI Britton. II 2424 coh. VI Britto. INSCR. PW. IV 262, 47. INSCR. Rhen. Bramb. 4 C 26 vex(illatio) Brit(tonum). 128^{c} vex. Br. 139^{h}. CORP. XIII 8208 Aur. Verecundus ordi(narius) Brito(num). *numerus*: CORP. XI 3104 praeposito numeri Britonum. XIII 6606 n(umerus) Britton(um) Triputien(sium). 6629 n. Brit. et explorat(orum) Nemaninc(ensium) (*sim.* 6642). 7749 Genio hor(reorum) n(umeri) Brittonum (*cf.* 7762). INSCR. Rhen. Bramb. 1563 d 1 n. Brit. Cal(edoniorum). 1563 d 3 num(eri) B(rittonum) m(iliarii). CORP. VIII 9764 ale Britt⟨on(um)⟩ vetran(orum). CORP. VII 1094 (*descr.*) Matribus milites vexill(at)io(nis) leg(ionis) XX V(aleriae) ⟨v(ictricis)⟩ Britton(es?) v. s. l. l. m. (*v. Ihm, Matronenkultus p. 161*; 'Brittones ... *fortasse breviter* ... *pro* ... cives Brittones *vel* natione Brittones' *Hübner*). XIII 6471 Cassius Troianus (centurio) Brit(tonum) Mu⟨... (*periit cognomen numeri Brittonum*). 6502 Brittones Trip(utienses) (6511 Brit. Tr. 6514 Brit. Triput. 6517. 6518. 6606 *v. l. 47*). 6526 (centurio) leg. VIII Aug. praeposit. Brit. et expl(oratorum). 6542 coh(ors) I Helve(tiorum) et Brit(ones) Aure(lianenses) (*cf.* 6543). 6592 (*a. 232*) expl(oratores) Stu(?) et Brit(tones) gentiles ⟨et?⟩ officiales Bri(ttonum) et deditic(iorum) Alexandrianorum (*v. adnot. edit.*). 6629 *v. supra l. 48.* 7343 (centurio) Brittonum Gurvedens(ium). INSCR. Rhen. Bramb. 1563 d 1 *v. l. 50.*
nom. vir.: CONC. Valent. I a. 374 Mansi 3, 494^{B} ego Britto episcopus (*cf.* CONC. Const. II a. 381 Mansi 3, 581^{A} Βρίττωνι). *Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 609.* *in lapidibus*: CORP. VI 3594 Fl. Brittoni (centurioni) leg. XIIII Gem. VIII 1950 C. Iul. Tann⟨oni⟩us Britto. 3962 (= 18446) Q. Petronius Britto. 18087 P. I⟨...⟩us Britto Kart(hagine). INSCR. christ. Hisp. 305 (*a. 546*) Britto presb(yter). CORP. II 952 Britto. 3255 Britoni. 1072 L. Sterti⟨nius⟩ Britto m⟨.... 6311 Britto Vloq(uum) Datic(i) ('Vloq. *gentis nomen*, Datic. *patris*' *Hübner*). INSCR. Ephem. epigr. IX (ad Corp. II) 62 M. Corne⟨lius⟩ Britto. VIII 262, 15 (*vasc.*) Brito(nis?). *cf.* CORP. XI 6701, 46 (*vas Arret., periit*) BRITT·O. *an* Britto? CORP. XIII 2242 (*Lugd.*) Ter(entius) Pritto.

? **Brittonius,** -ī. CASSIOD. hist. 9, 14 Brittonio *episcopo* (*saec. IV. sed Theodoret. hist. eccl. 5, 9 Βρίττωνι*). *cf.* Britannius. *Hey.*

brittola i. cepa minuta GLOSS. III 587, 49 (608, 40 britola). *cf.* 589, 3 cibulas (*i. cepulas*) brittola (610, 32 cibullas i. britola). *adde* 595, 32 sature i. brittola (629, 31 *trad.* bictola. 577, 27 bratula). [*orig. inc. Th.*]

Brittomarus, -ī *dux Gallorum Insubrum.* FLOR. epit. 2, 4, 3 Brittomaro duce (*inde* IORD. Rom. 179). *Ihm.*

Brittones, Brittonius *v.* Britto. **Brittula** *v.* 2. Britta.

1. **Brittus,** -ī *i. q. Britannus.* NOT. dign. occ. 35, 25 tribunus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cohortis tertiae Brittorum (*CPV*; brutorum *M*), Abusina. *cf. p. 2196, 9 et 2200, 27.*

2. Brittus, -ī *nom. vir.* CORP. V 5002 (*ap. Ripam*) Staumus Vesumi Britti. *cf.* Britta. *Hey.*

Briva (Brivae) *nomen plurium locorum Galliae; cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 619.* **1 Brivae,** -ārum. GREG. TVR. glor. conf. 79 apud Brivas vicum in honore sancti ac beatissimi Martini antestitis oratorium aedificavit. *cf. Ihm, PW. III 883.* **2 Briva Curretia** *vicus Lemovicum* GREG. TVR. Franc. 7, 10 Limovicinum accedens, Briva Curretia vicum, in quo sanctus Martinus, nostri, ut aiunt Martini discipulus, requiescit ... aput Brivam basilica antedicti Martini beati. RVRIC. epist. 2, 24 Brivae ... mihi ieiunus occurras. **3 Briva Isarae** *statio ad Isaram sita.* ITIN. Anton. Aug. p. 384, 11. TAB. Peut. 2, 3 Bruusara. *cf. Ihm, PW. III 882.* **4 Briva Sugnutia** *in agro Haeduorum.* CORP. XIII 2828 opifices loricari qui in Aeduis consist(unt) et vico Brivae Sugnutiae respondent. *cf. Hirschfeld, Corp. XIII p. 434.* *adi.* **Brivēnsis,** -e *pertinens, ut videtur, ad* Brivam Curretiam. INSCR. christ. Leblant II p. 345 sancto martyri Martino Brivensi.

Brīvās, -ātis *vicus Aquitaniae; cf. Ihm, PW. III 883.* SIDON. carm. 24, 16 hinc te suscipiet benigna Brivas, sancti quae fovet ossa Iuliani. PASS. Iulian. 4 ad vicum cui nomen Brivate noncubatur. GREG. TVR. 10, 30 Iulianus a Brivate. Iul. 1 artus Brivate reconduntur. *adi.* **Brīvātēnsis,** -e. GREG. TVR. Franc. 2, 11 ad Brivatinsem vicum. glor. mart. 47 Brivatensis pagi. Iul. 1 *et alibi.*

Brivates *v.* Blivida. **Brivēnsis** *v.* Briva.

Brivines *v.* Brimin-.

Briulī, -ōrum, *Βρίουλα, oppidum Cariae; cf. Bürchner, PW. III 883.* CONC. Ephes. I a. 431 Mansi 5, 616^E Timotheus episcopus Briulorum. *incolae* **Briullītae,** -ārum. PLIN. nat. 5, 120 Ephesum ... remotiores conveniunt Caesarienses ... Mastaurenses, Briullitae. CONC. Ephes. I a. 431 Mansi 5, 587^D episcopus Bryulitorum.

Brivodurum *statio viae, quae Augustodunum et Lutetiam coniungit.* ITIN. Anton. Aug. p. 367, 4 Brivodurum. TAB. Peut. 2, 4. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 612.* *Jacobsohn.*

1. Brixa, -ae *nom. mul. barb.* CORP. XIII 4401 (*apud Mediomatricos*) d. m. Marcellinae Brixe fil. Cissi fil.

2. Brixa *v.* Brixia. **3. Brixa** *v.* Brisoana.

Brixantes *v.* Brixenetes.

Brixantus *deus celt.* CORP. XIII 2812 (*Moulins-Engilbert, dép. Nièvre*) Augu(sto) sacru(m) deo Brixantu propitiu (*'in clavi aerea permagna'*). *cf. PW. III 883 et suppl. I 258.*

Brixellum, -ī *opp. Galliae Cisalp., tribu Arnensi, hodie* Brescello (*cf. Hülsen, PW. III 884; Holder, Altcelt Sprachschatz s. v.; Bormann, Corp. XI p. 182 sq.*). *forma minus recta* Brixill- *in titulo l. 58 traditurque apud* PLIN. PLVT. AMBR. SIDON. NOT. Tir. 84, 17 (*cf. etiam l. 55*). Brixillam *l. 55.* Brixellis (*abl.*) *l.* 52. PLIN. nat. 3, 115 Brixillum *colonia.* 7, 163 Brixilli. IOSEPH. bell. Iud. 4, 9, 9 (548) ἐν Βριξέλλῳ (HEGES. 4, 25 Brixie *cod. C*). TAC. hist. 2, 33. 39. 51. 54 a Brixello. SVET. Otho 9 substititque Brixelli. PLVT. Otho 5. 10. 18 (*ubique* Βριξιλλ-). PTOL. 3, 1, 42 Βρίξελλον. ITIN. Anton. Aug. p. 283, 4 Brixello. ORIGO Rom. chron. I p. 146, 8 Otho ... se Brixellis interfecit. AMBR. epist. 39, 3 Brixillum (*memorat inter 'semirutas urbes'*). SIDON. epist. 1, 5, 5 Brixillum ... oppidum. ADDIT. Prosp. Havn. chron. I p. 339, 16 Brixillam. RAVENN p. 272, 4 (*corrupt.* Becillum). *indicatur domus in titulis, ex. gr.*: CORP. VI 100 C. Iulius C. f. Arn. Africanus Brixello. 2379 a I 24. 26 Brixell. 2379 a II 31. 52. 53. 59. 2381 b I 24 Brixill. III 15000 (= 14321[13]) dom. Brixel. XIII 8337 d(omo) Brixelli. *compendium* Brix.: CORP. VI 32519. *incolae* **Brixellānī,** -ōrum *et adi.* **Brixellānus,** -a, -um. CORP. XI 6658 ordo possessoresque Brixellanorum. 1027 collegio centonariorum Brixellanorum. 1295 L. Callidius Primus Brixellanus. EVSEB. MED. Leo M. epist. 97 p. 947 Cyprianus episcopus ecclesiae Brixillianae.

Brixenetes *gens Alpina* (*PW. III 884*). INSCR. Plin. nat. 3, 137 (= CORP. V 7817) Brixenetes (Brixenetis *AE*², Brixentes *DR*). PTOL. 2, 12, 2 κατέχουσι δὲ τῆς Ῥαιτίας τὰ μὲν ἀρκτικώτερα Βριξάνται.

Brixenus *v.* Brixia *l. 74 et* Brixiena.

1. Brixia, -ae *opp. Cenomanorum in Gallia Cisalpina, tribu Fabia; hodie* Brescia. *cf. Hülsen, PW. III 884 sq. et suppl. I 258; Nissen, Ital. Landeskunde II p. 196 sq.* *formae*: Brixsia: CORP. III 14997². Bryxia: CORP. III 12690. Brixa: CORP. XIII 5241 (*cf.* INSCR. Rhen. Bramb. 116 Brixsae. *v. adn.*). Brixa *trad. etiam* NOT. Tir. 115, 34 (*sequitur* Brixenus). HIL. op. hist. frg. 2, 15. OPTAT. 1, 26 p. 28, 4 (Brixe *vel* Bryxe› *codd.*). ITIN. Burdig. p. 558, 8 civitas Brixa (*etiam pars codd.* ITIN. Ant. Aug. p. 127, 11). *cf.* CHAR. gramm. I 35, 8 pluraliter enuntiantur ... Baiae, Cumae, Puteoli, Ostia, Brixae, Abellae. Brexia: COSMOGR. 1, 19 p. 80, 42. *de accentu in antepaenultima*: PRISC. gramm. III 522, 11.

CATVLL. 67, 32. 67, 34 Brixia Veronae mater amata meae. VERG. catal. 10, 5 sive Mantuam ... sive Brixiam. STRAB. 5, 213 Βριξία. LIV. 5, 35, 1 ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt. 32, 30, 6 mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat. PLIN. nat. 3, 130 *colonia* Brixia Cenomanorum agro (*cf. infra p. 2202, 2*). 3, 132. PLIN. epist. 1, 14, 4 patria est ei Brixia ex illa nostra Italia *eqs.* PTOL. 3, 1, 27 Κενομανῶν ... Βριξία. PANEG. 10, 50 apud Brixiam (*bis*). IVST. 20, 5, 8 *Galli* Brixiam, Veronam ... condiderunt. GAVDENT. serm. 21 TAB. Peut. 4, 3 SERV. georg. 4, 278 COD. Theod. 6, 4, 27 *et saepius.* IVL. HON. cosmogr. A 19 p. 35, 8 oppidum. GREG. M. epist. 4, 37 RAVENN. p. 252, 13 (Guid. p. 458, 19). *passim in titulis* (*saepe per compendium* Brix.), *ex. gr.* (*alia v. p. 2201, 71 sq.*): CORP. V 4212 Genio coloniae civicae Aug(ustae) Brixiae (4202. suppl. Ital. 1273 coloni coloniae civicae Aug. Brixiae. *cf.* PLIN. *p. 2201, 84*). V 4204 VIvir. Aug. Brix. (4414. 4416 *al.*). 4392 decurion(i) Brixi‹ae› (*cf. 4477 al.*). 4904 praef. aedilic. pot. Brix. (*cf.* 4957. 4981). *in titulis militum indicatur domus, ex. gr.*: CORP. VI 3560 L. Aelius Fab. Brixia (*iter. ibid.*). 2430 Ti. Claudio Ti. f. Fabia Festo Brixia. 32724 (= 3905) *comp.* Brix. (*item* 2441). III 12348 domo Brixia (XIII 6907). 14946 domo Brixiae. VII 704 ex Italia domo Brixia.

incolae **Brixiānī,** -ōrum. LIV. 21, 25, 14 Brixianorum ... Gallorum. CORP. V 4319 ordo Brixianor. (4323. 4356. 4441. 4485. 4494). 4355 colleg. iuvenum Brixian. (*cf.* 4416. 4459 *bis compendium* Brix.). 4411 synagogae Brixianorum. 4507 Cosmus Brixianor. vilicus (4503 Brix. vilic.). 4990 coll(egio) n(autarum) B(rixianorum*? cf. Mommsen, Corp. V p. 524*). XI 831 (*Mutinae*) patronus ... Brixianorum. *adde*: CORP. V 4186. 4287. 4685. 4686. *adi.* **Brixiānus,** -a, -um. TAC. hist. 3, 27 porta. GAVDENT. serm. praef. in. in ecclesiae Brixianae conventu. AVG. haer. 41 Philaster ... Brixianus episcopus. EVSEB. MED. Leo M. epist. 97 p. 950^A Optatianus episcopus ecclesiae Brixianae.

Brixiānus (-ī) *cogn. vir.* CORP. V 4629 (*Brixiae*) Q. Quintius Brixianus. IX 3588 (*in pago Fificul.*) M. Nummio Messori fratri ... M. N(ummius) Brixianus. *adi.* **Brixiēnsis** (-e). AVG. epist. 222, 2 Philastrius ... Brixiensis episcopus (PS. ISID. vir. ill. 3 ed. Arev.). *cf.* Brixiena *et* Brixenus.

2. Brixia *v.* Bricia.

Brixiēna, -ae *nom. gent. mul.; cf.* Brixia Brixianus. CORP. V 6066 (*Mediolani*) Brixienae Mansu‹etae›. *cf.* NOT. Tir. 115, 35 Brixenus.

Brixiēnsis *v.* 1. Brixia. **Brixilliānus, Brixillum** *v.* Brixellum.

Brixis *vicus Galliae* (*PW. III 885*). GREG. TVR. Franc. 10, 31 p. 444, 20 per vicos Brixis, Iciodoro, Lucas, Dolus. *cf. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v.*

Brixo, -onis *nom. vir. barb.* PROB. cath. gramm. IV 11, 10 nec hac syllaba (*sc.* xo) inveni finitum nomen nisi barbarum, quod audivi Brixo Brixonis.

1. Brixsa *v.* 1. Brixia.

2. ? Brixsa *scr. in vasc.* CORP. VII 1334, 16. *Ihm.*

Brixsia *v.* 1. Brixia. **Brizice** *v.* Brendice.

Brizidia *oppidum* CORP. III 8302 (*in Dalmatia; cf.* p. 2255). Statius Victor Brizidia v(otum) l(ibens) s(olvit). *cf.* Brizice *sub* Brendice*? v. p. 2168, 66.*

Brizinus (-ī) *nom. vir.* CORP. IX 6192 (*Canusii a. 393*) Brizinus maior procurator. *Jacobsohn.*

broca *v.* boca. **Brocara, Brocarum** *v.* Brovonacae.

Brocchilla, Brocchina *sim. v. s.* Brocchus.

brocchitās, -ātis *f. a* brocchus. PLIN. nat. 11, 169 senectus in equis et ceteris veterinis intellegitur dentium brocchitate.

brocchus (broccus), -a, -um [*orig. inc. Th.*]. [*ital.* brocco, *francog.* broche. *M.-L.*] NON. p. 25 brocci (bronci *codd.*) sunt producto ore et dentibus prominentibus (*affert* LVCIL. *l. 64*); *inde* GLOSS. V 443, 28 *et* 563, 42, *ubi trad.* brocci *et* broci. GLOSS. II 31, 20 broc‹c›hus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκώς. V 272, 28 broccus qui labrum superius tumidum habet (IV 594, 25. 602, 12. V 493, 10 *trad.* broicus). 493, 9 broc‹c›hus, cuius dentibus expelluntur labra. 616, 17 broccus est inflatio labiorum et ponitur pro superbia. IV 26, 20 brocca labrosa (*sic saepius*). *cf.* PLIN. nat. 11, 159 labra, a quibus Brocchi, Labeones dicti. PLAVT. Sitell. frg. 2 aut varum aut valgum aut compernem aut paetum aut b‹r›occhum filium. LVCIL. ed. Marx 117 broccus (broncus *codd., cf. l. 55*) †nouitlanus (Bovillanus *Turnebus*, Novi Aeclanus *Marx*) dente adverso eminulo hic est rinoceros. VARRO rust. 2, 7, 3 (*de equis*) cum dentes sint brocchi (*v. adn. Keilii*). 2, 9, 3 (*de canibus*) dentibus dextra et sinistra paulo eminulis (eminus *cod.*), superioribus directis potius quam brocchis. *cf.* 1. brumaticus. *Ihm.*

Brocchus, -ī *cogn. vir.* PLIN. nat. 11, 159 labra, a quibus Brocchi, Labeones dicti. CIC. Verr. 4, 93 C. Annaeus Brocchus senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimatis. CIC. Lig. 32 huius T. Brocchi ... lacrimas ... video. 33 hanc Brocchorum domum. VAL. MAX. 6, 1, 13 Cn. etiam Furium Brocchum qui deprehenderat familiae stuprandum obiecit. SCRIB. LARG. 146 ab aquis caldis, quae sunt in Tuscia ... quondam Milonis Brocchi (*ita M*, gracchi *R*) praetorii, hominis optimi. SEN. contr. 2, 1, 23 Brocco cuidam non malo rhetori. IOS. arch. 19, 234 οἱ μὲν πρεσβευταὶ (*sc. ad Claudium*), Οὐηράνιος καὶ Βρόκχος (δήμαρχοι δ' ἦσαν ἀμφότεροι) *eqs.* PLIN. epist. 10, 65, 3 *epistula* Domitiani ad ... Armenium Brocchum *proconsulem* (TRAIAN. Plin. epist. 10, 66, 2). TREB. Claud. 8, 9 Claudii epistula, quam ad Iunium Brocchum scripsit Illyricum tuentem. *in titulis*: CORP. IX 448 (*litteris antiquissimis, Venusiae*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⟨. . .⟩ Broccus II vir. X 6009 P. Larcius P. f. Brocchus. Corp. VI 9 ex coh(orte) III pr(aetoriae) . . . T. Popilius T. fil. Ani. Brocchus. 29602. IX 3354 (*Pinnae*). 4806 (*Fori Novi*). 4958 (*Curibus, a. 201/2*). X 7377. XI 972 (*Regii Lepidi*) Cn. Bienus L. f. Pol(lia) Broccus . . . II vir Regio Lepido. 4806 (*Spoletii*) C. Lissidio L. f. Brocch⟨o⟩ auguri II⟨II⟩vir(o). V 4668 (*Brixiae*) Sex. Clodio Sex. f. Brocco. 5535 (*infra lacum Verbanum*) Iunonibus Brocchilo Brocchi f. 5618 (*in agro Mediolaniensi*) Campano Rufionis f. et Suricae Dunnonis f. uxori Secunda uxor et Priscus et . . . Broccus. 5972 (*periit*) Brocchio Atiliani f. Brocco. 5985 M. Cassius M. f. Ouf. Cacurius . . . M. Cassio Broccho filio. 6110. XII 2606 (*saec. I ex.*) L. Iul(ius) P. f. Vol. Brocchus Valer(ius) Bassius praef. fabr. . . . flamen in col(onia) Equestre (*cf.* XIII 5007). 3167 (*saec. I ex.*) T. Iúlio Sex. f. Volt. Maximo . . . Broccho Servilián. . . . iúridico Hisp. citeriór. Tarracónéns. XIII 3578 Q. Sutori Brocchi. 5976 (*saec. I*) Tib⟨er⟩ius Babul⟨eius⟩ Brocus *Mediolanensis*. III 3790 (*in Pannon. super.*) Buio Brocci . . . Maximae Epponis f. *eqs.* 4360. 9982 (*saec. I*) L. Turpilií Brocchí Liciniani filií (*idem* 9994). 13826 (*in Dalmatia*) Cn. Serto⟨rio⟩ C. f. Brocc⟨ho⟩ Aquilio . . . Agricola⟨e⟩ Ped⟨an⟩io F⟨usco⟩ Salinat⟨ori⟩ Iulio Servian⟨o⟩ (*eius pater naturalis potest fuisse Γ. Σερτώριος Βρόχλος, cf. Prosop. 3, 223*). II 1199 Frutonius Frutonii Brocci f. negotiantis ferrarí incol(ae) Rom(ulensis). 1791. 3293. 5726 genio Brocci. 6277c. VIII 5753 (*periit*) C. Brocus.

fem. **Brocc(h)illa,** -ae. Corp. VI 9346 Valeriae Brocchillae. II 2064 Fabiae Broccillae decreto ordinis Ilurconensis. *aut* **Brocchina,** -ae. Corp. III 6361 (*Naronae*) Papia L. f. Brocchina sacerdos divae Aug(ustae). II 98 Iulia Mermandi f. Brocina. 992 Appuleia M. f. Brocina. **Brochiānus,** -a *cogn.* Corp. VI 25771 a M. Salluvio Narcisso Brochiano. *cogn.* **Brocchilo.** Corp. V 5535 *v. supra l. 7.*

Brocc(h)ius, -a *nom. gent.* Corp. VI 13642 L. Brocchio Soteric⟨ho⟩ lib. V 5971 (*Mediolani, periit*) L. Brocchi Carpi. 5972 (*bis, v. supra l. 9*). III 5500 (*titulus corrupte traditus periit*) Broccia Restuta.

Broccu *cogn. mul.* Corp. VIII 8636 (*in Mauretania*) Broccu innox. *Jacobsohn.*

? **brochinus.** Not. Tir. 105, 56 (*trad. praeterea* brochenus, brocimus *al.*). *a* brochon?

brochon (-um), -ī *n.* [*vocabulum gr. non traditum. Th.*]. Plin. nat. 12, 35 *bdellium* alii brochon appellant, alii malacham, alii maldacon. 1, 12, 19 bdellium sive brochum sive malacham sive maldacum.

Brochubēlus Mazaci filius, Syriae quondam praetor Cvrt. 5, 13, 11.

brochum *v.* brochon. **Brochus, Brocina** *v.* Brocchus.

Brocoliti *v.* Procolitia.

Brocomagus *opp. Tribocorum in Germ. super., hodie* Brumath (*cf. PW. III 886; Corp. XIII 2 p. 152*). Ptol. 2, 9, 9 Τριβόκων . . . Β ρ ε υ κ ό μ α γ ο ς (Βρωκ- *Müller*). Itin. Anton. Aug. p. 253, 1 Brocomago. Tab. Peut. 3, 3 B r o c o m a c u s. Amm. 16, 2, 12 (*trad.* Brot-). Inscr. Rhen. Bramb. 1953 (*miliar., saec. III*) c(ivitas) Trib(ocorum) a Vro(comago).

Brocubelus *v.* Brochub- **Brocus** *v.* Brocchus.

Brodiontī *gens Alpina* Inscr. Plin. nat. 3, 137 (Corp. V 7817, 31). *cf.* Bodiontici?

broel edisc (*anglosax., secundum Sieversium fere i. q. 'pascua' vel 'campus stipularum'*) Gloss. V 347, 47. *cf.* 403, 68 broel edisc deortuun. [*vocabulum gallicum esse videtur; cf. hibern.* mruig *cambr.* bro *'terra'; v. Zimmer, Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch. 32 p. 238. Th.*]

broelarius (*vel* broellarius, broelearius) ediscueard (*anglosax. 'custos pascuorum'*) Gloss. V 347, 49. 403, 69. *cf.* broel.

brogae Galli agrum dicunt Schol. Iuv. 8, 234. [*francog. vet.* brueil, *it.* bruolo, *prov.* broa. *M.-L.*] *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 619 et vide* broel *l. 51.*

Brogi⟨. . .⟩ *cogn. vir.* Corp. X 7421 (*Sicil.*) ⟨. . .⟩ius Brogi ⟨. . .⟩. *cf. voc. seq.*

Brogia, -ae *nom. mul.* Corp. III 5642 c. add. (*in Norico*) ⟨L. Se⟩necius Valens⟨. . .⟩ sib(i) et Brogie con(iugi).

Brogimārus, -a *cogn. celt.* Corp. III 3594 (*Pann. inf.*) Brogimarus Dallonis f. 4580 (*Pann. sup.*) Brogimarus. 5101 (*in Norico*) Brogimara. 15151 (*Pann. inf.*) Vlpius Brogimarus. *adde tit. male descriptum* Corp. III 4596 (*Pann. sup.*).

Brogitarus, -ī *Galata, gener Deiotari regis* (*Klebs, PW. III 887*). Cic. har. resp. 28 Brogitaro Gallograeco, impuro homini ac nefario (Sest. 56). 59 Byzantiorum Brogitarorumque praedas. dom. 129 ad Q. fr. 2, 7, 2. *idem ut vid.* Strab. 12, 567 (*trad.* Βογοδιατάρῳ) *et in* Inscr. Bull. d. Inst. 1873 p. 227 Βρογίταρον Δηιοτάρου Γαλατῶν Τρόκμων τετράρχην. *cf. G. Hirschfeld, Herm. 14 (1879) 475.*

? **Broi** Atita *scr. in amphora* Corp. XIII 10002, 131a.

broia ulua marina Gloss. (*Scal.*) V 592, 3. brya *Graevius. at cf.* boca.

Bromagus *opp. Helvetiorum* (*PW. III 887*). Itin. Anton. Aug. p. 352, 2 Bromago. Tab. Peut. 3, 2 V i r o m a g u s. vicanis **Bro⟨manēnsibus?⟩** *supplent in titulo* Corp. V 5203 (*prope Bergom.*) *referentes ad vicum* Brumano. *cf. Mommsen, Corp. V p. 557.*

Bromē *v.* Bromie. **Bromia** *v.* Bromius.

Bromiaeus (Βρομιαῖος) *mons Pthiotidis.* Plin. nat. 4, 29.

Bromiālis *ad Bromium pertinens.* Mart. Cap. 8, 804 vernaculaeque Bromiales.

Bromiē (-mē), Βρομίη, Βρόμη; *cf.* Bromius. *nympha, Oceani filia:* Hyg. fab. 182 p. 35, 17 *et* 21 Bromie. Serv. auct. ecl. 6, 15 quae (*Bacche nympha*) cum Brome sorore sua eum (*Bacchum*) nutrierat in monte Nysa.

Bromius, -ī (Βρόμιος) *cogn. Bacchi* (*cf. Jessen, PW. III 888*). Arnob. nat. 4, 22 Liber qui Bromius vocatur. Gloss. IV 212, 29 Bromius Liber pater *et saepius.* 381, 18 Liber. Enn. trag. 107 (sc. 123 Vahl.) his erat in ore Bromius, his Bacchus pater. Plavt. Men. 835 euhoe Bacche, Bromie, quo me in silvam venatum vocas? Ov. met. 4, 11 Bacchumque vocant Bromiumque Lyaeumque. Sen. Phaedr. 760 Lvcan. 5, 71. 8, 801. Petron. 41 puer . . . vitibus hederisque redimitus, modo Bromium interdum Lyaeum Euhiumque confessus, calathisco uvas circumtulit (*cf. seq.*). Calp. ecl. 4, 123 Stat. Theb. 7, 651. 9, 428 silv. 2, 2, 4. 2, 3, 38 immitem Bromium (Bromiam *Lundström, i. Dianam*). 4, 6, 66 Mart. 4, 45, 8. 12, 98, 3 Prvd. Symm. 1, 131. 2, 496 Clavd. 7, 132. 8, 132. carm. min. app. 6, 1 Bromie Semeleie Bacche (*cf.* Corp. VI 35769 Semeleio Bromio). Mart. Cap. 4, 331. 424. 9, 889 Sidon. carm. 10, 16. 11, 120. 22, 233 Drac. Romul. 2, 106. Ennod. epist. 7, 22, 3 p. 190, 23 progressi ad Bromium et Bacchi orgia. carm. 2, 67, 10 Not. Tir. 106, 6 (*seq.* Baccus). Carm. epigr. 894 (= Corp. VI 462 *saec. IV, v. adn. Buecheleri*). 1187, 7 (Corp. XI 911) tibi dona Ceres larga det et Bromius. 1233, 17 (= Corp. III 686) *v. adn. pro vino:* Copa 20 est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius. *nota:* Avson. 336, 46 Bromii quadrantal. *adi.* **Bromius,** -a, -um. Varro Men. 443, 2 de fronde Bromia. Vers. metr. Bass. gramm. VI 265, 1 mulier. Carm. de mens. 2, 39 iam Bromios spumare lacus et musta sonare apparet. Clavd. carm. min. 24, 365 taurinaque pulsu Baccharum Bromios invitant tympana remos. Drac. Romul. 6, 17 Bromius . . . Hymen (*i. Liberi filius*). **Bromia,** -ae *ancilla Amphitruonis:* Plavt. Amph. 1077 tua Bromia ancilla (*cf. K. Schmidt, Herm. 37 (1902) 180*). **Bromius,** -ī *cogn. et nom. sing.* Ivv. 6, 378 tondendum eunucho Bromium (Schol. puerum ephebum) committere noli. Corp. VI 3962 (*e columb.*) Bromius custos ration. patrimonií. 9102 d, 12 *libertus.* 9375 P. Clodius A. et Clodiae l. Bromius eborarius. 12634 Atilia Primilla et Atilius Bromius fecerunt Bromio filio dulcissimo. 18312. 18847. 25740 Q. Sacidius Bromius. 26105 A. Seius Bromius. 26647 T. Flavius Bromius. 34269 (= 1895) C. Alfi C. l. Bromi lictor. IX 6078, 48 (?). X 1914 dís máni(bus) Brómíus argentari. 6378 ⟨M.⟩ Mevius M. l. Bromius Mevia Bromi l. Salvia. Inscr. Notiz. degli scavi 1896 p. 210 (*in Samnio*). Corp. XI 4857. V 5285 C. Catius Bromius. III 11586 P. Postumio P. l. Bromio. VIII 14965 Q. Gellius Bromius sacerdos. 17074 Fl. Claudius Bromius. 17116 Redempta Bromi uxor. 19540 Bromius v. a. x h. s. e. Bachus fil. dulc. pos. 18952. *cf.* Bromiaeus, Bromialis.

brōmōdēs βρωμώδης. Oribas. syn. 2 add. p. 842 si . . . bromodis qualitas ructus excitet insuaves. *cf.* bromosus.

1. bromos, -ī *m.,* βρόμος. *species avenae:* Plin. nat. 18, 93 bromos [siligo excepta] et tragos, externa omnia, ab oriente invecta, oryzae similia. 22, 93 bromos semen est spicam ferentis herbae. nascitur inter vitia segetis avenae genere, folio et stipula triticum imitatur (1, 22, 79 bromo). Diosc. 2, 76 de bromo. bromos canna est sicuti tridicu ascendens et folia similia tridici *eqs.* Cael. Avr. acut. 3, 17, 161 vel bromi sucus vel ptisanae. Oribas. eup. 2, 1 B 10 bromos abena dicitur. Gavdent. serm. 2 p. 860^{B}. *cf.* bromus.

2. brōmos *v.* bromus.

brōmōsus, -a, -um [*a* bromus, *gr.* βρωμώδης. *Th.*]. *saepius trad.* brum- (*l. 57. 60. 64. 65*). Gloss. IV 489, 15 bromosa inmunda (V 592, 60. brum-: IV 586, 33. V 493, 12. 632, 48). 594, 21 bromosa: inmunda, alba (atra *Götz*) uel nigra. *cf.* V 500, 51 ferudae (?, fervidae *Götz*) lascivae bromosae. Zeno 1, 15, 5 p. 364^{C} quod (*sacrificium*) non bromosis (*al. edd.* brum- *vel* bram-) pecudibus sed suavissimis moribus comparatur, quod non cruentis manibus sed sensibus mundis offertur. 2, 61 p. 517^{A} illud pascha non esse, sed bromosum latronis cruenti convivium. Vitae patr. 3, 39 (Migne 73 p. 764^{A}) cum feteret brumosa (*vulg.* brom- *vel* bram-) aqua odore (*syn.* fetidus). Isid. ord. creat. 6, 8 nebulosi ac brumosi aeris (*opp.* purus). Cael. Avr. acut. 2, 37, 209 carnis etiam quiddam, sed neque indigestibilis . . . neque bromosae. chron. 1, 6, 182 odoris taetri, hoc est fumosi vel bromosi. 3, 2, 16 corruptio acceptorum . . . in bromosam vel fumosam transeuntium qualitatem. 3, 8, 142 piscis silurus bromosus. diaet. pass. 63 ructuationibus male redolentibus, hoc est fumosis vel acidis aut bromosis. Diosc. 1, 24 gustu bromoso (βρωμῶδες). 3, 36 bromosa *mentha* (βρωμωδέστερον). 3, 150 odore bromosu habens (ὀσμῇ ὑπόβρωμον). 5, 127 gustu et odori bromoso. Oribas. syn. 5, 30 hustura bromosa. *cf. etiam* brumosus.

brōmus, -ī *m.* [*a gr.* βρῶμος *tractum. Th.*]. Gloss. V 443, 29 bromus squalor. 563, 41 bromus squalor id est fetor[e]. 272, 25 bromum sordum (-em *Löwe*) maris. Rvfin. Clement. 2, 2 nec ferre possem bromum (brumam *al.*) et molestiam maris. Gavdent. serm. 2 p. 860^{B} ut immaculatus dei agnus hostiam mundam mundato populo traderet celebrandam sine ustione, sine sanguine, sine bromo (brodio *cum glossa* id est iure carnium): *quem locum alii ad* brŏmos *referunt.* Marcell. med. 20, 119 observa, ut paulum salis mittas dum coquuntur, propter bromum. Diosc. 3, 4 bromo plena est *aristolochia* (βρωμώδεις). 3, 88. 4, 71 in odore bromu grave habens (βρω-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

μώδη). 5, 33 servata aqua marina bromum non colligit (ἄβρωμος γίνεται). 5, 127 (βρωμωδέστερον). 5, 144 secunda *species* bromo plena est et odore habet piscium. *et saepius.* Oribas. syn. 4, 3 pisces qui non liquorem aut bromum habent cum manducantur. 4, 40 ex ipso bromo, qui in ora vasi colligitur. 1, 15 sanguisugas . . . mittis in aqua tepida munda et cum spungia detergis omnem bromum ex ipsis.
deriv. bromosus (*cf.* bromodes). *cf.* exbromare.

Bromus, -ī, Βρόμος, *nomen Centauri*: Ov. met. 12, 459.

Brona, -ae *opp. Hisp. Baet.* Plin. nat. 3, 15.

Broncas *v.* Vasinabroncas.

bronchia (-ōrum) *n.*, τὰ βρόγχια. Cael. Avr. acut. 2, 28, 147 Asclepiades . . . eas pulmonis partes pati *inquit*, quae arteriae sunt adhaerentes, quas appellant bronchia.

bronchocēlē *f.*, βρογχοκήλη. Oribas. syn. 4, 41 maxime tamen in muscolus gylae resedens *aqua* facit broncocelas (*trad.* brenc-) id est gutturosus. *graece apud* Cels. 7, 13.

bronchus, -ī *m.*, βρόγχος. Cael. Avr. chron. 5, 10, 111 arteriam gutturis, quam Graeci bronchum appellant. *cf.* brunchus.

broncus *v.* brocchus.

Brondis- *v.* Brundis-. **Bronichildis** *v.* Brun-.

Brontē, *acc.* -ēn (Βροντή); *cf. Höfer, PW. III 890.* **1** *nom. equi Solis*: Hyg. fab. 183 p. 36, 3. **2** Plin. nat. 35, 96 *Apelles* pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Bronten, Astrapen et Ceraunoboliam appellant.

brontea (-ia), -ae *f.* [*vocabulum gr., cf. c.* βροντή. *Th.*]. *gemma*: Plin. nat. 37, 150 brontea, capiti testudinum (*sc. similis*), e tonitribus cadit, ut putant, restinguitque fulmine icta, si credimus (*inde* Isid. orig. 16, 15, 24, *ubi* brontia *Arev.*, bronia *vulg.*). 37, 176 ombria . . ., sicut et ceraunia et brontea, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur. 1, 37, 55 brontea.

Brontēs (Βρόντης) *Cyclops* (*cf. Höfer, PW. III 890*). *acc.* -em *l. 35.* Verg. Aen. 8, 425 ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque Steropesque (Serv. *ad l.* Brontes a tonitru dictus est. *cf.* Gloss. V 272, 27 Brontes discipuli Vulcani). Ov. fast. 4, 288 Brontes et Steropes. Stat. silv. 1, 1, 4 Steropem Brontemque. 3, 1, 131. 4, 6, 48 stolidus. Clavd. 7, 193 Brontes innumeris exasperat aegida signis. *cf.* Brotes.

Brontōn, -ōntis, Βροντῶν, *cogn. Iovis.* *cf. Cumont, PW. III 891; Wissowa, Relig. u. Kult. p. 305.* Corp. VI 432 Iovi sancto Brontonti Aur. Poplius. 733 (*periit*) Mithre Fl. Septimius Zosimus . . . sacerdus dei Brontontis et Aecate hoc speleum constituit. 2241 sacer(dos) dei Brontontis.

? **Brontotas** *nom. loci.* Cassiod. chron. II 158, 1283 Anthemius . . . tertio ab urbe miliario in loco Brontotas suscepit imperium.

? **Brotasus** *cogn. vir.* Corp. VIII 17903 b 13 Vallius Brotasus (-assius *al.*).

Broteās, *acc.* -an, *nom. vir.*, Βροτέας. **1** *pugil*: Ov. met. 5, 107 gemini fratres Broteasque et caestibus Ammon invicti. **2** *Lapitha*: Ov. met. 12, 262 Brotean et Orion. **3** Ov. Ib. 517 Brotean (*cf. Wagner, PW. III 897*).

? **Brōtēs,** *acc.* -ēn, *nom. vir.* Val. Fl. 3, 152 *fort. legendum* Bronten, *v. adn. Langeni.*

Brotius, -ī *nom. gent.* Corp. VI 13643 C. Brotius C. l. Geminus *et* C. Brotius C. l. Silo. XV 2398 (= XIV 4089, 25 *tegula*) C. Broti Philocali (*idem saepius in Volscis* X 8043, 40).

Brotomagus *v.* Brocom-.

? **Brotria,** -ae *nom. mul.*; *cf.* Brotius? Corp. VI 12016 Antonius Successanus conparavit sibi et R o t r i e (*sic*) Rusticiane coiugi . . . B r o t r i a (*sic*) Rusticiana scripsit Antonio Successano coiugi qui ⟨. . .⟩.

? **Brovaccus** *nom. vir. in titulo christ.* Corp. XII 2584 (*a. 527*). *sic vel* Ebrovaccus *legi potest.* *Ihm.*

Brovonacae, -ārum *castellum Brigantum Britannicorum; cf. Hübner, PW. III 898.* Itin. Anton. Aug. p. 467, 4 Brovonacis. *idem* p. 476, 5 B r o c a v o. Ravenn. p. 433, 5 B r o c a r a (Ravonia p. 431, 2 *cf. Seeck.* Not. dign. *l. l.*), *vix diversum* Corp. VIII 4800 Brauniaco. Not. dign. occ. 40, 12 (27) Braboniaco. *? adi.* **Brovonacēnsis** (-e). Corp. VII 302 (*Brovonacis*) genuis loci Br(ovonacēnsis?).

Broziānus *v.* Bryzēnī. **brualia** *v.* bracatus *p. 2155, 77.*

Bruanium, -ī *urbs Macedoniae* (Βρυάνιον). Liv. 31, 39, 5 Philippus cum primo ad Bruanium stativa habuisset. *cf. Oberhummer, PW. III 916.* *Jacobsohn.*

Marti **Bruatō** Siccius Secundus v. s. l. m. Inscr. Revue épigr. V 1904 n. 1564 (*dép. Basses-Alpes*). *an* Brivato?

? **brucārius,** -ī *m.* Chiron 532 spongiam mollem aut penecillum super alligato et vino bono ocularem aut brucarium equestrem imponito, ne alligatura cadat. *a* bruchus *derivat Buecheler comparans* κωνωπεῖον *et* culicare '*Mückennetz*' (*v. indicem Oderi p. 330*). *Ihm.*

Bruccius, -ī *nom. barb.* Corp. II 4970, 90 b (*in vasculis*) Brucci. (a. Bru). VII 180 (*c. a. 150 a. Chr.*) Co⟨l⟩asuni Bruccius et Caratius.

Brucetus, -ī *nom. vir. barb.* Corp. VII 37 Sulevis Sulinus scul(p)tor Bruceti f(ilius).

Bruchium, -ī, Βρούχιον, *regio Alexandriae; cf. Puchstein, PW. III 898.* Amm. 22, 16, 15 Alexandria . . . amisit regionis maximam partem, quae Bruchion appellabatur, diuturnum praestantium hominum domicilium. Hier. chron. a. Abr. 2287 in Alexandria Bruchium . . . tandem destruitur. vita Hilar. 33 fratres sibi notos in Bruchio. 34 egressus de Bruchio. *Jacobsohn.*

brūchus, -ī *m.*, βροῦχος (βρούκος). *semper singul.* bruchus *et* brucus *codd. passim, v. infra* (brucus *etiam* Not. Tir. 120, 1. 131, 103). [*ital.* bruco, *hisp.* brugo. *M.-L.*] Gloss. II 260, 29 βροῦχος bruchus. IV 594, 28 brucus locusta (27, 4. V 493, 11). V 348, 20 bruchus genus locustae quod volat (403, 73. *cf.* Evcher. instr. 2 p. 158, 5 bruchus in psalmo [*infra l. 31*] locustae quae nondum volant). 309, 4 lucustinum quod dicitur bruchum. 347, 51 bruchus cefr (*anglosax.*; 403, 70 cefer). *cf.* IV 602, 15 *et* branchos, beluus (*Götz, thes. gloss. s.* bruchus). Ambr. hex. 3, 16, 67 magnam virtutem suam in lucustis esse dixit et brucho (*pars codd.* bruco). *ibid.* sterilem. [4, 1, 1 anterior brucus (*var.* bruchus, rubus, rebus; *vocem corruptam putat Schenkl*) quam sol, antiquior herba quam luna]. Hier. epist. 53, 8 Ioel . . . describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante corruptam (Vvlg. *l. 27*). in Am. 7, 1—3 p. 323 has autem locustas, quae primo vere volitabant, bruchus innumerabilis sequebatur, qui veniebat post imbrem scrotinum et appellabatur tonsor vel tonsura regis. p. 324 bruchi innumerabilem multitudinem. in Mal. 3, 7 *sqq.* p. 978 locusta aut bruchus . . . destruant *agros.* Vvlg. lev. 11, 22 II par. 6, 28. Is. 33, 4 congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus. Ier. 51, 14 replebo te hominibus quasi brucho. 51, 27 adducite equum quasi bruchum aculeatum. Ioel 1, 4 residuum locustae comedit bruchus et residuum bruchi comedit rubigo. 2, 25 reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, et rubigo et eruca (*cf.* Hier. in Ioel 1, 4 p. 170 Cassian. conl. 13, 3, 4). Nah. 3, 15 (*bis*). 3, 16 bruchus expansus est et avolabit (*cf.* Hier. *ad l.* p. 576). psalm. 104, 34 venit locusta et bruchus, cuius non erat numerus (Prosp. in psalm. 104, 34 una plaga est locustae et bruchi, quoniam altera est parens, altera fetus. *cf.* Evcher. *supra l. 10*). Prvd. ham. 228 populator edet gemmantia germina bruchus (*var.* brucus). Pavl. Nol. epist. 39, 5 piger (*translate*). 39, 7. Alc. Avit. carm. 5, 194 surgit consumere fructum brucus et . . . lucusta. *cf.* brucarius. *Ihm.*

Brucida *statio Macedoniae.* Itin. Burdig. p. 607, 2 mutatio Brucida. *cf. Oberhummer, PW. III 899.*

Brucla, -ae *opp. Daciae.* Tab. Peut. 8, 2 B r u t i a. Ravenn. p. 188, 11. *cf. Patsch, PW. III 899.*

Bructerī, -ōrum *gens Germaniae ad Amisiae ripas habitans; cf. Ihm, PW. III 899.* *genet.* Bructerum Plin. epist. *l. 51 et fort.* Corp. V 8768 (*ca. a. 400, v.* p. 1059). *de -ĕ- brevi cf.* Clavd. *et* Sidon. *l. 58.* Vell. 2, 105, 1 subacti Canninefates, . . . Bructeri. Tac. ann. 1, 51. 1, 60 Caecinam . . . per Bructeros ad flumen Amisiam mittit . . . Bructeros . . . L. Stertinius . . . fudit. . . . ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum. 13, 56 hist. 4, 21. 4, 77. 5, 18. Germ. 33 iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum. Plin. epist. 2, 7, 2 Spurinna Bructerum regem vi et armis induxit in regnum ostentatoque bello ferocissimam gentem . . . terrore perdomuit. Paneg. 7, 12. 10, 18 Isid. orig. 9, 2, 97 Not. dign. occ. 5, 39. 7, 69 B r o c t e r i. Provinc. laterc. Veron. 13, 15. Tab. Peut. 3, 1 B u r c t u r i. Greg. Tvr. Franc. 2, 9 (*ex Sulpicio Alexandro*) transgressus Rhenum B r i c t e r o s ripae proximos . . . depopulatus est. *singularis*: Svet. Tib. 19 a Bructero quodam occideretur. *collective*: Clavd. 8, 451 accola silvae Bructerus Hercyniae. Sidon. carm. 7, 324. *adi.* **Bructerus,** -a, -um. Tac. hist. 4, 61 Velaeda virgo nationis Bructerae. *Jacobsohn.*

? **bructis** *vocab. germ.* Lex Sal. 20 add. si quis mamillam mulierem strinxerit aut sciderit quod sanguis egressus fuerit de bructe (aut *usque ad* bructe *extat tantum in 2a*). *aut emendandum est* bruste, *i.* '*Brust*' (*cf. theod. vet.* brust), *aut possis cogitare de* 'Bruch' (*theod. vet.* bruht). *Ihm.*

brucus *v.* bruchus. **bruda** *v.* 1. brunda.

Bruges *v.* Phryges.

Brugetia *locus Galliae.* Corp. XII 3362 (*Nemausi*). *cf. Ihm, PW. III 901.*

Bruitia *v.* Brutis.

Brulla, -ae *nom. vir.* Cic. de orat. 3, 88 Titius pila, Brulla talis *delectantur.* *Jacobsohn.*

brūma, -ae *f.* [*cf. esse videtur c.* brevis. *Th.*]. Varro ling. 6, 8 dicta bruma, quod brevissimus tunc dies est. Vitr. 9, 3, 3 a brevitate diurna bruma *appellatur.* Pavl. Fest. p. 31 Plin. nat. 2, 151. Serv. Aen. 2, 472 dicta . . . bruma quasi βραχὺ ἦμαρ, id est brevis dies. Macr. sat. 1, 21, 15. Isid. orig. 5, 35, 6, *sed hariolatur pergens* vel a cibo, quod maior sit tunc vescendi appetitus. edacitas enim Graece βρῶμα appellatur (*cf.* Gloss. V 493, 13). Lyd. mens. 4, 158 p. 174. Serv. Aen. 2, 472 *bruma est* generis feminini. *plurali numero*: Cic. nat. deor. 2, 19 Hor. carm. 2, 6, 18 Manil. 3, 607 Stat. Theb. 4, 421 Mart. 4, 40, 5. 10, 104, 9 Avson. 298, 10. *deest apud* Plavt. Rhet. Her. Cic. orat. *et* rhet. Catvll. Sall. Nep. *al.* [*val.* brumă, *ital.* bruma, *francog.* brume, *hisp.* bruma. *M.-L.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I ***proprie:*** *anni dies brevissimus solstitii hiemalis temporibus, tempus noctis longissimae*: GLOSS. brevitas. CAES. Gall. 5, 13, 3 de quibus insulis nonnulli scripserunt dies continuos XXX sub bruma esse noctem (*cf.* PLIN. nat. 2, 186. 4, 104). VARRO ling. 6, 8. MANIL. 3, 229 vix finit luces Cancer, vix bruma reducit. 3, 478 descendunt noctes a sidere brumae tolluntur que dies. 3, 637 brumam Capricornus inertem per minimas cogit luces et maxima noctis tempora (6, 649. 661). PLIN. nat. 2, 81 permutatis spatiis in auctum diei brumā. 18, 220 *lux* augetur ... a bruma. *ibid.* procedit ⟨nox⟩ ex eo (*autumno*) ad brumam. 18, 264 ARNOB. nat. 1, 2 MART. CAP. 6, 601. 8, 875. *cardo hiemalis in cursu solis: tempus solstitii hiemalis. accedit saepe ad notionem solstitii ipsius vel circuli solstitialis brumalis*: GLOSS. τροπὴ χειμερινή. CIC. nat. deor. 2, 19 solis accessus discessusque solstitiis brumisque. VARRO ling. 6, 8 movetur *sol* a bruma ad solstitium. *ibid.* cum venit *sol* in medium spatium inter brumam et solstitium. *ibid.* a bruma ad brumam dum sol redit. 9, 24 *de analogia*: nonne in caelo ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem divisum, sic contra [a] paribus partibus idem a bruma versum contraria parte? 9, 25 num aliter sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra, cum ad solstitium venit, ad aequinoctialem circulum et inde ad brumam? OV. fast. 1, 163 bruma novi prima est veterisque novissima solis (CENS. 21, 13 a novo sole, id est a bruma. AVSON. 298, 10 *cf.* PAVL. NOL. carm. 14, 16). VITR. 9, 1, 1 ἀνάλημμα est ratio conquisita solis cursu et umbrae crescentis a brumae observatione inventa. PLIN. nat. 2, 81 sol ... quattuor differentias habet ... brumā .... 2, 186 sole ad brumam remoto. 4, 89 *Hyperboreis in anno* brumā ... semel *soles* occidunt. GELL. 3, 10, 4 in septimo signo *zodiaci* fit solstitium a bruma, in septimo bruma a solstitio. PROB. Verg. georg. 1, 233/239 *deficiunt solis* radii bruma ad septentrionalem circulum. *ibid.* in meridie brumam animadvertimus. MART. CAP. 6, 601 sol in brumam decidens. 8, 856. ISID. orig. 5, 35, 6 *hieme* breviore sol volvitur circulo. unde et hoc tempus bruma dicitur. *initium et finis anni*: VARRO ling. 6, 8 tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus. OV. fast. 1, 163 CENS. 21, 13 p. 46, 26 AVSON. 377, 24 ISID. nat. 6 *cf. supra l. 21sqq.* *definitur secundum sidus aut mensem: notandi sunt loci, quibus bruma non solum dies unus solstitii hiberni, sed spatium temporis inde a die Nov. 24 usque ad diem vere brevissimum intellegitur* (*cf. p. 2208, 20 sqq.*): Q. CIC. carm. frg. 12 bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni. MANIL. 2, 404. 659. 3, 637 SEN. nat. 3, 29, 1. COLVM. 9, 14, 12 *bruma* fere conficitur circa VIII Kal. Ian. in octava parte Capricorni. PLIN. nat. 18, 221 VARRO rust. 1 capit. p. 5, 12 AVIEN. Arat. 2, 57 SERV. georg. 1, 211 PHILOCAL. fast. Nov. 24 (Corp. I² p. 276) *et* POL. SILV. *ibid.* (p. 277) bruma. LYD. ost. p. 154 *ad Nov. 24* τῇ πρὸ η΄ καλενδῶν προοίμια τῆς χειμερινῆς τροπῆς. *ad Dec. 23* τῇ πρὸ ι΄ καλενδῶν ... συμπληροῦται ἡ βροῦμα, οἱονεὶ ἡ χειμερινὴ τροπή. *cum aliis cardinibus temporum*: CATO agr. 17, 1 ubi solstitium fuerit ad brumam. VARRO ling. 6, 8 a bruma ad solstitium. PLIN. nat. 18, 264 *in solstitium* usque a bruma crescunt dies. VARRO ling. 6, 8 a bruma ad brumam. rust. 3, 7, 9 a bruma ad aequinoctium vernum. PLIN. nat. 17, 128 inter autumnum et brumam. 18, 202 inter aequinoctium autumni et brumam. 18, 222 VARRO rust. 1 capp. p. 5, 1. VARRO rust. 1, 28, 2 ab hoc (*Vergiliarum occasu*) ad brumam. 1, 35, 1 COLVM. 2, 8, 2. 9, 14, 12 PLIN. nat. 17, 131 VARRO rust. 1 capit. p. 5, 10. PLIN. nat. 11, 43 a bruma ad Arcturi exortum. 17, 131 ab occasu Arcturi ad brumam. VARRO rust. 1, 35, 2 inter brumam et favonium. COLVM. 11, 2, 6 PLIN. nat. 16, 188. 18, 234 VARRO rust. 1 capit. p. 5, 12. PLIN. nat. 17, 128 a messe ad brumam. *similiter* CIC. nat. deor. 2, 19 solstitiis brumisque. 2, 50. MANIL. 2, 404 solstitium brumae ... opponere. SEN. benef. 1, 12, 3 nat. 3, 29, 1 PLIN. nat. 2, 151. 215. 229. 4, 89. 8, 187. 10, 90. 162 GELL. 3, 10, 4 MART. CAP. 6, 605 *cf.* HOR. epist. 1, 11, 19 OV. trist. 5, 108 LVCAN. 10, 299. CLAVD. 1, 135. PLIN. nat. 2, 108 autumnali aequinoctio brumaeque. *magni aestimatur in natura rerum, rebus humanis, eximie rusticis, al.: haec affero exempla*: TER. Phorm. 709 ante brumam autem novi negoti incipere —! CIC. div. 2, 52 *cum moneretur Caesar*, ne in Africam ante brumam transmitteret (MIN. FEL. 26, 4). VARRO rust. 1, 34, 1 ante brumam sata. ... septimo die. 1, 35, 2. COLVM. 5, 10, 17 pirum autumno ante brumam seritur. 5, 10, 20 persicum ante brumam per autumnum serito. arb. *saepe.* PLIN. nat. 9, 12 in Gaditano oceano non ante brumam conspici *ballaenas*. 13, 132 *seritur cytisus* autumno ante brumam. 17, 189 veterem *vineam* semel a vindemia ante brumam *confodi*. CIC. epist. 3, 7, 3 *litteras* mihi post brumam reddiderunt. VARRO rust. 1, 34, 1 post brumam, nisi quae necessaria causa coegerit, non serere. 1, 35, 1 in XV diebus ante et post brumam. COLVM. 2, 10, 9. 4, 32, 5 *harundinetum* caeditur ... post brumam. PLIN. nat. 2, 122 *ornithian* uno et LXX die post brumam flantem. 17, 233 si *folia arborum* post brumam continuavere XL diebus. 31, 56 dicunt aquas graviores post brumam fieri. CIC. div. 2, 33 musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. SEN. nat. 4, 2, 18 nullum ex his animalibus, quae latent, bruma umquam reconditur. COLVM. 4, 8, 2 *hiemalis aqua* brumae congelationibus nova vulnera peruret. 4, 29, 2 brumae temporibus ... insitam vitem. 7, 3, 11 *agnus* bruma ... nascitur. 11, 3, 13. PLIN. nat. 6, 58 nostra ... bruma lenes ibi (*in India*) aurae. 7, 170. 9, 51. 90. 10, 162. 11, 196. 13, 64. 16, 189. 17, 250. 21, 34. VARRO rust. 3, 10, 3 anseribus ⟨ad⟩ admittendum [iis] tempus est aptissimum a bruma. PLIN. nat. 2, 127 spirant *etesiae* ... a bruma. 10, 150 parere *gallinae* a bruma incipiunt. 18, 174 tepidioribus locis a bruma proscindi arva oportet. 18, 220. 19, 130 CENS. 21, 13 p. 46, 26. SOL. 32, 28 quattuor menses a coeptu brumae inedia exigunt. AVSON. 377, 24 ISID. nat. 6. CAES. Gall. 5, 13, 3 dies continuos XXX sub bruma esse noctem. LIV. 43, 18, 1 sub tempus brumae ... occasionem esse ratus. SEN. dial. 7, 22, 3 in bruma ac frigore apricus locus. COLVM. 4, 23, 2 per brumam meridiano axi oppositas vites *deputari conveniet*. 4, 29, 3. 12, 55, 3 haec salsura ... maxime per brumam ... fiet. arb. 5, 3. 4 PLIN. nat. 4, 104. 18, 232. COLVM. 11, 2, 16 reliquae partes vinearum propter brumam vel frigora omissae. PLIN. nat. 8, 205 diebus X circa brumam ... *sues* dentatos nasci. 12, 87. 17, 135. 232. 18, 204. 231. PLIN. nat. 17, 145 crescit *harundo* ad brumam usque. LEX Visig. 8, 5, 1 (COLVM. arb. 24). *iuncturae verbales*: LIV. 21, 54, 7 erat forte brumae tempus. SEN. nat. 4, 4, 3 bruma lentas pluvias habet et tenues. PLIN. nat. 14, 83 donec bruma transeat. 18, 231 talem futuram hiemem ..., qualis fuerit brumae dies. COLVM. 2, 11, 8 post brumam confectam. 8, 5, 1. 9, 14, 17. 11, 3, 5. 51 PLIN. nat. 18, 231. 36, 72. COLVM. 11, 2, 2 consumpta bruma. 11, 3, 13 peracta bruma. ANTH. 723, 8 renovas brumam.

II ***latiore sensu:*** **1** *pro tempore hiemis et frigoris, inprimis apud poetas*: *cf.* GLOSS. χειμών, hiems, tempus hiemis. MART. 9, 12, 1 *si darent* mihi nomen ... horrida ... brumae sidera, Chimerinos *essem.* VERG. georg. 3, 443 *ubi ovibus* altius ad vivom persedit ... horrida cano bruma gelu. Aen. 2, 472 frigida sub terra tumidum quem (*colubrum*) bruma (SERV. id est hiemps) tegebat. HOR. sat. 2, 6, 25 bruma nivalem interiore diem gyro trahit. epist. 1, 7, 10 bruma nives Albanis inlinet agris. PROP. 1, 8, 9 utinam hibernae duplicentur tempora brumae. SEN. Herc. O. 383 saeva totas bruma discussit comas (Med. 715. Phaedr. 966 canae frigora brumae nudent silvas). Phoen. 370 bruma ter posuit nives. LVCAN. 1, 17 qua bruma rigens ac nescia vere remitti astringit ... frigore pontum. 1, 259 volucres cum bruma coercet. 4, 50 pigro bruma gelu siccisque aquilonibus haerens ... pluvias in nube tenebat. 5, 4 sparserat Haemo bruma nives. 5, 711 Strymona ... bruma pellente relinquunt ... grues (*cf.* STAT. Theb. 8, 617). 6, 478 cum bruma rigeret (9, 874 PETRON. 132 CLAVD. carm. min. app. 2, 66). PERS. 6, 1 admovit iam bruma foco te ...? VAL. FL. 4, 723 Pontus ... exorta facilis concrescere bruma. STAT. Theb. 4, 421 *haut silvam* brumae minuere. 4, 832 neque enim tibi, *Langia*, cana repostas bruma nives ... refundit. 7, 287 cum pallida cedit bruma. silv. 4, 1, 24 *ut* tepeant tibi sidera brumae. MART. 1, 49, 19 cum December canus et bruma impotens Aquilone rauco mugiet. 3, 58, 8 post Novembres imminente iam bruma. 7, 95, 1 bruma est et riget horridus December. 8, 68, 3. 10, 5, 6. 13, 1, 4. 13, 127, 1. PS. QVINT. decl. 13, 5 hoc mihi damnum non brumae glacialis ... rigor *induxit*. IVV. 9, 67 bruma spirante. ANTH. 117, 23 pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem. AVIEN. Arat. 57 cur ... bruma pruinosi iuga tristia solveret anni. 987 albenti ... bruma. orb. terr. 864 *Tanaidis* utrumque latus quatit amplis bruma procellis. AVSON. 381, 6 ut Ianum arcessat nova bruma morantem. CLAVD. 3, 242 non illum ... bruma ... Riphaeo stridens aquilone retardat. 5, 101 zephyris cum primum bruma remitti ... coepta (*cf.* 20, 95). 8, 322 non brumae requies ... enervet torpore manus. 26, 151 *Stilicho* effecit, bruma ne longior una esset hiems rerum. rapt. Pros. 3, 223 carm. min. 28, 36. STAT. Theb. 6, 99 brumae ... inlaesa cupressus. MART. 6, 80, 9 *Nile*, Romanae iussus ... cedere brumae. AVIEN. Arat. 2, 1806 cum brumae in frigora cedit ... autumnus. TIB. 1, 4, 5 nudus ... hibernae producis frigora brumae. SEN. Herc. O. 596 pulso sidere brumae. CALP. ecl. 5, 95 tempora brumae qua ratione geras. MART. 8, 14, 1 ne ... timeant pomaria brumam. IVV. 14, 273. CLAVD. carm. min. 23, 2 nec Scythico brumam sub Iove nudus agam. 36, 4 nec *hic* brumam sentit umor. VERG. georg. 1, 211 serite hordea campis usque sub extremum brumae intractabilis imbrem. 3, 321 nec tota claudes faenilia bruma. OV. trist. 4, 7, 1 bis me sol adiit gelidae post frigora brumae. COLVM. 10, 77 ubi Riphaeae torpentia frigore brumae ... zephyrus regelaverit aura. LVCAN. 9, 377 ut neque sole viam nec duro frigore saevam inde polo Libyes, hinc bruma temperet annus. VAL. FL. 5, 599 Rhipaea stupuerunt flumina bruma. SIL. 12, 6 condita bruma *membra serpentis* (*cf.* VERG. Aen. 2, 472 *supra l. 27*). STAT. Theb. 12, 651 prima tremefecit *Iupiter* sidera bruma. silv. 1, 3, 89 quae te iam solibus artis avia nimbosa revocabunt litora bruma. 4, 5, 12 *carmen* tacita statuere *volucres* bruma. MART. 4, 57, 9 Herculeos colles gelida vos vincite bruma. 8, 41, 2 quae *munera* medio brumae mittere mense solet (8, 71, 1. 10, 14, 7. 12, 81, 1. 14, 72, 1). IVV. 3, 102 igniculum brumae si tempore poscas. 6, 153 IVVENC. 4, 129. CLAVD. 1, 135 bruma temptabimus Histrum. rapt. Pros. 1, 264 torpentes ... geminas *plagas* bruma ... perenni foedat *Proserpina texens*. SIDON. carm. 5, 510. *ex iuncturis nominalibus praeter supra allatas nota*: STAT. Theb. 4, 706 Eoae liquentia pabula brumae (*i. nives et imbres.* 9, 448). silv. 2, 1, 215 *de personata*: ora rigentia brumae. SYMPH. 440, 77 formica ferens ... praemia brumae SOL. 2, 25 pruinis (AMM. 24, 8, 2).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumas interdum pro frigore hiemali, ut Ivv. 14,273 brumamque famemque illa reste cavet (*cf.* Hor. sat. 1,2,6 frigus quo duramque famem propellere possit). Clavd. rapt. Pros. 2,106 silva ... ramorum frigore ... medio brumam sibi vindicat aestu. *cf.* Gloss. gelum (-s), gelum hiemis.

coniungitur cum aliis anni temporibus: Cic. facet. dict. 31 illo consulatu nec bruma nec ver nec aestas nec autumnus fuit. Hor. carm. 2,6,18 ver ubi longum tepidasque praebet Iuppiter brumas. epist. 1,11,19 solstitio ... per brumam, Sextili mense. carm. 4,7,12 Ov. Ib. 37 Manil. 2,267. 418 Phaedr. 4,24,18 Sen. Thy. 838 Calp. ecl. 2,74 Plin. nat. 22,62 Mart. 9,12,2 Anth. 237,4 Sol. 30,27 Avien. Arat. 2,613 Avson. 298,10. 332,12. 49 Qverol. p. 17,16 Ps. Rvfin. in Os. 2,9 *cf.* Mart. 9,12,2.

M. Iunius Brutus *cos. a. 576/178, idem, ut videtur, vir iuris peritus.* CIC. Cluent. 141 excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris, de iure civili reliquit *eqs.* de orat. 2, 223 Brut. 175 *cf.* de orat. 2, 142. *ad hunc fort. pertinet* VARRO ling. 5, 5 illa ... fugitiva secuta sedulitas Muci et Bruti retrahere requit. *eius filius* M. Iunius Brutus Accusator: CIC. Cluent. 141 de orat. 2, 220 *sqq.* Brut. 130 off. 2, 50. D. Iunius Brutus Callaicus *cos. a. 616/138* (APPIAN. Iber. 73 Σέξτος Ἰούνιος Βροῦτος): VELL. 2, 5, 1 ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis, quae vix audita erant, Gallaeci cognomen meruit (PROSP. chron. I p. 402, 280 Brutius Callaecus). *cf.* CIC. Arch. 11, 27 (VAL. MAX. 8, 14, 2) Brut. 107 OV. fast. 6, 461. PLVT. aet. Rom. 34. D. Iunius D. f. M. n. Brutus *cos. a. 671/77*: CIC. Brut. 175 D. Brutus, is, qui consul cum Mamerco fuit, homo et Graecis doctus litteris et Latinis. M. Iunius Brutus *praetor a. 666/88, qui stabat a partibus Marii* (*cf.* GRAN. LIC. p. 33). M. Iunius Brutus *pater illius, qui Caesarem interfecit, saepius apud* PLVT. (OROS. hist. 5, 22, 17. 5, 24, 16). *cf.* MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 CIC. Brut. 222. *eius filius* M. Iunius Brutus *unus ex interfectoribus Caesaris* (*de nomine v. Mommsen, Röm. Forsch. I 51 et* Caepio): *inde a* CIC. *passim. ex. gr.* PERS. 5, 85 non sum liberior Bruto? PLIN. nat. 34, 82 Strongylion ... fecit puerum, quem amando Brutus Philippiensis cognomine suo illustravit (*cf.* MART. 2, 77, 4. 9, 50, 5. 14, 171, 2). IVV. 14, 34 sed nec Brutus erit Bruti nec avunculus umquam. SVET. Tib. 61. L. *et* M. Brutus: LVCAN. 5, 207 regnaque ad ultores iterum redeuntia Brutos. 7, 440. M. *et* Decimus Bruti: CIC. Phil. 2, 26 Brutos ego impellerem, quorum uterque L. Bruti imaginem cotidie videret, alter etiam Ahalae. Att. 14, 14, 2 ita Brutos Cassiumque defendis, quasi eos ego reprehendam ... ista culpa Brutorum? minime illorum, sed aliorum brutorum, qui se cautos ac sapientis putant. NEP. Att. 8, 1 IVV. 5, 37. *aliter* LVCAN. 10, 398 superi tot vota Catonum Brutorumque tibi tribuent. PLIN. epist. 1, 17, 3 HIER. epist. 60, 5 *cf.* CIC. Att. 15, 12, 2 CORP. IX 4191. Decimus Iunius Brutus Albinus *plerumque* D. Brutus *appellatus.* CIC. epist. *passim et apud historicos. cf.* VAL. MAX. 4, 7, 6. 9, 13, 3 SEN. epist. 82, 12 LVCAN. 3, 535. 559. 761. *librorum titulus*: Brutus *Accii tragoedia.* Brutus de claris oratoribus *Ciceronis.* PLVT. Brut. 2 ὁ δ᾽ Ἔμπυλος ... ῥήτωρ ἦν καὶ καταλέλοιπε μικρὸν μέν, οὐ φαῦλον δὲ σύγγραμμα περὶ Καίσαρος ἀναιρέσεως, ὃ Βροῦτος ἐπιγέγραπται. CORP. II 1264 M. Iunius Brutus Lucurgenti(nus). *alii*: PLVT. Par. min. 10 νεανίσκος δέ τις τῶν ἐπισήμων πένης τοὔνομα Κάσσιος Βροῦτος (*cf. Münzer, PW. III 1682*). Brutus, *amicus Ovidii, ad quem scripsit* Pont. 1, 1. 3, 9. 4, 6 (*cf. Prosopogr. 1, 242*). Brutus Bruttedius *rhetor temporibus Augusti, v.* Bruttedius *p. 2215, 50.* COD. Iust. 12, 35, 6 Bruto militi. AVR. VICT. Caes. 29, 4 Decii barbaros trans Danubium persectantes Bruti fraude cecidere(?). *nomen Romani fictum* SIL. 7, 644. 652. 8, 607 (laeta viro gravitas ac mentis amabile pondus et sine tristitia virtus). 9, 415 a primo descendens consule Brutus. *in titulis*: CORP. II 3434 (*litteris antiquis, Carthagine Novae*) Antioc⟨us⟩ Bruti ⟨s(ervus)⟩. VI 15708 (*e columb.*) C. Clodius M. f. Brutus tribu Menen. 31149 b 5 (*a. 116*) M. Vlp(ius) Brutus. IX 4008 C. Marcio Bruto. XI 6698, 1 (*in amphora*) Bruti. VII 872 Brutus dec(urio) al(ae) Pet(rianae). *nota*: CORP. XI 4500 (*Ameriae, periit*) Bruta Callisti uxor. *adi.* **Brūtiānus,** -a, -um. VAL. MAX. 4, 7, 6 Brutianae ultionis officium (*ad Dec. Brutum Mutinensem pertinens*). *ad Brutum Philippensem*: VELL. 2, 72, 5 e Brutianis castris (2, 76, 2. 2, 78, 1). 2, 74, 1 fractis Brutianis Cassianisque partibus. *inde* Brutiani: PS. FRONTIN. strat. 4, 2, 1 ne ... praestarent Cassiani Brutianos. OBSEQ. 70 Br..ianis in proelium egredientibus. *adi.* **Brūtīnus,** -a, -um. CIC. ad Brut. 1, 15, 6 consilia inire coepi Brutina plane. **Brūtillus,** -ī *cogn. lib.* CORP. VI 26390 C. Servílii C. et Aproniae l. Brutillí. *cf.* XII 5692, 1. *cogn.* **Brūtānus,** -ī. CORP. X 7432 (*Thermis Himeraeis*) Publicius Brutan(us). **Brūtio,** -ōnis *nom. vir.* INSCR. Rev. archéol. 4 sér. VI 1905 p. 189 (*Africa*) curatoribus Saturum Rogatu Brutione Manin. *Jacobsohn.*

brya (*acc.* -an) *f.* *βρύα. *herba*: PLIN. nat. 13, 116 myricen et Italia *fert*, quam tamaricen vocat, Achaia autem bryan silvestrem. 24, 69 Corinthus et quae circa est Graecia bryan vocat *myricen* eiusque duo genera facit, silvestrem plane sterilem, alteram mitiorem. 1, 13, 37 myrice sive brya. 1, 24, 42. *Ihm.*

Brya, -ae *nom. vir. graec.* CORP. VI 29173 M. Vlpius Epaphroditus Bryae et Irene parentib(us). *cf.* Βρύαι *Pape-Benseler, Griech. Eigennamen I 231.*

Bryalion *opp. Asiae minoris* PLIN. nat. 5, 144 flumen Echeleos anticus Troadis finis et Mysiae initium postea sinus in quo flumen Ascanium, oppidum Bryalion, amnes Hylas et Cios. *cf.* Bryela *Bürchner, PW. III 920?*

Bryax, -acis *nom. Caricum, ut videtur; cf.* Βρύαξις, Βρύασσις. CORP. VI 5233 (*e columb.*) Eros Bryacis frater.

Bryaxis, -idis, *acc.* Bryaxim. Βρύαξις *artifex Graecus* (*cf. Robert, PW. III 916*). VITR. 7 praef. 13 singulis frontibus (*Mausolei*) singuli artifices sumpserunt certatim partes ad ornandum et probandum Leochares Bryaxis Scopas Praxiteles. COLVM. 1 praef. 31 Bryaxim. PLIN. nat. 34, 30 Scopas habuit aemulos eadem aetate Bryaxim et Timotheum et Leocharen. 34, 43. 34, 73 Bryaxis Aesculapium et Seleucum fecit. 36, 22 Liber pater Bryaxidis. 36, 31. CORP. VI 10039 opus Bryaxidis.

Bryazon *amnis orae Bithynicae* PLIN. nat. 5, 148. *cf.* 31, 23 amnis Alcas in Bithynia Bryazum adluit — hoc est et templo et deo nomen — (*sic H*, bryacum *rell. codd.*).

Bryēs, -ētis *pictor Graecus* (*cf.* Βρύας). PLIN. nat. 35, 123 *Pausias Sicyonius* Bryetis filius ... fuit eiusdemque primo discipulus. *cf. O. Rossbach, PW. III 920.*

Brygī, -ōrum (Βρύγες, Βρύγοι), *gens Thracica* (*cf. Oberhummer, PW. III 920 sub* Bryges). PLIN. nat. 5, 145 sunt auctores transisse ex Europa Moesos et Brygos et Thynos, a quibus appellentur Mysi, Phryges, Bithyni. *cf.* Brysae. *Jacobsohn.*

bryon *n.* βρύον. *herbae (musci) genera*: PLIN. nat. 12, 108 sphagnos infra eos situs in Cyrenaica provincia maxime probatur; alii bryon vocant. secundum locum optinet Cyprius, tertium Phoenicius. fertur et in Aegypto nasci, quin et in Gallia; nec dubitaverim: sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore praestantes. 24, 27 sphagnos sive sphacos sive bryon et in Gallia nascitur (1, 24, 17 bryo). PLIN. nat. 12, 132 eodem et bryon pertinet, uva populi albae. optima circa Cnidum aut Cariam in sitientibus aut siccis asperisque, secunda in Lyciae cedro (1, 12, 61 bryon). 13, 8 unguentorum expeditissimum fuit primumque ut verisimile est, e bryo et balanino oleo, de quibus supra diximus. DIOSC. 1, 21 brion multi splacnon vocaverunt *eqs.* *marinum*: PLIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 27, 56 bryon marinum herba sine dubitatione est lactucae foliis similis *eqs.* (*cf.* 13, 137. 32, 110. 1, 13, 49. 1, 27, 33. 1, 32, 36). Diosc. 4, 50 de licena id est brion. licena qui super petra maritima nascitur brion est. 4, 94 de brio maritimo. brion maritimo nascitur super saxa et testo in maria. *falsa tradit* Diosc. 2, 145 de brio id est alga (*Diosc. gr. 2, 186 περὶ δράβης*). 2, 171 telefion, quem multi ... brion (*?*, prion *P*) dicunt (*cf. Diosc. gr. 2, 217*).

bryōnia, -ae *f. βρυωνία herba. forma* bryonias (*nom.*): Colvm. 10, 250 indomitasque bryonias alligat alnos. *acc.* -an Ps. Apvl. *l. 23.* Scrib. Larg. 79 bryoniae, id est albae vitis, radicis (*inde* Marcell. med. 17, 5 bruoniae). Plin. nat. 23, 23 (*de vite alba*) ossa infracta extrahit in aqua inposita ut bryonia; quare quidam hanc albam bryoniam vocant, aliam vero nigram. 23, 27 est ergo et nigra, quam proprie bryoniam vocant (1, 23, 17). Chiron 138 herba brionia (762). Theod. Prisc. eup. faen. 43. Ps. Apvl. herb. 66 Graeci bryoniam chelidonion ..., Itali uvam taminiam, vitem albam *eqs.* (*sim. in* Gloss.). Diosc. 1, 13 in foliis brioniae similis (*de amomo, sim.* Isid. orig. 17, 8, 11). 2, 152 brionia alba. Galen. alfab. 45. Cael. Avr. acut. 3, 8, 84 potionibus ex radice bryoniae. chron. 3, 5, 77. Isid. orig. 17, 9, 90 ampelos leuce sive brionia, quam Latini vitem albam vocant (*cf.* Gloss. III 536, 6. 553, 62). Oribas. syn. 4, 3. 18. eup. 2, 1 A 16 ampela leuces, quae et brionia vocatur, quam rustici cocurbita silbatica appellant (*cf.* Gloss. III 543, 57 brionia cucurbita agrestis, *sic saepius*). Ps. Apvl. herb. 27 Graeci chamaepityn ..., alii bryonian agrian ... vocant. *Ihm.*

Bryōniānus *v.* Lollianus.

Brysa, -ae *cogn. mul.* Corp. XI 7002 (*Lunae, periit*) Nunniae Brysae C. Nunnius Testus f. *eqs. cf.* Brusa.

Brysae, -ārum *gens Thracica.* Plin. nat. 4, 40 Carbilesos, inde Brysas, Sapaeos, Odomantes (brisas *AEDR*). *Sieglin mutavit in* Brygas. *sed cf.* Brysacium *urbs Parthinorum et* Bryseni.

Brytē, *Martis filia* Mythogr. 2, 26 Minos, Cretensium rex, cum Bryten, Martis filiam, Dianae Cretensi dicatam, stuprare vellet, illa se iniecit in mare illataque est retibus piscatorum, quae graece δίκτυα nominantur, qui corpus eius extraxerunt. *cf. Tümpel, PW. III 929.*

Bryttia, Bryttii *v.* Bruttii. **Bryt(t)ius** *v.* Bruttius.

Bryuliti *v.* Briuli. **Bryxia** *v.* Brixia.

Bryzēnī, -ōrum *incolae oppidi Phrygiae Βροῦζος. cf. Ruge, PW. III 916.* Conc. Chalcedon. a. 451 Mansi 7, 163^C civitatis Bryzenorum (*graece πόλεως Βρύζου*). Conc. Const. a. 536 Mansi 8, 1148^C Macedonius episcopus Brusenorum (*τῆς Βρουσηνῶν πόλεως*). *cf. ibid.* 8, 973^C Macedonius episcopus **Broziānus**. *Jacobsohn.*

bu *syllaba.* Pavl. Fest. p. 109 imbutum est, quod cuiuspiam rei sucum perbibit. unde infantibus an velint bibere dicentes, bu syllaba contenti sumus. *cf.* bua *et* exbures.

bua, -ae *f.* [*cf. c.* bu. *Th.*]. Non. p. 81 buas: potionem [positum] parvulorum. Varro Cato vel de liberis educandis: cum cibum ac potionem buas ac pappas (pappas ac buas *Müller*) vocent (doc- *codd.*) et matrem mammam, patrem tatam. *huc pertinet* Gloss. V 638, 57 buas potionem; pap⟨p⟩as manducare. *cf.* 2. boa. *compos.*: vinibua. *Ihm.*

Buaicorīx *v.* Baicorixus.

bualia *v.* bucolia.

Buan(... ?) *nom. barb.* Corp. II 2500 (*in Hispan. Tarracon., periit*) Buan Aebuti lib. an. LXXV Caburene matri d. c.

Bubacēnē *regio Scythiae; cf. Tomaschek, PW. III 930.* Cvrt. 8, 5, 2 Polypercon ... regionem, quae Bubacene (Bubacen, Bubaces, Bubacenen, Bulacon *sim. codd. praeter Florent. B*) appellatur, in dicionem redegit. *cf.* Bubaces.

Bubaces *inter comites Darei.* Cvrt. 5, 11, 4 Bubacen (-em *pars codd.*) spadonem. 5, 12, 10 Bubacen.

Būbale Corp. IV 2080 (*an vocat.?*), *v.* Bubalus *p. 2220, 44.*

Bubalia *statio in Armenia sita; cf. Ruge, PW. III 930.* Tab. Peut. 11, 1 Bubalia. *Otto.*

Būbalicus *cogn. vir.*; *cf.* Bubalus. Corp. II 6328a (*in vasculo*) ex ingenio Bubalici (*v. adn. Hübneri*).

būbalion, (-ī) *n. βουβάλιον. nomen herbae*: Ps. Apvl. herb. 113 pr. Graeci elaterion ..., alii bubalion ..., Itali cucumerem anguinum *vocant. fort. huc referendae* Gloss. III 554, 63 bobilion i. boberedna. 587, 51 bubilon i. boveretna. 608, 58 bubilion id est boberena. *sed v.* boveretna. *Münscher.*

Būbalius *nom. vir. graec.*; *cf.* Bubalus. *vir quidam ab episcopis Macedoniae damnatus, qua de re scripsit eis Innocentius papa*: Canon. Migne 67, 250^D. *Otto.*

Būballus *v.* Bubalus *p. 2220, 36.*

1. būbalus *adi. v.* bubulus *p. 2224, 2.*

2. būbalus, -ī *m.* [*gr. βούβαλος βούβαλις. Th.*]. buv-: Greg. Tvr. Franc. 10, 10. bŭfali: Ven. Fort. carm. 7, 4, 21. *cf.* Gloss. *p. 2220, 7.* [*ital.* bifolu. *M.-L.*] **1** *i. q. urus; cf. Wellmann, PW. III 992 s. v.* Büffel. Plin. nat. 8, 38 *Germania gignit* bisontes excellentique et vi et velocitate uros, quibus inperitum vulgus bubalorum nomen inponit, cum id gignat Africa vituli potius cervique quadam similitudine (Sol. 20, 5). Mart. epigr. 23, 4 atrox bubalus atque bison. Avell. p. 752, 22 *animal* habens colorem pulli bubali vel buculae rufae. Greg. Tvr. Franc. 10, 10 vestigia occisi buvali (bubali D 5). Ven. Fort. carm. 7, 4, 21 seu validi bŭfăli (bubali *codd. dett.*) ferit inter cornua campum. Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 6 visons. urus. bos. bubalus. Not. Tir. 108, 69 *ante* vison. Gloss. II 259, 4 βούβαλος urus bus silvester (*cf.* Plin. nat. 28, 256 Gloss. IV 297, 50). III 258, 52 ὁ βούβαλος urus, bos silvester. 320, 48 βούβαλος sisu (*leg.* bison). 90, 67 βούτραγος bufalus (but- *trad.*). V 255, 7 uri vituli agrestes, quos bubalos vocant. 348, 18 babalis vesand (*anglosax.*). 404, 19 bubulis (ul *pro* al *corr.*) weosend. *v.* boisos. urus. **2** *i. fere q. δορκάς*: Plin. nat. 8, 38 (Sol. 20, 5) *v. p. 2219, 80.* 11, 222 cervorum caprearumque et bubalorum *sanguis.* Isid. orig. 12, 1, 33 bubali vocati per derivationem, quod sint similes boum, adeo indomiti, ut pro feritate iugum non recipiant. hos Africa procreat. *cf.* Hier. *infra l. 19.* Amm. 22, 15, 14 in aridis *Aegypti* capreoli vescuntur et bubali (*Salmasius*, bucali *V*). Itala deut. 14, 5 (Lugd.) iumenta quae manducabitis ... cervum et dorcadem et bubalum (*δορκάδα καὶ βούβαλον. item* Vvlg.). III reg. 4, 23 venatione cervorum caprearum atque bubalorum (*ἐλάφων καὶ δορκάδων ἐκλεκτῶν*). Am. 6, 13 numquid ... arari potest in bubalis? (*gr. plane aliter.* Hier. in Am. p. 319 utriusque domus ruinas ... equis et bubalis comparat, quorum ... posteriores tam indomiti sunt, ut iugum cervicibus non recipiant, et cum silvestres boves sint, propter feritatem nolint terram vomere scindere. *ibid.* equi et bubali naturam. Ps. Rvfin. in Am. 6, 13. *cf.* Greg. M. epist. 1, 6 p. 8, 13 me ... scribere non debuisse, ut in agro dominico cum bubalis arares, quia in ostenso beato Petro linteo et bubali et omnes ferae oblatae sunt). Rvfin. hist. mon. 6 vestigia bubalorum caprarumque (*in Aegypto*). *in lucernis animal equi similis, sed cornibus caprinis*: Corp. VIII 22644, 8 buba. 22644, 9 bubal. 22644, 10 bubal (*Carthagine repertae. v. quae adn. Dessau*). X 8053, 182 (*extat Neapoli*) bubal. *cf.* Cassian. *infra l. 38.* **Caput būbalī** *v. sub* Caput.

Būbalus, -ī *nom. vir.*, *Βούβαλος.* **1** *cogn.*: Corp. III 1043 (*Apuli Daciae*) I. o. m. (pro salu⟨t⟩e im⟨p(eratoris)⟩ et coll(egii) fabr⟨um⟩ Tib. Iul(ius) Bubal⟨us⟩ ex dec(uriis) XI d(onum) d(edit). 3095 (10102). V 5841 (*Mediolani*) 19 C. Ancharius Bubalus. VI 4937 A. Crispinus Bubalus. 7093 Olus Hirtius Bubalus. 11029 M. Aemil(ii) Buballi. 26952 Sulpicio Bubalo. 32523b, 10 (*fere a. 184*) M. Aurel. M. f. Vlp. Bubalus Tr⟨...⟩. XIII 8378. *nota*: Cassian. conl. 18, 15, 1 *in heremi* secretis tanto studio semper insedit *Pafnutius Abbas*, ut ei ceteri anachoretae Bubali (*a similitudine bubali solitudine semper gaudentis; cf.* Amm. *supra l. 14*) cognomen indiderint (3, 1, 3). **2** *nom. serv.*: Corp. III 1527 (*in Dacia*) ⟨B⟩ubalus Aug. lib. VI 13654 Bubalo ... Sulpicius ... patronus fec(it). 36394 Bubalus fecit. XIII 10010, 357 (*in vasculo Gallico*). Corp. IV 2080 (*graphio scr.*) Gemine Bubale (*an* bubale*?*). **3** *nom. equorum*: Corp. VI 10056, 3 r(usseo). 10048, 26 in Bubalo vicit. Tab. devot. Audollent 288, a, 16 (*in prov. Byzac.*). *cf. Pollack, PW. III 930.* *Münscher.*

Būbarēs, -is *Persa, qui filiam Amyntae Macedonum regis in matrimonio habuit, Βουβάρης*; *cf.* Herod. 5, 21. 8, 136. Ivst. 7, 3, 7 *sqq.* Bubarem ... Bubares. 7, 4, 1 Bubaris.

Būbastis, *Βούβαστις.* **1** *Aegyptiorum dea; cf. Sethe, PW. III 930.* Ov. met. 9, 691 sanctaque Bubastis variusque coloribus Apis. Corp. III 4234 (*in Pannon. sup.*) Isidi Aug. et Bubasti G. P. Philinus Pomponi Severi lib. v. s. XIV 21 add. (*Ostiae*) Isidi Bubas⟨ti⟩ Vener(em) arg(enteam) ... *v. etiam* Bubastus *infra l. 66.* **Būbastius,** -a, -um *adi.* Bubastia sacra, *Βουβάστια*: Gratt. 42 sacra ad Bubastia. Bubastii, -um: Corp. VI 2249 Ostoriae Successae sacerdoti Bubastium ... T. Flavius Aug. lib. Ampliatus coniugi. **Būbastiacus,** -a, -um: Corp. VI 32464 (= 3880) Cornelia Mo⟨...⟩ Bubastiaca ... M. Vlpio Aug. lib. A⟨...⟩ marito. XIV 21 add. (*Ostiae*) Isidi Bubas⟨ti⟩ ... Caltil(ia) Diodora Bubastiaca. **2** *opp. Aegypti; cf. Sethe, PW III 931.* Mela 1, 60 Bubastis. Hier. hom. Orig. in Ier. 2 p. 760 in Bubasti. ... Bubastim. **Būbastus,** *Βούβαστος*: Vvlg. Ezech. 30, 17 iuvenes Heliopoleos et Bubasti (פִי־בֶסֶת, *Βουβάστου*). Hier. nom hebr. p. 57, 3 Bubastus. sit. et nom. p. 107, 27. in Ezech. 30, 17 p. 363. Bubastus *numen*: Corp. XII 2215, 17 (*ex Nemore Dianae*) Bubasto vestem siricam. *nom. mul.*: Corp. VI 26980 Sulpicio Sardonycho ... Bubastús mater. *nom. vir.*: Inscr. Graec. Sic. et Ital. 1453 (*Romae*) Αὐρ(ήλιος) Βουβάστους. **Būbastītēs,** is, *Βουβαστίτης.* Plin. nat. 5, 49 nomos Pharbaethiten, Bubastiten, Sethroiten. Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 78 Bubastitis (Bulliastitis, Buliastitis *codd.*, *Βουβαστίτον*) fluminis (*i. partis Nili*). **Būbastānī,** -ōrum: Exc. barb. chron. min. ed. Frick p. 288, 8 potestas Bubastanorum.

Būbasus *regio Cariae, Βουβασσός vel Βούβαστος*; *cf. Bürchner, PW. III 1097.* Plin. nat. 5, 104 regio Bubasus (*sic FdREa*, -ss- *D*). **Būbasius** *sinus*: Mela 1, 84 (*sic Frick*, Bubaesius *cod. A*).

Būbasis, -idis *adi.* Ov. met. 9, 644 Bubasides videre nurus.

Bubate *nom. mul. barb.* Corp. XII 2012 (*Viennae*) Titiae Catiae ... Catia Bubate fil(iae). *cf.* 5686, 1068 *et Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 624.*

Bubbal *nom. barb.* Corp. VIII 21099 (*Caesareae Mauret.*) Fadianus Bubbal medicus.

Bubbius *et* **Bubius,** -a *nom. gent.* Corp. VI 1058, 4, 11 (*a. 210*) C. Bubbius Primus *vigil.* X 2179 add. (*Puteolis*) M. Bubbius M. l. Iso-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crysus Fortunatus. VIII 11942 (*in prov. Byzacena*) Bubius Anpurius. 11943 Bubia M. f. Maior.

? **Bubbus** *cogn. vir.* CORP. II 5000 (*in Lusitan., periit*) L. Coranius L. f. Gal. Bubbus.

Bubegenae *gens.* IORD. Get. 116 Bubegenas (Bubegentas, Bumbegenas *pars codd.*) *domuit Hermanaricus.* „Rogas, Tadzanz, ... Bubegenas, Coldas *nominibus, quae aliis scriptoribus prorsus ignota videntur esse, gentes ... extra Wolgam perque montes Vralienses ac latius etiam diffusae haud dubie significatae sunt" Müllenhoff in indice editionis Mommsenianae. cf. Tomaschek, PW. III 933.*

Bubeium *gens vel opp. Libycum.* PLIN. nat. 5, 37 *Cornelium Balbum* in triumpho praeter Cidamum et Garamam omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse, quae iere hoc ordine: ... Bubeium (*sic E*[2], nuptium *cett.*) natio vel oppidum. *Otto.*

būbella *a* bubula *deminutive.* CORP. IV suppl. 5380, 22 bubella I palmas I. NOT. Tir. 103, 71[a] (*post* bubula). *Münscher.*

Bubēnsis limes *provinciae Tripolitanae.* NOT. dign. occ. 31, 10 *et* 25 sub dispositione ... ducis provinciae Tripolitanae ... praepositus limitis Bubensis.

Bubentis *genet., nom. vir. barb.* INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 418 (*ad Anienem, inter Carsiolos et Sublaqueum*) d. m. Bubentis Tharsae mil(itis) clas(sis) Cerm(anicae) pie fid(elis).

būbestris *v.* buprestis.

Bubetānī, -ōrum *populus antiqui Latii; cf. Hülsen, PW. III 933.* PLIN. nat. 3, 69 carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses ... Bubetani (Nubet- *cod. Riccard.*) ... interiere sine vestigiis. *Βουβεντανοί* DIONYS. ant. 5, 61. *Otto.*

ludos boum causa celebrantes **bubetiōs** vocabant PLIN. nat. 18, 12. *cf. Wissowa, PW. III 933.*

būbīle, -is *n.* [*a* bos; *cf.* bovile, cubile. *Th.*]. CHAR. gramm. I 104, 28 *v. sub* bovile *p. 2151, 25.* GLOSS. II 259, 42 *βοῶν ὁ τόπος* bubule. PLAVT. Persa 319 *boves* reicere in bubile. CATO agr. 6 bubilia uti bene aedificata habeas. 4 bona. 39, 1 bubile, ovile ... bene purgato. VARRO rust. 1, 13, 1 ut bubilia sint ibi, hieme quae possint esse caldiora. VITR. 6, 6, 1 in chorte culina ... coniuncta ... habeat bubilia. 6, 6, 2 bubilium ... debent esse latitudines nec minores pedum denum nec maiores quindenum, longitudo *eqs.* COLVM. 1, 6, 3 domitis armentis duplicia bubilia (bubula *SA*) sint, hiberna atque aestiva. 1, 6, 6 lata ... esse ... pedes decem. 2, 14, 7 debent emundari (12, 3, 8 mundanda). *Münscher.*

būbilion (-lon) *v.* bubal-.

būbilo, -āre [*cf. c* bubo. *Th.*]. CARM. poet. min. V 61, 37 (= ANTH. 762) bubilat (bubulat *al. codd.*) horrendum ferali murmure bubo.

bubinārium *v. sub* bubino *l. 53.*

bubino, -āre [*orig. inc.; cf. esse c. slavon.* govĭno *ind.* gūthâh '*stercus*' *putat Vendryes, L'intensité initiale en latin p. 224. Th.*]. PAVL. FEST. p. 32 bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinari (-are *O. Müller*). *inde* GLOSS. (*varie corrupt.*; bob-, bib-, buv- *al.*) IV 489, 24 bubinare sanguine inquinare mulieris menstruae (*sic saepius, aliis locis* menstruatae). Plac. V 8, 18 (= 51, 1) bubino (bib- *codd.*) menstruo id est fluore sanguinis ⟨inquino⟩. 8, 8 (= 50, 35) bubinare sanguine inquinare. bubinarium (*ita c*[2], bibin- *G*, vivin- *R*) autem est sanguis, qui mulieribus menstruis venit. *cf. Götz, Thes. gloss. s. v.* *compos.*: imbubinare.

Bubius *v.* Bubbius. **bubl-** *v.* bubul-.

? **1. bubla** flood (*i.* '*Flut*', *anglosax.*) GLOSS. V 404, 35 (bulla *Heraeus*).

? **2. bubla** *in tit. Pompeiano* CORP. IV 1550 (acca bubla XVII) *quid significet incertum, fort. nomen.*

? **bubleum** est genus quoddam vini PAVL. FEST. p. 32 (bubeum *codd.*, byblinum *Turnebus*; *cf. βίβλινος οἶνος*).

Bublis *v.* Byblis. **Bublos** *v.* Byblos.

būbo, -ōnis *m.* [*vox onomatopoetica; cf.* c. *gr. βύζα βύας, armen.* bu '*noctua*' *et c.* bubilare. *Th.*]. VARRO ling. 5, 75 pleraeque *aves appellatae* ab suis vocibus, ut haec: upupa ... bubo. ISID. orig. 12, 7, 39 bubo a sono vocis compositum nomen habet. *femin. generis*: VERG. Aen. 4, 462 (*p. 2222, 5*). LAMPR. Comm. 16, 5 (*p. 2222, 36*). OBSEQ. 40. *cf.* NON. p. 194 bubo generis feminini (*affert Vergili versum; cf.* DVB. NOM. gramm. V 572, 28) ... genere masculino A. Gellius (*v. p. 2222, 30*). SERV. Aen. 4, 462 'sola' contra genus posuit ... mutavit referens ad avem. PRISC. gramm. II 206, 9 hic et haec bubo bubōnis (*cf.* 141, 18 *et* PS. PRISC. de acc. gramm. III 523, 1). PS. PALAEM. gramm. V 537, 12 communis generis sunt ... bubo et mango. *trad.* bobo: GLOSS. II 517, 48 (*cf.* bobor V 349, 8. bovon 403, 46). bubu: V 347, 40. 55. bufo: GLOSS. V 347, 55 (*cod. Epinal.*). IV 594, 35 bubo ... quam quidam bufo dicunt (*cf.* GLOSS. Löwe, prodr. p. 421 bubo ... quem quidam bufum dicunt, *et* gufo *p. 2222, 2*). *v. p. 2222, 49.* [*hisp.* bufo. *M.-L.*]

GLOSS. III 18, 2 *νυκτικόραξ* bubo (*sic saepius; cf.* HIER. *epist. p. 2222 44*). II 31, 26 *γλαῦξ, νυκτικόραξ.* III 319, 66 *ἐρημοβόας* (518, 48). 319, 67 *τυλάς* (*errore*). II 31, 44 bubo *φωνῇ ϑώψ* (?). 570, 36 bubo sirix (sorix *b*, strix *Löwe*) vel genus avis (*cf.* bufo). IV 314, 44 avis nocturna (490, 5). 213, 5 nomen avis nocturnae (586, 40 *al.*). IV 432, 14 avis male saga, mali ominis (*cf.* 594, 35. V 443, 53). 602, 22 nomen avis nocturnae vel qui in paludes moratur (*cf.* palustris: V 349, 8. 403, 46). V 272, 40 bubo avis vel nocturna inpalustris vel gufo (*in* bubo *corr. m. rec.*) vel rurex silvester (*cf.* bufo *et Landgraf, Archiv 9 [1896] 367 sq.*). V 404, 12 bubo uuf (*anglosax., cf.* 347, 40. 55). VERG. Aen. 4, 462 solaque culminibus ferali carmine bubo (*cf.* SERV. *ad p. 2221, 71.* STAT. *l. 28.* ISID. orig. 12, 7, 39 avis feralis *eqs.*). OV. met. 6, 432 tectoque profanus incubuit bubo thalamique in culmine sedit. 5, 550 foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus, ignavus bubo, dirum mortalibus omen (*affert* ISID. orig. 12, 7, 39. *cf.* SEN. Herc. f. 687 luctifer bubo gemit omenque triste resonat infaustae strigis). 10, 453 ter omen funereus bubo letali carmine fecit. 15, 791 tristia mille locis Stygius dedit omina bubo. am. 1, 12, 19 ravis (rasis *P*, raucis *vulg.*) bubonibus. Ib. 223 sedit in adverso nocturnus culmine bubo funereoque graves edidit ore sonos (*cf. infra l. 51*). PAVL. FEST. p. 32 *buteonem* vastitatisque esse causam iis locis, quae intraverit, ut bubo, a quo etiam appellatur buteo. SEN. Med. 733 maestique cor bubonis et raucae strigis exsecta vivae viscera. LVCAN. 5, 396 sinistro. 6, 689 trepidus. CALP. ecl. 6, 8 vocalem superet si dirus aedona bubo. PLIN. nat. 10, 34 uncos ungues et nocturnae aves habent, ut noctuae, bubo, ululae. *ibid.* bubo, funebris et maxime abominatus publicis praecipue auspiciis *eqs.* 10, 36. 38. 10, 68 otus bubone minor est, noctuis maior. 11, 137. 28, 228 quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent (28, 229. *cf.* PLAC. med. 18, 4). 29, 81 bubonis pedes usti. 29, 82 quis ... ovum bubonis unquam visere potuit, cum ipsam avem vidisse prodigium sit. *ibid.* sanguine ... pulli bubonis. 29, 127 bubonis oculorum cinis (30, 95). 30, 52 cinis e capite bubonis (30, 110). 30, 118 bubonis cerebrum (30, 121). SIL. 8, 634 obseditque frequens castrorum limina bubo. 13, 598 multus bubo ac ... strix. STAT. Theb. 3, 511 nocturnaeque gemunt striges et feralia bubo damna canens (*cf.* VERG. *l. 5*). GELL. Non. p. 194 (Asellio *Ant. Augustinus,* agellius *codd., fuisse videtur ex* GELL. *lib. 8*) et quod bubo in columna aedis Iovis sedens conspectus est (*cf.* SERV. Aen. 4, 462 bubo, si cuius aedes insederit et vocem miserit, mortem significare dicitur *eqs.* AMM. *l. 39 al.*). APVL. met. 3, 21 fit bubo Pamphile. 3, 23 quamque festivo matronae perfruentur amatore bubone. flor. 13 p. 46 bubonibus nocturnum *cantum commodavit natura. ibid.* bubones gemulo *carmine occinunt.* LAMPR. Comm. 16, 5 bubo ... supra cubiculum eius deprehensa est tam Romae quam Lanuvii. ARNOB. nat. 2, 59 quid in mundo faciunt bubones *eqs.* AMM. 30, 5, 16 bubo culminibus regii lavacri insidens occentansque funebria. SERV. georg. 1, 470 striges et bubones nocte gaudentes. Aen. 12, 863 noctuam dicit, non bubonem, nam ait 'alitis in parvae': bubo autem maior est (*inde* ISID. orig. 12, 7, 40). CLAVD. 20, 407 protinus ... iter ... adripit infaustoque iubet bubone moveri agmina. HIER. epist. 22, 27 imitantur noctuas et bubones (RVFIN. apol. 2, 5). 40, 2. 106, 63 plerique *nycticorace* bubonem contentiose significari putant (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 157, 10). 107, 2. VVLG. lev. 11, 17 (*νυκτικόρακα*). OBSEQ. 26 bubonis vox audita. 27, 30. 32, 43 *al.* PROB. Verg. georg. 1, 39 *Ascalaphus* mutatus ... in avem bubonem. DRAC. Romul. 10, 307 qualis et horrendus funesto carmine bubo conqueritur (bufo *cod., ex usu codd. visigothicorum. v. indic. Vollmeri p. 323 et 449*). ANTH. 390, 28 bubone gravi (*cf.* OV. Ib. *l. 12*). 61, 37 (*v. sub* bubilo). 116, 3 Pallada bubo vehat. SCHOL. Arat. lat. p. 299, 8 ululat bubo. ENNOD. dict. 7 p. 444, 6 de ferarum cubilibus et bubonum habitaculis ad fora nos revocas. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 23 (*inter nomina volucrum*). *nota*: bubo *inter* '*nomina insectorum sive reptantium*' POL. SILV. nom. anim chron. I p. 543, 36. *cf.* bufo.

būbō(n) *m. βουβών.* DVB. NOM. gramm. V 575, 16 cancer bubo generis neutri, ... pluraliter ... cancromata. *inde formatum* **būbōnacium:** CHIRON 100 omnis curatio o⟨n⟩cumatum, id est bubonacium, haec erit (*in capitum indice* 56 de bubonacio, *trad.* bubo nativo, *praecedit* de oncomate). 579 de bubonacio (*trad.* bab-). 649 quodcumque iumentum meliceridem ⟨t⟩uberum i. e. bubonacium (*trad.* subunarium), in articulis quoquo loco natum habuerit. *adde*: CHIRON 98 oncomata, id est bubona (bubonacia *Oder*), quas ⟨i⟩diot⟨a⟩e buculas appellant, in corpore quae nascitur, id est tubera. *Ihm.*

Bubō(n), -is *f., Βουβών, opp. Lyciae; cf. Ruge, PW. III 933.* PLIN. nat. 5, 101 *Lycia* conprehendit ... et Cabaliam, cuius tres urbes Oenianda, Balbura, Bubon. 35, 196 *creta* nascitur et in Lycia circa Bubonem. PRISC. gramm. II 146, 2 feminina quae apud Graecos in *ω* vel in *ων* desinunt, ut Manto ... Bubo (bibo *RDH,* nibo *L*). **Bubōnēnsis** *adi.* CONC. Chalced. a. 451 Mansi VII 406[c] Somanus Bobonensis *episcopus.* *Otto.*

būbōna, būbōnacium *v.* bubo(n).

Būbōna, -ae *nomen deae; cf. Wissowa, PW. III 933.* AVG. civ. 4, 24 earum rerum nominibus appellabant deos, quas ab eis sentiebant dari, aliqua vocabula inde flectentes, ... sicut a bubus Bubonam, non Bovem. 4, 34. *Münscher.*

subligar (*cf.* IVV. 6, 70) inguinar⟨i⟩um, **bū[m]bonāria** GLOSS. V 484, 28. *a βουβών.*

būbōnion *n. βουβώνιον herba.* PLIN. nat. 27, 36 aster ab aliquis bubonion appellatur, quoniam inguinum praesentaneum remedium est. *ibid.* ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent et iuxta cinctus alligari. *Ihm.*

būbrestis, būbrostis *v.* buprestis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

būbula, -ae *f. v.* bubulus *p. 2224, 83.*

būb(u)lārius, -a, -um *a* bubulus. FORMA urbis (Corp. VI 29844) frg. 46 (= 62) ⟨vicus bu⟩blarius [CORP. VI 3297* mag. vici bubulari novi. *titulum genuinum credidit Iordan*]. *pro subst.* **būbulārius,** -ī *m. i. q. botularius; cf.* bubulum *p. 2225, 10.* TEST. porcelli p. 244, 6 (*Buecheler*[4]) do lego dari ... bubulariis intestina (botulariis *Haupt*).

βοώτης **bubulcārius** GLOSS. II 259, 44. *a* bubulcus.

bubulcito(r), -ārī (-āre) *a* bubulcus. *proprie: bubulcum esse*: PLAVT. Most. 53 decet me amare et te bubulcitarier. APVL. flor. 6 p. 20 est apud illos (*Indos*) genus, qui nihil amplius quam bubulcitare novere, ideoque adcognomen illis bubulcis inditum. *transl.*: *more bubulcorum clamare*: VARRO Men. 257 (Non. p. 79) apud Plotium rhetorem bubulcitarat.

bubulcus, -ī *m.* [*a* bos, *cf. c.* subulcus. *Th.*]. PRISC. gramm. II 136, 18 inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': 'sus subulcus', 'bos bubulcus', 'peto petulcus'. ISID. orig. 10, 263. NOT. Tir. 111, 88. [*ital.* bifolco *M.-L.*] GLOSS. βοηλάτης. ζευγηλάτης. III 262, 3 βοηλάτης, βουφορβός bubulcus. 169, 68 βοώτης bublius (*sic, signum caeli*). *passim* pastor bovum *vel* boum pastor. V 583, 14 bovarius. 403, 47 hridhiorde (*anglosax.*). II 31, 30 bubulci βοηλάται (III 200, 36). *passim* pastores bovum. CATO agr. 5, 6 bubulcis opsequito partim, quo libentius boves curent. 10, 1. 11, 1. 22, 3. 132, 1 feriae bubus et bubulcis. GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 5 ei obviam bubulcus de plebe Venusina venit. LVCIL. ed. Marx 105 depostus bubulcus exspirans animam pulmonibus aeger agebat. 512. VARRO frg. Aug. civ. 7, 34 p. 317. ling. 5, 135 manu bubulci. 7, 74. rust. 1, 18, 1 *bis.* 1, 18, 4 bubulci pro portione addendi ... ad maiores modos fundorum. *ibid.* minus multi opus sunt. 2 praef. 4 nec ... armentarius non aliut ac bubulcus. CIC. div. 1, 57. 2, 50. OV. trist. 3, 12, 30 per Histrum ... Sauromates plaustra bubulcus agit (Pont. 4, 7, 10). VAL. MAX. 4, 4, 4 fieri. PHAEDR. 2, 8, 11 frondem ... adfert. app. 26, 2. 4. 7. 11. SEN. epist. 47, 15. COLVM. 1, 6, 7 bubulcis pastoribusque cellae ponantur iuxta sua pecora. 1, 9, 2 (*bis*) bubulcorum munia. 2, 2, 25. 28 nec minus dolabra quam vomere bubulcus utatur. 2, 3, 2 de officio bubulci. 2, 4, 3. 2, 5, 2. 2, 11, 1 bubulcorum operas (2, 12, 2 *bis.* 3. 4 *bis.* 8). 2, 12, 7 agrum ... subigi ..., bubulcis. 5, 5, 13. 6, 2, 6 quo familiariores *boves* bubulco fiant. 6, 2, 8 quemadmodum ... bubulcus in arando bovem instituat. 6, 2, 15 vitium est bubulci. PETRON. 39, 6 totus caelus taurulus fit ... tunc calcitrosi nascuntur et bubulci. MART. 10, 7, 5 contumeliosi ... rota ... bubulci. IVV. 7, 116. 11, 151. APVL. flor. 6 p. 20. CARM. epigr. 269, 2 procul hinc reg⟨e p⟩laustra, bubulc⟨e⟩. PAVL. dig. 33, 7, 18, 6. ARNOB. nat. 4, 35 bubulci unius amplexum. FIRM. math. 3, 5, 23. 4, 13, 7. PALLAD. 4, 12, 2 a fronte accedens bubulcus admulceat naresque et terga pertractet. 7, 2, 4 bubulco moderante, qui sequitur (SIDON. carm. 16, 20). AVSON. 53, 3 cavis manibus ... potare bubulcum. 62, 1 (= CARM. poet. min. V 50, 28, 1). PRVD. perist. 10, 195 segnis. SIDON. epist. 8, 8, 1. DRAC. Orest. 423 timuere bubulcum (*i. Aegisthum*). *quasi adi. apponitur substantivis*: SVET. Vesp. 16 a sene bubulco. SIDON. carm. 5, 304 victoris ... bubulci. 23, 200 deus bubulcus. SCHOL. Arat. p. 305, 2 viri bubulci (*v.* ARAT. 1113 βουκόλοι ἄνδρες). *titulus fabulae*: NON. p. 89 Novius Bubulco Cerdone.

synonyma: armentarius, bovarius (busequa), pastor (boum). *derivata*: bubulcarius, bubulcito(r). *cf.* aububulcus. *Münscher.*

Bubulcus *cogn. vir.* 1 *in gente Iunia*: PLIN. nat. 18, 10 Iuniorum ⟨e⟩ familia Bubulcum nominarunt, qui bubus optime utebatur (*cf.* PLVT. Poplic. 11 Βουβόλκους. 9. Rom. 41 Βουβολκοί). C. Iunius C. f. C. n. Bubulcus Brutus *cos. primum a. 317 a. Chr.*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 437. 441. 442. 443. 445. 447 (Corp. I² p. 21). ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 452 (Corp. I² p. 45). LIV. 9, 20, 7 C. Iunium Bubulcum. 9, 21, 1. 9, 28, 2 *al.* 10, 1, 8. 10, 2, 3. VAL. MAX. 2, 9, 2 C. Iunius Brutus Bubulcus. 8, 14, 6 C. Iunius Bubulcus. *huius filius* C. Iunius C. f. C. n. Brutus Bubulcus *cos. primum a. 291 a. Chr.*: ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 477 (Corp. I² p. 46). LIV. 27, 6, 8 C. Iunio Bubulco. 2 *ex aliis gentibus*: C. Salvius Bubulcus *quaestor Venusiae* FAST. Venus. a. u. c. 720 (Corp. I² p. 66). COD. Theod. 12, 1, 186 (*a. 429*) Bubulcum spectabilem virum comitem. 11, 1, 34. CONC. Epaon. a. 517 p. 30, 5 Bubulcus ... episcopus civitatis Vindoninsis. [*ap.* OROS. hist. 4, 12, 2 C. Atilio Bubulco *errore pro* Bulbo.] *Otto.*

būbulīnus, -a, -um *a* bubulus. *in codd. medii aevi haud raro pro* bubulus *scriptum.* bubl-: CHIRON 809. SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 34 caro bubulina (CASS. FEL. 71 p. 171, 12 ANTHIM. 12. *cf.* GLOSS. III 187, 41 boion (*i.* βόειον, *sc.* κρέας) bubulinium. GARG. MART. med. 14 felle (PLIN. med. 1, 6 *al.* bubulo. CASS. FEL. 80 p. 192). CHIRON 809 adipe bublino[s] aut gallinacio[s]. VEG. mulom. 1, 13, 3 stercus (bovinum *PM.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 351, 18 *in ag*). 3, 28, 6 fimum (bubalum *L*). 4, 17 urina. MARCELL. med. 9, 34 medulla. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 50 lac. *subst. vice* GLOSS. III 398, 6 boinon (*i.* βόειον) **bōbulīna** *sc. caro* (bobal- *legit ed.*).

būbulo *v.* bubilo.

1. **būbulum,** -ī *n. v.* bubulus *p. 2225, 10.*

2. *?* **bubulum** qui sugat ventum vel aliquid aliud et postea reddet GLOSS. V 493, 15 (*an scrib.* tubulum*?*).

būbulus, -a, -um [*a* bos. *Th.*]. *forma* bob-: GLOSS. V 271, 60. 272, 39. 403, 53. bubl-: PETRON. 44 CHIRON 511 VEN. FORT. carm. 7, 2, 5. vub-: DIOSC. 2, 57. 153 GLOSS. III 621, 52. bubal-: PAVL. FEST. p. 32 VVLG. I par. 16, 3 GLOSS. III 364, 4. IV 490, 7. V 349, 10. 404, 23 CHIRON 524. 950. 953. bubol-: GALEN. alfab. 43. 261 (*in Pal.*). *inde ab* NAEV. ENN. PLAVT. (7 *ies*), CATONE. *praeterea in poetis non legi nisi* PRVD. perist. 10, 1007 VESPA anth. 199, 92 VEN. FORT. carm. 7, 2, 5. *i. q.* bovinus, bovillus.

1 *proprie*: NAEV. com. 102 peni pinxit bubulo (FEST. p. 230 *ad l.* penem antiqui codam vocabant). CATO agr. 36 bubulum ... stercus (TERT. mart. 4 PALLAD. 4, 15, 4 PELAGON. 15. 234 HIER. epist. 40, 1. 48, 14 THEOD. PRISC. eup. faen. 29 CAEL. AVR. chron. 3, 8, 114). CATO agr. 40, 2 fimum (46, 2 VARRO rust. 3, 16, 16 LIV. 38, 18, 4 COLVM. 5, 6, 8 *al.* arb. 3, 4 PLIN. nat. 17, 54. 111 *al.* PALLAD. 4, 10, 13 PELAGON. 469 MARCELL. med. 36, 1 DIOSC. 2, 153 PLIN. VAL. 3, 14). VARRO frg. Non. p. 21 pellis bubulas. ling. 5, 117 cornu (CELS. 5, 22, 2. 5, 24, 4. PLIN. nat. 13, 140 *al.* ARNOB. nat. 5, 23). rust. 1, 2, 25 fel (PLIN. nat. 12, 31 *al.* MARCELL. med. 15, 53 *al.* PALLAD. 4, 10, 4). 2, 11, 1 bubulum *lac* (CELS. 2, 12, 1 SCRIB. LARG. 191 PLIN. nat. 8, 37 *al.* HIL. syn. 89 MARCELL. med. 19, 19 *al.* DIOSC. 2, 47 CASS. FEL. 6 PLIN. VAL. 3, 14. GALEN. alfab. 43 ex lacte bubolum *Pal.*, bubulo *Lucc.*, bubalo *Carn.*). VARRO rust. 3, 16, 4 corpore. VITR. 10, 13, 2 coriis (PLIN. nat. 28, 242. EDICT. imp. Diocl. 8, 6. 6 a AMM. 23, 4, 11 HYG. astr. 2, 15 p. 52, 21 EXPOS. mundi 61 p. 123, 4. *cf.* PLAVT. *l. 61*). PAVL. FEST. p. 32 bubuli (-bali *trad.*) capitis (TERT. adv. Iud. 1 CYPR. patient. 19. ARNOB. nat. 5, 3 *quod Aaron Iudaeis fecit.* IVST. 18, 5, 15 HYG. fab. 40 p. 69, 15 GROM. p. 354, 20. *cf. Capita bubula s.* Caput). VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 carnis (CELS. 2, 28 p. 70 PLIN. nat. 23, 127 *al.* EDICT. imp. Diocl. 4, 2 LAMPR. Heliog. 22, 3 Alex. 22, 7. 8 CAPITOL. Max. Balb. 5, 3 SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 40 VVLG. II reg. 6, 19. I par. 16, 3 bubalae [*deest in gr.*]. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 117 CASS. FEL. 71 p. 171, 2 PLIN. VAL. 3, 14). CELS. 2, 30 p. 71 iecur. 3, 27, 2 p. 118 vesicis (4, 6 p. 128 CAEL. AVR. chron. 3, 8, 139). 4, 1 p. 121 ungulae. 4, 16 p. 142 lienis (PLIN. nat. 28, 200. 259). 5, 18, 12 sevi (COLVM. 6, 11 PLIN. nat. 28, 160 *al.* PELAGON. 314 MARCELL. med. 18, 16. GALEN. alfab. 261 bubolo *Pal.*, bubulo *Lucc.*, bubalino *Carn.*, -llino *Par.*). CELS. 5, 19, 10 medulla (COLVM. 6, 14, 5. 9, 14, 2 SCRIB. LARG. 39 PLIN. nat. 28, 168 CAEL. AVR. chron. 5, 1, 12). COLVM. 6, 7, 4 urina (6, 11. 6, 15, 2. 9, 13, 6). 9, 14, 6 ventribus (PLIN. nat. 11, 70). PETRON. 44 oculum bublum (MIN. FEL. 22, 5). PLIN. nat. 6, 176 utres (SOL. 56, 9). 11, 203 pulmo elephanti quadruplo maior bubulo. 11, 206 bubulis similes renes. 11, 217 nervi orsi a corde bubuloque (*sc. cordi*) etiam circumvoluti (37, 150. MART. 14, 219 tit.). 11, 254 camelo tali similes bubulis (28, 179. 205 MARCELL. med. 32, 47). 17, 161 cruris (AVSON. 464, 2). 28, 195 sanguinem (28, 217. 244 PELAGON. 268 PRVD. perist. 10, 1007 MARCELL. med. 16, 82. 36, 7 PLIN. VAL. 3, 14). PORPH. Hor. epist. 1, 15, 34 visceris bubuli. SOL. 30, 19 pedibus. PS. SOL. add. p. 218, 30 tergorum. PALLAD. 3, 25, 4 laetamen. 12, 7, 14 lotium. SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 40 intestinum. CHIRON 268 merdam (VEG. mulom. 2, 8, 4 L.). MACR. sat. 7, 8, 4 cum ... coquant offas bubulas. THEOD. PRISC. eup. faen. 26 adipes (28). APIC. 1, 9 callum. *nota*: ARNOB. nat. 7, 18 bubulam duritiem (*i. bubulae carnis*) vitat. VARRO rust. 2, 1, 13 pecore (2, 5, 2 bubulco *trad.* 3, 2, 11. COLVM. 6, 13, 2. GLOSS. *v. sub* bucerus). 2, 5, 6 in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quattuor (GLOSS. IV 315, 4. V 349, 10). COLVM. 1 praef. 26 armentum. SOL. 2, 33 greges. VARRO rust. 2, 11, 3 casei ... bubuli (PLIN. nat. 28, 131 [SVET. Aug. 76 *v.* bibulus *p. 1969, 16*]. APIC. 4, 118). MART. 16, 68 tit. muscarium bubulum. EDICT imp. Diocl. 4, 14 isicia bubula (*cf. p. 2225, 13*). 4, 16 Lucanicarum bubularum. DIOSC. 2, 57 vubula absungia. *nota*: PS. RVFIN. in Os. 8, 5/6 divinitatem bubulis inesse simulacris (*cf. supra l. 25*). *ioculariter de loris*: PLAVT. Aul. 601 abstinebit censione bubula. Most. 882 castigabit eos bubulis exuviis. Poen. 139 tris facile corios contrivisti bubulos (*cf. supra l. 21*). Stich. 63 vos monimentis commonefaciam bubulis. Trin. 1011 ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

2 *transl. in nomin. herbarum*: CATO agr. 40, 4 insuper lingua bubula obtegito (*cf.* PLIN. nat. 17, 112 *Cato* lingua bubula — herbae id genus est — insuper optegi iubet). GLOSS. III 553, 28 buglosa i. lingua bubula (617, 47). 557, 31 corrago i. lingua bubula (621, 52). 567, 38 laxinsata i. lingua bubula. 550, 33 anici i. lingua bubula. 550, 34 antigesiligitus id est lingua bubula. *cf.* budaina, buglossos, lingua bovis *p. 2142, 74.* COLVM. 6, 13, 1 cunila (cuniculo *S*) bubula et sulphur conteruntur (VEG. mulom. 4, 11, 2 L.). 6, 30, 8 cunila bubula ... trita et decocta. 7, 5, 18 cunelae bubulae ... surculi. PLIN. nat. 1, 20, 61. 8, 98 cunilae, quam bubulam vocant, pastu. 19, 165 *ligusticum* panacem aliqui vocant. Crateuas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat, ceteri ... thymbram ... quae sit cunila (cunicula *trad.*). 20, 168. 169. 25, 99 (-nicula *trad.*). 26, 42 *alus* similis est cunilae bubulae. 26, 148. 27, 41. ARNOB. nat. 7, 16 rebus ... his omnibus conilam superspergere bubulam. PLIN. nat. 27, 81 femur bubulum appellatur herba, nervis et ipsa utilis recens in aceto ac sale trita (1, 27, 56). CHIRON 511 coronae bublae manipulum bene tusum. 524 sumito coronam bubulam manipulum. 950. 953. APIC. 4, 144 asparges et coronam bubulam.

pro subst. **būbula,** -ae *f.* (*sc. caro; cf. p. 2223, 79*): GLOSS. III 316, 44 βοεία bubula *al.* (316, 43 βοεία publi). 364, 23 bubula βόϊνα.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II 31, 28 bubula βό(ε)ϊον (258, 33). III 16, 7. 88, 30. 364, 4 bubal⟨a⟩ βόειον. NOT. Tir. 103, 71 *post* lardaria, *ante* pernunculus. *cf.* bovina. PLAVT. Aul. 374 agninam caram, caram bubulam. Curc. 367 pane (*nom.*) et assa bubula. FEST. p. 253. CELS. 2, 18 p. 65 gravissima. 2, 24 p. 69. 4, 12 p. 137 bubulam concoquunt. SCRIB. LARG. 188 iure . . . bubulae. 189 ius pingue . . . ex bubula factum. PETRON. 35, 3 bubulae frustum. VOPISC. Aurelian. 9, 6 bubulae pondo quadraginta. Prob. 4, 6. SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 34 pinguioris. MARCELL. med. 36, 4 masculinae. THEOD. PRISC. log. 92 his bubulam dari suadeo. ORIBAS. syn. 4, 17. VEN. FORT. carm. 7, 2, 5 bubla turgente quiesco. **būbulum,** -ī *n.* GLOSS. III 255, 64 βόειον (*sc.* κρέας) bubulum. 379, 39 bubulum, βόϊνον. *cf.* bovinum. VESPA 92 bubula Pasiphae, Europe bubula poscit. DIOSC. 3, 86 peucedanu, quam rustici in bubula (*sc. isicia? cf. p. 2224, 57*) mittunt. **ad Capita būbula** *v. sub* Caput.

derivata: bubella, bubularius, bubulinus (-na). *Münscher.*

Būbulus *cogn. vir.* CORP. VI 200, 7, 86 (*a. 70*) M. Paccius Bubulus. *Otto.*

?**bubum** senium, angorem (anguorem *R*, *unde* languorem *Maius*) GLOSS. Plac. V 8, 19 (50, 17. bombum sonum, clangorem *Heraeus*).

?**bubus** βουκόλιον, bubulcus βουκόλος (*inter monoptota.* EXC. Bob. gramm. I 551, 15 *an dativ. vocis* 'bos'?). *Münscher.*

būca *v.* bucca *l. 53.*

1. Buca, -ae *f. opp. Frentanorum; cf. Hülsen, PW. III 933.* ἡ Βοῦκα STRABO 5, 242. 6, 285 PTOL. 3, 1, 15. MELA 2, 65 urbes Bucam (Bucara *cod. A*) et Histonium. PLIN. nat. 3, 106 oppida Histonium Buca Hortona. *Otto.*

2. Buca *v.* Bucca.

būcaeda, -ae *m.* [*a* bos *et* caedere. *Th.*]. PLAVT. Most. 884 illi erunt bucaedae (*i. loris bubulis caesi*) multo potius, quam ego sim restio. *v.* bucida. *Münscher.*

?**Bucamius** (-a) *nom. gent.* CORP. XII 753 (*Arelate, periit*) Antio Antonio Bucamia Aphrodite marito.

Bucanius, -a *nom. gent.; cf.* Bucca. CORP. VI 1058, 5, 20 (*a. 210*) M. Bucanius Severinus *et* 1058, 5, 31 M. Bucanius Paternus *vigiles.*

Bucanus *nom. vir. barb.* CORP. XII 3943 (*Nemausi*) d. m. Tertii Bucani f. et M. Rufii Iustini M. Rufius Maximin. et Rufia Quartina patri et fratri. *Otto.*

bucar genus est vasis PAVL. FEST. p. 36. [*orig. inc., fort. cf. c.* bacar. *Th.*] *Münscher.*

Bucar, -is *ex praefectis regis Syphacis.* LIV. 29, 32, 1 Bucar (Boccar, Bocar, Bochar, Bocchar, Buchar *deteriores quidam hic et infra*). 29, 32, 6. 9 is finis Bucari (Bucaris *P*) sequendi fuit. *v. etiam* Boccar. *Otto.*

būcardia, -ae *f. gr.* βουκαρδία *e* βοῦς *et* καρδία *cps. non trad. nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 150 bucardia, bubulo cordi similis, Babylone tantum nascitur. 1, 37, 55. *Münscher.*

? **Bucatus** *nom. vir. barb.* CORP. III 12014, 167 (*in vasculo*) Bucati o⟨f.⟩? *Otto.*

bucca, -ae *f.* [*vox onomatopoetica esse videtur; cf. c. theodisc.* phūchōn '*sufflare*', *gr.* βύκτης. *Th.*]. MARTYR. gramm. VII 171, 13 si prima syllaba desinat in consonantem, ex qua etiam secunda incipiat, b mutam repetit in scriptura, ut bucca, bulla. 172, 11. *forma vulgaris* buca: GLOSS. II 563, 29. III 349, 32 PLAVT. Stich. 767 *in B.* TAB. devot. Audollent 135 A 5. 190, 8 *p. 2226, 7.* [*val.* buco, *ital.* bocca, *francog.* bouche, *hisp.* boca. *M.-L.*]

GLOSS. II 263, 51 γνάθος bucca maxilla (III 247, 43). III 350, 52 γνάθος (564, 45). II 31, 31 buccae γνάθος (III 12, 19 *et passim*). III 175, 20/21 bucc⟨a⟩e genatu (*i.* γνάθος) maxill⟨a⟩e. 175, 7 parie (*i.* παρειαί) gen⟨a⟩e. bucc⟨a⟩e. NOT. Tir. 78, 30. *hominum*: PLAVT. Poen. 1003 miseram esse praedicat buccam sibi. 1416 nescias, utrum ei m⟨ai⟩ores buccaene a⟨n⟩ mammae sient. Stich. 724 suffla (*sc. tibicen*) celeriter tibi buccas quasi proserpens bestia (VARRO Men. 472 ventus buccas vehementius sufflare. MART. 3, 17, 4 *Sabidus* sufflavit *scriblitae* buccis terque quaterque suis). 767 infla buccas (bucas *B.* SVET. rhet. 29 Fulviam, cui altera bucca inflatior erat. HYG. fab. 165 p. 19, 3. *cf. p. 2226, 45*). Truc. 290 quiaque istas buccas (quiaque bucculas *A*) tam belle purpurissatas habes. 294 buccas rubrica . . . intinxti tibi. CIC. Pis. 25 erant illi (*Gabinio*) compti capilli et madentes cincinnorum fimbriae et fluentes pulsataeque (*sic corr. codd.*, cerussataeque, purpurissataeque [*v. supra l. 67*] *coni.*) buccae. de orat. 2, 266 fluentibus. CELS. 5, 26, 23 p. 191 discissa. SEN. epist. 15, 7 erit qui . . . buccas edentis observet. PERS. 5, 13 scloppo tumidas . . . rumpere buccas. 70, 3 ut mucronem ad buccam probaremus. PLIN. nat. 1, 11, 60. 1, 11, 158 hilaritatem risumque indicantes buccae. MART. 11, 61, 2 summoenianis (*i. moecharum summoenianarum*) inquinatior buccis. 14, 63 (64), 1 ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. IVV. 3, 262 bucca foculum excitat. 6, 516 plebeia et Phrygia vestitur bucca tiara. ARNOB. nat. 3, 14 nonnullos turgentibus malis aut buccarum cumulatione. 6, 15. 7, 33 buccas vento distendere vocibusque inmanibus concrepare. SERV. Aen. 4, 216 buccarum tegimen *de pilleo pendens* (SCHOL. Stat. Theb. 9, 795). HIER. epist. 22, 16 rubentibus (adv. Iovin. 2, 36 p. 379 in Mich. 2, 9/10 p. 457). PAVL. NOL. epist. 22, 1 sibi . . . ille habeat armilausam suam et suas caligas et suas buccas, quarum alia mutare, alia deducere timuit. SORAN. 28 ruborem in buccis habent non perseverantem. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 59 musculorum, quibus buccae colligantur, conductio. 3, 8, 81 naturales colligationes buccarum, quas Graeci χαλινούς vocant (chron. 2, 1, 42 buccarum partes circa labiorum confinia). chron. 1, 1, 6 buccarum musculos (2, 3, 65). CASS. FEL. 32 p. 68 *tumor* ipsam buccam perforet. SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 80 antra per palati crepulis reflanda buccis gemit aura tibialis. TAB. devot. Audollent 190, 8 dii iferi, vobis comedo ilius memra . . . me(n)tu(m), bucas. 135 A 5 os bucas dentes labias. *nota*: PLIN. nat. 11, 250 in ipsa genus utriusque commissura, dextra laevaque, a priore parte gemina quaedam buccarum inanitas inest, qua perfossa ceu iugulo spiritus fluit. *bestiarum*: *cf.* PLAVT. Stich. 724 *p. 2225, 62.* PLIN. nat. 11, 173 extenti buccarum *ranarum* sinus. 11, 227 ubicumque per se ac sine carne est *cutis*, vulnerata non coit, ut in bucca cilioque. 11, 229 *pili exeunt* dasypodi et in buccis intus et sub pedibus. IVV. 10, 195 *rugas* in vetula scalpit iam mater simia bucca (EXPLAN. in Don. gramm. IV 494, 28). *nota*: *de conchae crustis*: PLIN. nat. 9, 94 si . . . flatus invitent, easdem (*palmulas conchae*) in usu gubernaculi porrigi pandique buccarum sinus aurae.

vulgariter pro ore: GLOSS. II 563, 29 buca [i]stoma bile utelo (?). 517, 37 bucca βρόγχος. V 347, 26 buccis oris (404, 6). CATO orig. 93 (Gell. 2, 22, 29 Apul. mund. 14) ventus cercius, cum loquare, buccam inplet. POMPON. Atell. 150 si valebit puls (plus *trad.*), in buccam betet (vetet *trad.*). VARRO Men. 282 dein ⟨im⟩mittit virile veretrum, ut flumen offendit buccam Volumnio. MART. 1, 41, 13 quod bucca est vetuli dicax cinaedi. 2, 28, 4 calda Vetustinae nec tibi bucca placet. OROS. hist. 6, 15, 15 spumantibus buccis rabidoque discursu omnis furiatorum ructat insania. *inde transl. i. q. offa*: EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 76 duas buccas (bucceas *vulg. cum codd. deter*; buccatas *excerpta Heirici*) manducavi. PETRON. 44, 2 non mehercules hodie buccam panis invenire potui (MART. 10, 5, 5 oret caninas panis improbi buccas). MART. 7, 20, 8 buccis placentae (dulcis -ta *codd. plur.*) sordidam linit mappam.

būcolica, -ae *pro subst. adhibuit* FVLG. Virg. cont. p. 83,10 bucolicam georgicamque omisimus. p. 95,20 nam et in bucolica (-co *al.*) *ita posuimus.*

Būcolicus (-a, -um) *a* Bucolia. GALLICAN. Avid. 6,7 cum Bucolici milites per Aegyptum gravia multa facerent, ab hoc (*sc. Avid. Cassio*) retunsi sunt, ut idem Marius Maximus refert (CAPITOL. Aur. 21, 2). *Münscher.*

Būcoliī, -ōrum *locus urbis Constantinopolitanae; cf.* Βουκόλος, Βουκόλια (*Oberhummer, PW. III 1017*). CONC. Const. a. 536 Mansi 8 p. 1056ᴰ monasterii sanctae Mariae prope Bucolios.

Būcoliōn, -ōnis, Βουκολίων, *Laomedontis filius; cf. Wagner, PW. III 1012.* DICT. 4, 22 Bucolionem. DAR. 6? *Otto.*

būcolismus, -ī *m.* βουκολισμός. DIOM. gramm. I 486,26 pastores ex rure in urbem convenerunt et ... pastorali carmine conposito deae honorem celebraverunt, unde est bucolismus dictus.

būcolista (-ae) *m.* [*cf. c.* bucolismus, βουκολιαστής. *Th.*]. DIOM. gramm. I 487, 5 non nulli (*rusticorum*) et in Italiam et in Lydiam et in Aegyptum transisse creduntur, quos lydiastas et bucolistas appellaverunt. cf. PROB. Verg. ecl. praef. p. 325 *add. in E*: quod genus religionis hodie conversum in quaestum. iidem sunt enim, qui bucolistae nominantur. *Münscher.*

būcolium *v.* bulum.

Būcolium, Βουκολιών. *opp. Arcadiae; cf. Oberhummer, PW. III 1012.* PLIN. nat. 4, 29 Bucolium.

Būcolus, -ī, *nom. serv. graec.* Βουκόλος. CORP. VI 7118 Ot⟨ac⟩ili Bucoli. 13656 d. m. Búcoli fécit Servanda et Prímitíus parentes. 22291 C. Matius L. (mulieris) l. Bucolus. 27129 Tebana P. l. Hamilla uxor C. Lusi Bucoli. IV suppl. 89, 9 M. Epidi Bucoli. X 2448 (*Puteolis*) d. m. Flaviae Eutychidis Bucolus coniugi. 2544 C. Iuli Bucoli. V 5668 (*in agro Mediolan.*) Bucolus M. C. ser(vus). *Otto.*

Buconia, -ae *silva in Germania* (*cf. PW. III 987. Corp. XIII 2 p. 194*). GREG. TVR. Franc. 2,40 cum . . . ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Buconiam (*var.* Bucho-, Boccho-) silvam ambulare disponeret (*ibid. iterum, var.* Bugo-, Boccho-).

Buconiāna *officina in lateribus saec. III/IV. cf.* Buconia? CORP. XV 1556 officina Buconiana. *compendia*: 1557 Buconi. 1558 Bucon. 1559 Buco. 1560 Buc. (*item* 1553. 1554). *contra* 1548—1550 *cf.* Boc. 1551 *et* 1552 *cf.* Bo. *adde* 1555 opi(cina) Boson(iana). *Ihm.*

capnios et **buconiates** (*sic D*², -nates *M*, -niatis *D*¹, bucconiatis *rell.*) et tharrupia *uvae* in Thurinis collibus non ante demetuntur quam gelaverit PLIN. nat. 14, 39. *Münscher.*

Buconica *opp. Germ. sup., hodie* Oppenheim (*cf. PW. III 152. 987. Corp. XIII 2 p. 194*). CORP. XIII 4085 (*apud Treveros*) Buconice (*sc.* -cae). ITIN. Tungr. (Dessau 5839) 1 ⟨Bu⟩conica. ITIN. Anton. Aug. p. 355, 4 Bauconica (*sic Esc.*, bouconia *plerique*). TAB. Peut. 3, 3 Bonconica. *cf.* Buconia, Buconiana. *Ihm.*

Turris **Buconis** *in Mauretania Tingitana; cf. Dessau, PW. III 987.* RAVENN. p. 164, 7 (bubonis *C*). *Otto.*

būcrānium (-ion), -ī *n.* βουκράνιον. *proprie bovis caput*: CORP. XIII 1751 (*a. 160*), 11 bucranium suo impendio consacravit. VI 736 a 20 tauroboliu(m) crioboliumque fecit et buc(ranium) si(gnavit) (*suppl. Mommsen*). *transl. nomen herbae*: PS. APVL. herb. 86 pr. Graeci cynocephalion dicunt ..., alii bucranion, alii burrhinon ..., Itali canis cerebrum.

būcrius, -ī *m.* βούκριος. *nomen bestiae*: IVL. VAL. 3,19 tigrides . . . una elephantis et bu⟨c⟩riis. *Münscher.*

Buctor, -is *nom. vir. barb.* CORP. III 3823 (*in Pannon. sup.*) Volteregi Buctoris f. . . . Buctor et Qu⟨a⟩rtio f. p. *Otto.*

būcula, -ae *f.* [*a* bos *deminutive, cf.* buculus. *Th.*]. SERV. ecl. 8, 86 bucula bovis est diminutio. GLOSS. II 31, 35 bucula δάμαλις, deminutive βοῦς. IV 489, 32 buccula vacca dimi⟨nu⟩tive (197, 4 vuccula. 580, 33. V 336, 56 vucula). IV 594, 36 buccula bucca (*i. vacca*) vel vaccula diminutive. MARTYR. gramm. VII 171, 8. *forma* boc-: VERG. ecl. 8, 86 *in Bern. b.* georg. 4, 11 *in P.* SYMM. epist. 1, 29 *in V.* IORD. Get. 35, 183. bucola: VERG. ecl. 8, 86 *in P.* GLOSS. II 31, 29 *et* 36. bucc-: GLOSS. IV 313, 4. 314, 45. 489, 32. 570, 27. 594, 36. 602, 27 CALP. ecl. 3, 66 *in PV.* *confunditur cum* vaccula, *a qua vix discernas.* GLOSS. IV *et* V *passim* vacca. IV 212, 40 bucala vaccula. 602, 27 bucula vascula sive vaccula. 489, 31 iuvenca, vitula. *post* 26, 26 *in cd* bacula iuvencula aut vitula. 313, 4 baccula bovis femina. II 31, 36 bucola βούδιον, βουκόλιον. 31, 29 βούδιον, βουθύτης (?). 266, 19 δάμαλις bucula iuvenca vacca. 373, 27 μοσχάς bucula vitula iuvenca vacca. 570, 27 baccula vitula cucaelf (*anglosax.*). VERG. ecl. 8, 86 fessa iuvencum ... quaerendo bucula (-cola *P*, boc- *Bern. b.*) ... viridi procumbit in ulva. georg. 1, 375 bucula caelum suspiciens patulis captavit naribus auras (AVIEN. Arat. 1707 auras concipit. AMBR. hex. 6, 9, 66 erigit ... ad caelum oculos). 4, 11 errans bucula (boc- *P*) campo decutiat rorem (PROB. *ad l.* COLVM. 9, 4, 1). PAVL. FEST. p. 31 rustici burram appellant buculam, quae rostrum habet rufum. PLIN. nat. 8, 114 equo aut bucula accedente. CALP. ecl. 3, 66 quam numerosa meis siccetur bucula (ecula *PV*) mulctris *eqs.* SER. SAMM. 75 *fimum* fudit. AMM. 22, 8, 13 Inachi filia mutata in buculam (*Petschenig*, imbusquem *V*, bovem, vaccam *al.*). PRVD. psych. praef. 31. AVG. serm. 82, 2 mater aliquando bucula sugentem vitulum taedio quodam avertit. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 4 nec defuit sensus in bucula, quin se intellegeret liberatam. AVELL. p. 752, 22 colorem ... buculae rufae. ENNOD. carm. 2, 21, 1. IORD. Get. 35, 183 claudicantem. GREG. TVR. Franc. 6, 31 *syn.* iuvencam. CORIPP. Ioh. 2, 111 bucula torva parens. *de artificum signis, praecipue Myronis*: CIC. Verr. 5, 135 *ut Athenienses* ex aere Myronis buculam *amittant*. PLIN. nat. 34, 57 Myronem ... bucula maxime nobilitavit. AVSON. 58, 1 *et* 3 SYMM. epist. 1, 29 AVG. soliloq. 2, 10, 18 CARM. poet. min. V 50, 27—29 tit. CIC. div. 1, 48 *Hannibalem* ex . . . auro . . . buculam curasse faciendam et eam in summa columna conlocavisse. ARNOB. nat. 1, 28 templa ... buculis sublimibus sunt elata fastigiis. ENNOD. carm. 2, 103, 2 bucula Daedalei cessat mentita laboris.

synonyma: bos femina, iuvenca, -cula, vacca, -cula, vitula.

Buculēius *v.* Bucculius.

1. būculus, -ī *m.* [*a* bos *deminutive, cf.* bucula. *Th.*]. GLOSS. II 258, 32 βοΐδιον ὑποκοριστικῶς buculus. COLVM. 6, 2, 4 cum ... buculos comprehenderis, perducito ad stabulum. FRONTIN. strat. 1, 5, 26 buculos (*d*, bucabulos *HP*) laqueis ad arbores alligaverunt. *Münscher.*

2. būculus *v.* buccula *p. 2229, 60.* **Buculus** *v.* Bucculus.

Bucura *nom. barb.* CORP. XIII 10010, 366 (*in vasculo*) Bucura m.

Bucures *di Mauri.* ARNOB. 1, 36 Tisianes et Bucures (Titanes et Bocchores *Salmasii editio*). *Otto.*

buda -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. CLAVD. DON. Aen. 2, 135 ulvam . . . quam vulgo budam appellant. GLOSS. storea (-ia). AVG. epist. 88, 6 buda vestitum (105, 3. *cf.* c. Cresc. 3, 48, 53 amictu iunceo dehonestatus). ANTH. 95, 2 Niliacam texit cerea lamna budam. GLOSS. V 564, 33 carectus quod vulgo dicitur lisac (*scr.* lisca), unde budae fiunt. *cf.* biblus *p. 1959, 12.* [*ital.* biodo, *catal.* boga. *M.-L.*] *cf.* budinarius. *Ihm.*

1. Buda *nom. servae.* CORP. VI 29088 C. Trolio (mulieris) l. Tertio *et* Troliae (mulieris) l. Bude *filiae eius.*

2. Buda(?) *nom. vir.* CONC. Tolet. a. 638 Mansi 10 p. 671ᴱ ego Buda (*? vel* Guda) ecclesiae Tuccitanae episcopus.

Budacelius *fundus Veleias; cf.* Budacius. TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 5, 4 fund. Taxtanulas et Budacelium.

Budacius, -a *nom. gent.; cf.* Budius (Budacelius). CORP. XIII 10022, 47 (*in signaculo*) M. Budaci Albani.

Budae, -ārum (*vel* Rudae) *mansio inter Rubos et Canusium posita in itinerariis; cf. Mommsen, Corp. IX p. 33; Hülsen, PW. III 987.* RAVENN. p. 282, 12 Budas (*sed* Guid. p. 485, 18 Sudas). TAB. Peut. 6, 4 Rudas. *Otto.*

? **būdaina** i. lingua bubula GLOSS. III 553, 59 (618, 8 budama). *nomen herbae; cf.* bubulus, buglossus. *Münscher.*

Budalia, -ae *vicus Sirmiensis* (*cf.* AVR. VICT. Caes. 29) *in Pannonia inferiore; cf. Patsch, PW. III 988.* ITIN. Anton. Aug. p. 268, 1 Budalia. *sed* ITIN. Burdig. p. 563, 6 mutatio Vedulia (Vidulia *V*). EVTR. 9, 4 Decius e Pannonia inferiore Budaliae natus (Bubaliae *DHV*). HIER. chron. a. Abr. 2268 Decius e Pannonia inferiore Budaliae natus fuit (IORD. Rom. 284). PS. AVR. VICT. epit. 29, 1 Bubaliae.

Budar (Budares?), -is *nom. vir. barb.; cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 628.* LIV. 33, 44, 4 litterae a Q. Minucio allatae sunt, se ad Turdam oppidum cum Budare et Baesadine imperatoribus Hispanis . . . prospere pugnasse. . . . Budarem imperatorem captum.

Budarācus *nom. vir. celt.* CORP. XIII 1454 (*in agro Lemovicum*) Budaraci.

Budaxicara *v.* Buduxi.

Buđđarus *nom. vir. celt.; cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 628. Ihm, PW. III 988.* CORP. XII 5682, 14 *et* 5686, 144 (*in lucerna et in vasculo*) Buđđarus f.

Buddās. 1 *Indus*: HIER. adv. Iovin. 1, 42 apud gymnosophistas Indiae quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur, quod Buddam principem dogmatis eorum e latere suo virgo generarit. 2 *Persa*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 7 iam vidistine ergo quot Manis, Zoradis, aut Buddas haec docendo deceperint?

Buđđutonimon *legitur in titulo agri Haeduorum septentrionalis* CORP. XIII 2827. *latere videtur nomen celticum.*

Budenicēnsēs *incolae vici cuiusdam Gallici, de cuius situ v. Ihm, PW. III 989 et Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 628.* CORP. XII 2972 (*inter Vcetiam et Nemausum*) Iovi Coriossedens⟨es⟩ et Budenicenses. *cf.* Budenicus.

Budenicus *cogn. Martis gallici; cf.* Budenicenses. CORP. XII 2973 (*inter Vcetiam et Nemausum*) Mártí Budenic⟨o⟩ Grátus Severi filius. *Otto.*

budinārius, -ī *m. a* buda? CYPR. epist. 42 *abstinuimus* Sophronium et ipsum de extorribus Soliassum budinarium. *Ihm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Budīnī *gens scythica*, Βουδῖνοι, Βουδινοί; *cf. Tomaschek, PW. III 989.* MELA 1, 116 Budini Gelonion urbem ligneam habitant. PLIN. nat. 4, 88 Budini. AMM. 31, 2, 14 post quos (*Nervos*) Vidini sunt et Geloni perquam feri.

budio *v.* bidonia.

Budistius, -a *nom. gent.; cf.* Budius. CORP. IX 3976 (*Alba Fucente*) ⟨.⟩ Budistio ⟨. . .⟩ muni.

Budius, -a *nom. gent.; cf.* Budistius, Budacius. CORP. VI 13658 P. Budio Ingenuo.

Budroe *nomen duarum insularum; cf. Oberhummer, PW. III 992.* PLIN. nat. 4, 61 latere septentrionali dextra Cretam habenti contra Cydoneam Leuce et duae Budroe (Buditiae *cod. Riccard.*).

Budua *opp. Lusitaniae; cf. Hübner, PW. III 1062* (Burdua). ITIN. Anton. Aug. p. 419, 4 Budua. *sed* PTOL. 2, 5, 6 Βούρδουα. *eandem esse* Burdoga *ap.* RAVENN. p. 317, 7 *censet Hübner.* *Otto.*

? andracimen (*i.* ἀνδράχνη) i. **bududomen** GLOSS. III 535, 3. *cf.* budaina *et* portulaca. *Ihm.*

Buduxi *mansio in Numidia sita; cf. Dessau, PW. III 992.* TAB. Peut. 3, 4 Buduxi. *cf.* RAVENN. p. 149, 15 Budaxicara.

Buebar *amnis Indiae.* EPIST. Alex. p. 205 iuxta amnem Buebar (Buemar, Bylebar *duo codd.*).

Buelabrae *fundus Veleias.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 1, 59 fund(os) Buelabras et Tuscluatum . . . qui sunt in Veleiate pago Salutare. *Otto.*

buf(a) (-us?) *i. q.* βούπρηστις. DIOSC. 1, 50 bibitis cant⟨h⟩aridiis aut bufis poto additum *melinum* succurrit (DIOSC. gr. 1, 55 ed. Spengel πίνεται δὲ καὶ πρὸς κανθαρίδας, βουπρήστεις).

būfagos (βουφάγος?). MARCELL. med. 29, 15 hoc antidotum sive oxyporium, quod bufagos dicitur, facit ad coli inflationes. *Münscher.*

būfalus *v.* bubalus *p. 2219, 78.*

Buffadēnsis *incola oppidi cuiusdam in Numidia siti; cf. Dessau, PW. III 993.* NOT. episc. Num. 63 Cresces Buffadensis prbt. *cf.* Bofetanus. *Otto.*

1. būfo, -ōnis *m.* [*orig. inc. Th.*]. [*sard.* buvone. *M.-L.*] PROB. cath. gramm. IV 10, 4 (VI 475, 13) fo terminata producuntur in genetivo: bufo bufōnis. VERG. georg. 1, 184 inventusque cavis bufo et quae plurima terrae monstra ferunt. SERV. *ad l.* bufo rana terrestris nimiae magnitudinis. MARTYR. gramm. VII 171, 8 bufo (buffo *A C Cassiodori*) φυσίγναθος. SCHOL. Hor. epod. 5, 19 (gloss. append. p. 386) ranae i. bufonis. EVG. TOLET. carm. 101, 11 bufo . . . turgens (bubo *L*). *alia, ut videtur, bestia*: GLOSS. II 245, 45 ἀρουραῖος μῦς surex bufo. III 259, 39 ἀρουραῖος μῦς bufo, sorex silvestris. II 217, 30 ἄγροικος μῦς bufo, sorex silvestris. 374, 21 μῦς ἀγροικικός. 31, 48 μῦς ἄγριος. V 520, 26 buffo surex silvestris (563, 46). *cf.* II 31, 47 bufo et cufo ὀξύγη(?), εἶδος ⟨ἀ⟩κρίδος (ἀκρίδος *gh*). V 173, 17 buto (bufo?) genus animalis. *Ihm.*

2. bufo, bufus *v.* bubo (GLOSS.).

Bugaeus, Βουγαῖος. VVLG. Esth. 12, 6 Aman vero filius Amadathi Bugaeus. *v.* Agag, *et Encyclopaed. bibl. I p. 75.*

Bugaeī *populus Indicus.* AVELL. p. 747, 27 Phison . . . ab Indis . . . et Bugaeis (Bugeis *V*) Ganges appellatur. p. 748, 23 olim . . . Indi in novem regna fuerant disparati . . . id est . . . Bugaeorum. *Otto.*

Bugaracēnsēs *v.* Bagaraca.

būgenēs, (-is) βουγενής. VARRO rust. 2, 5, 5 ex hoc putrefacto (*sc. tauro*) nasci dulcissimas apes . . ., a quo eas Graeci bugenes (-gones *trad.*) appellant. *cf.* bugonia. *Münscher.*

Buget (Bugeth) *mansio in Gallia sita; cf. Ihm, PW. III 993.* RAVENN. p. 341, 2 Sextantione, Aquae Converantia (*i. Convenarum*), Burret, Buget, Rusino, Beterris (Guid. p. 514, 2 Bugeth.). *cf.* RAVENN. p. 245, 12 Sestantione, Agae Convenarum, Burrea, Abate, Rusino. *Otto.*

Bugia *v.* 2. Buccius.

bugillo, -ōnis [*orig. inc. Th.*]. *herba*: MARCELL. med. 8, 115 sucum bugillonis. 25, 14 radix bugillonis (25, 32). *cf.* radix bulgaginis *sim. in.* Gloss. (*Thes. gloss. s.* vulgagine)? *Ihm.*

1. Bugius, -a *nom. gent.; cf.* 1. Buccius. CORP. VIII 2562, 32 (*in castris Lambaesitanis*) Bugius Saturninus.

2. Bugius *deus celticus.* CORP. XIII 4555 (*in Gall. Belg.*) Bugio M. Monianius Magnus v. s. *Otto.*

būglōssos, -u (**būglōssa,** -ae) *f.* βούγλωσσος. *genet.* -u: DIOSC. 4, 114. *forma* buglossa: PS. APVL. herb. 42 tit. 1. 2. 3 DIOSC. 4, 10. 4, 122. GLOSS. (SER. SAMM. 420 *vulgo contra codd. auctoritatem legitur*). buglussa: GLOSS. III 543, 56. buclosa (*vel* -ssa): ORIBAS. syn. 4, 1 p. 4. 4, 14 p. 14 GLOSS. III 536, 40. **1** *nomen herbae, de qua v. Max C. P. Schmidt, PW. III 993.* GLOSS. III 536, 40 buclosa id est lingua bobis (543, 56. 587, 52 boviglosa. 608, 42 buglosa. 580, 47 bacilusa i. bovis lingua sine consalda. *cf.* lingua bubula *p. 2224, 64.* PLIN. nat. 1, 25, 40 buglossos. 25, 81 iungitur huic buglossos, boum linguae similis, cui praecipuum, quod in vinum deiecta animi voluptates auget et vocatur euphrosynum. 26, 116 buglosso inarescente, si quis medullam e caule eximat . . . febri liberari. PS. APVL. herb. 42 tit.: nomina et virtutes herbae buglossae. pr. buglosson Graeci . . ., Romani linguam bubulam . . . dicunt. . . . buglossa dicta est eo, quod folia aspera in modum linguae bubulae habet. 1 herbae buglossae. 2. 3. DIOSC. 4, 10 in quibus sunt folia . . . sicut buglosse (-a *vel* bubussa *al.*). 4, 114 folia . . . similia buglossu. 4, 122 de buglossa. buglossos folia similia habet flommos. PS. DIOSC. herb. fem. 2 ISID. orig. 17, 9, 49. *v.* boalca. **2** *nomen piscis*: βούγλωσσος. ORIBAS. syn. 4, 1 p. 4 his expedire potest si aspratiles desunt, qualia sunt huius virtutis buclosa et psitta. 4, 3. 4, 14 p. 14 aliorum (*piscium*) carnes quae duriora sunt cacocyma non sunt, qualia sunt . . . et buclossa et psitta.

būgonia, -ae *f. gr.* βουγονία *non trad.* VARRO rust. 2, 5, 5 non minus satisfaciam tibi, quam qui Bugoniam (*i. apium ex bove putrefacto genituram*) scripsit. HIER. chron. a. Abr. 1254 Eumelus poeta, qui Bugoniam et Europiam . . . conposuit, . . . agnoscitur. *cf.* bugenes. *Münscher.*

Bui⟨. . .⟩ *nom. gent.* CORP. III 10739 (*in Pann. sup.*) C. Bui⟨. . .⟩.

Buia *nom. mul. barb.* CORP. III 10745 (*in Pannon. sup.*) Buia Rustici f. . . . et Voltaro. *cf.* Buio.

Buio (Buiio) *nom. vir. barb. satis frequens in Pannonia; cf.* Buia *et* Boius. CORP. XIII 3790 (*in Pannon. sup.*) Buio Brocci. 3814 (*cf.* 10734) Buioni. 3826 Vrsinus Bu⟨i⟩onis ⟨f.⟩ . . . Buioni. 3855 Buio Vibi f. 3860 Eninnae Voltregis f. Buiio Senni ⟨f.⟩ 3866. 10730 (= 3799) Maximus Buionis f. 13397 (*cf.* p. 2328[26]) Tertiae Buiionis. 4785, 2, 2 (*in Norico*)?

Buiturri *legitur in patella* CORP. VII 1336, 181. 'Bulturri *an* Butturri? *vide* 1336, 189 Butturici' *Hübner.*

1. Bul *nom. mensis hebr.*, בּוּל, Βαάλ (Βουλ *cod. Alex.*); *cf. Encyclop. bibl. I p. 613.* VVLG. III reg. 6, 38 mense Bul (ipse est mensis octavus) perfecta est domus *domini.* HIER. nom. hebr. p. 41, 8 Bul (Buul *H*) germinis. ITALA III reg. 6, 38 (Quedl.) Bahal.

2. Bul *v.* Hul.

Bul(. . .) *cogn. vir.* INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 552 (*Mevaniae*) T. Furi T. f. Bul.

Bul(. . .) *nom. barb.?* *v.* CORP. VIII 8766 *et* 17020. *Otto.*

būlapathum, -ī *n.* βουλάπαθον. PLIN. nat. 1, 20, 86 *medicinae ex*: bulapatho I. 20, 235 adiecit Solo . . . bulapathum, radicis tantum altitudine differens et egregio ad dysentericos effectu pota⟨e⟩ ex vino. *cf.* lapathum. *Münscher.*

Būlarchus, -ī, Βούλαρχος, *pictor; cf. Rossbach, PW. III 1020.* PLIN. nat. 7, 126 Candaules rex Bularchi picturam Magnetum exitii, haud mediocris spati, [pari] rependit auro. 35, 55 Bularchi (Bulachi *B*, Buliarchi *V*). *Otto.*

Bulātius *v.* Bullatius. **bulba** *v.* vulva.

bulbāceus, -a, -um *a* bulbus. PLIN. nat. 21, 170 *hyacinthi* radix est bulbacea. *Burger.*

? ἀκροχορδών *i.* **bulbicum** GLOSS. III 535, 9 *et* 549, 14 (*hic* bubicum, *pro graeco trad.* asrocorde *et* aroscondon). ulpicum *corr. Stadler.*

bulbinē *v.* bolb-.

? **bulboquilon** *herba mandragora dicitur* DIOSC. 4, 71 (*gr.* βομβόχυλον *ed. Wellmann 4, 75*). *Ihm.*

bulbōsus, -a, -um *a* bulbus. PLIN. nat. 21, 102 radice bulbosa (21, 115. 158. 27, 65).

bulbulus, -ī *m. a* bulbus *deminutive.* PALLAD. 3, 21, 3 ne oculos circa radicem nascentes et minores bulbulos sauciemus.

bulbus, -ī *m.* [*a gr.* βολβός *tractum. Th.*]. *inde a* PLAVTO, *saepissime apud* PLIN. nat. *scribitur in libris*: vulvus volvus vulpus vulbus pulvus bulvus. ISID. 17, 9, 88 volvus (bulbus *al.*) appellatus quod radix eius volubilis sit. 17, 10, 19 volvi dicti quod sint volubiles et rotundi. GLOSS. βολβοί; ὁ ἐν τῇ γῇ φυόμενος βολβός; βολβὸς ὀφθαλμοῦ. V 519, 55 lapationes (*cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 B 6). *de re v. Olck, PW. III 669—673.*

1 *stirpium radix*: MORET. 96 servatum in germine bulbum tinguit aqua. OV. medic. 63 adice narcissi bis sex sine cortice bulbos (ORIBAS. syn. 1, 18). CELS. 2, 18 ea quorum radices vel bulbos adsumimus. COLVM. 4, 32, 2 seritur bulbus radicis *arundinis* (PLIN. *v. l. 66.* 21, 31 *croci*). *ibid.* bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis obrutus. 9, 4, 4 Siculus . . . bulbus croci deponitur. arb. 29, 1 harundo optime seritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant (PLIN. nat. 17, 144 seritur bulbo radicis, quod alii oculum vocant). SCRIB. LARG. 79 scillae bulbi crudi (134. PALLAD. 4, 10, 25 MARCELL. med. 16, 31. 17, 5. 16). PLIN. nat. 19, 60 in hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia folio. 19, 94 bulbis circa latera natis. 19, 95 bulbum pinguescere. 19, 176 radice bulbi simili. 20, 107 rubicundo bulbo. 21, 24 *lilii* (21, 25. 28, 223. PALLAD. 3, 21, 3). 21, 108 asphodelus manditur . . . et semine tosto et bulbo. 21, 109 simul acervatis saepe bulbis. *ibid.* radices . . . id est bulbos. 22, 67 *asphodeli bis.* 22, 68 *id.* 25, 48 caule . . . bulborum tunicis convoluto. 27, 118. PS. APVL. med. 43, 1 herbae scillae bulbus.

2 *stirpium genus*: PLAVT. Curc. 612 quin tu is in malam crucem cum bolis, cum bulbis? CATO agr. 8, 2 bulbos megaricos (OV. ars 2, 422 candidus Alcathoi qui mittitur urbe Pelasga bulbus. rem. 797 *v. l. 82.* COLVM. 10, 106 iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. PLIN. nat. 19, 93 bulborum genus quos Cato in primis serendos praecipit celebrans Megaricos. PELAGON. 430). OV. rem. 797 Daunius an Libycis bulbus tibi missus ab oris (EDICT. Diocl. III/IV 6, 41 bulbi Afri sibe Fa(b)riani maximi; *v. Olck, PW. III 671.* PELAGON. 330. CHIRON 992 bulbos Afros. 993 Africanos. MARCELL. med. 19, 39.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

27, 59 Africanus rubicun lus) an veniat Megaris. *v. l. 77.* CELS. 2, 18 omnes bulbi, in quibus cepam quoque et alium numero. 2, 21. 22 item qui proprie bulbi nominantur. 2, 23. 26. 3, 19 totum corpus bulbis contritis (3, 27, 1. SER. SAMM. 491 teretes bulbos mollire terendo. 812. PELAGON. 233. 316 CHIRON 673 VEG. mulom. 3, 9, 3 L. MARCELL. med. 4, 1. 19, 39) superinlinendum est. 4, 28. 5, 2. PETRON. 130 cibis validioribus pastus id est bulbis. PLIN. nat. 1, 18, 10 de eriophoro bulbo. 1, 20, 40. 41 bulbo vomitorio (20, 107 bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, ceteris longiora. PS. APVL. herb. 56 narcissus a Graecis dicitur … βολβὸς ἐμετικός … Latini bulbum vomitorium vocaverunt. DIOSC. 4, 151 bulbum merepsicum [emelicum *Stadler*] quem nausatilem vocant. folia similia bulbi nostri, qui in usu est. in qua frutice est bulbus niger). PLIN. nat. 17, 87 in scilla … bulborum hoc genus est (19, 32 esse bulbi genus. 25, 131. PROB. Verg. georg. 3, 451). 18, 34 bulbus minutus (EDICT. Diocl. III/IV 6, 42 bulbi minores). 18, 244. 19, 95. 97. *ibid.* bulbos non nasci nisi e semine priores tradiderunt, sed in Praenestinis campis sponte nascuntur. 19, 99 scillae autem et bulbi et cepae et alium nonnisi in rectum radicantur. 19, 109. 121 *bis.* 134. 20, 102. 103 *bis.* 106 flos bulborum tritus. 21, 64 est autem haec silvestrium bulborum flos. 21, 107. 23, 62. 24, 142. 27, 65. 28, 192. 29, 44. 30, 74 aliqui pro ture bulbum admiscent (*sing. pro plurali etiam:* VEG. mulom. 3, 24 L.). MART. 3, 75, 3 sed nihil erucae faciunt bulbique salaces. 4, 46, 11 cum bulbis cocleisque caseoque. 13, 34 *tit.* bulbi. 13, 34, 2 nil aliud bulbis quam satur esse potes. STAT. silv. 4, 9, 30 non replictae bulborum tunicae. IVV. sat. 7, 120 PLIN. epist. 1, 15, 2. TERT. nat. 2, 9 si enim dei ut bulbi seliguntur (*cf.* Aug. civ. 7, 1). resurr. 26 bulbos et tubera in terrae bonis deputabis. SER. SAMM. 135. 145. 237. 285. 437 amari. ARNOB. nat. 7, 16. PELAGON. 233 rufum (VEG. mulom. 2, 74, 2. 2, 82, 7. MARCELL. med. 27, 59 rubicundos. DIOSC. 2, 156 PS. DIOSC. herb. fem. 44). CHIRON 472. 495 album. 604. 639. 704. 912. 914. 915 VEG. mulom. 1, 56, 17. 3, 8, 2. 3, 22, 1. 3, 28, 30 HIER. in Zach. 14, 9 *sqq.* p. 922 χιλιασταὶ … bulbos sibi et vulvas et aves Phasidis … repromittunt. MACR. sat. 7, 14, 1 videmus in doliolis vitreis aquae plenis bulbos spiris ingentibus. APIC. 4, 181. 182. 7, 309. 310. 312. 384 fabriles bulbi (*cf. fortasse* EDICT. Diocl. III/IV 6, 42). MARCELL. med. 12, 62 veratrum, id est bulbus, quod est genus cepae. 20, 53. PS. APVL. herb. 43 (*in tit.*) nomina et virtutes bulbi scillitici. *ibid.* alii bulbum scilliten sive scilliticum (bulboscylliten *al.*) appellant. DIOSC. 2, 156 *ter.* 2, 158 maiori. 4, 80 Colcico aut bulbo agreste dicunt (DIOSC. gr. ed. Wellmann 4, 83 βούλβους ἀγρέστις (*sic codd. rec. Mpv*). GALEN. alfab. 81 colcitoniis [colchicon] effemer [= ἐφήμερον] hanc ipsa herba aliqui vulbum erraticum [emeticum?] dicunt). ORIBAS. syn. 4, 2 *bis.* 4. 6. 15. 16. 17. 21. 22. eup. 2, 1 B 6 bulbos id est lampadiones *v. p. 2238, 57.*

3 *globus oculi:* GLOSS. II 258, 34 βολβὸς ὀφθαλμοῦ. CHIRON 530 digitum in superiorem partem oculi coicies et bulbum extendes. VINDIC. epit. alt. 5 bulbi oculorum continentur. CASS. FEL. 1 si vero cum consensu radicum oculorum ipsorum fuerit dolor. ISID. orig. 11, 1, 38 volvos quidam appellant ipsos vertices oculorum ex similitudine bulborum. *Burger.*

Bulbus *cogn. gentis Atiliae:* **1** FAST. cos. Capitol. a. u. c. 509 (Corp. I² p. 24) M. Fabius M. f. M. n. Buteo, C. Atílius A. f. A. n. Bulbus. a. u. c. 519 T. Manlius T. f. T. n. Torquatus, C. Atílius A. f. A. n. Bulbus II. a. u. c. 520 cens. C. Atílius A. f. A. n. Bulbus, A. Postumius A. f. L. n. Albínus. EVTR. 3, 3 (OROS. hist. 4, 12, 2). CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 53, 509 *et* 519 *al. cf. Klebs, PW. II 2078.* **2** M. Atilius Bulbus *senator de maiestate damnatus; cf. Klebs, PW. II 2078.* Bulbus *nominatur a* CIC. Cluent. 71. 97 Verr. 3, 79 QVINT. inst. 4, 2, 107 PS. ASCON. Verr. p. 141 SCHOL. Pers. 2, 19 (Albus). *ad a. u. c. 671, cuius consules fuerunt* L. Cornelius L. f. L. n. Scipio Asiaticus, C. Norbanus, CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 55 *adnotat* Asiatico II et Pulbo. *Otto.*

būlē, *acc.* -ēn, *abl.* -ē. *f.* βουλή. PLIN. epist. 10, 81, 1 in bule. 10, 110, 1 bule et ecclesia consentiente. 10, 112, 1 lex Pompeia … eos, qui in bulen a censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet. 10, 116, 1 totam bulen. CORP. III 7123 (= 6070 a, *saec. II*) bule et civitas Efesiórum. 14165¹⁰ civitas et bule Aradia. *Ihm.*

Būlē *nom. mul. graecum, a* βουλή. CORP. VI 12672 Atiniae Bules. 21098 Antonia Bule. 33406 (*in monumento Livineiorum*) Livineia Bule. X 3960 (*Capuae*) Ca⟨esia⟩ (mulieris) l. Bule. *eadem* 3959 Caesiae (mulieris) l. Bulene (*dativo*).

Bulelianēnsis *incola oppidi provinciae Byzacenae.* NOT. episc. Byz. 16 Flavianus Bulelianensis (Bubel- *H deperditus*). *Otto.*

? attelabos **bulelio** GLOSS. III 188, 34 (bufo *Heraeus*). *Ihm.*

Būlēnsēs *incolae oppidi* Βοῦλις *in Phocide siti; cf. Oberhummer, PW. III 1046.* PLIN. nat. 4, 8 oppidum Crisa et cum Bulensibus (Bullensibus *ED*) Anticyra. *cf.* Bolensis NOT. Tir. 88, 38? *v. p. 2066, 5.*

Būlēphorus, -ī, *nom. vir. graec.,* Βουληφόρος. *rationalis et consularis Campaniae; cf. Seeck, PW. III 1037:* COD. Iust. 3, 26, 7 (*a. 349*) ad Bulephorum rationalem summae rei. COD. Theod. 15, 15, 1 (*a. 364*) ad Buleforum consularem Campaniae. 8, 5, 24 (*a. 365*) ad Buleforum consul. Campaniae. 9, 30, 2 (*a. 364*). SYMM. epist. 9, 116 frater meus Bulephorus. *Otto.*

būleuta, -ae *m.* βουλευτής. GLOSS. IV 314, 51 buleuta decurio sentitor (594, 51. V 543, 16 boleuta; *cf. Götz, Thes. gloss. s. v.* bolita). PLIN. epist. 10, 39, 5 pecunia, buleutae additi beneficio tuo aut iam obtulerunt ob introitum aut nobis exigentibus conferunt. 10, 112, 3. 10, 114, 3 *acc.* buleutas. SPART. Sept. Sev. 17, 2 Alexandrinis ius buleutarum dedit. *sing. in titulis:* CORP. III 7429 buleutae (*dat.*) civitatis Ponticae Tomitanorum. 14416 *dat.* buleutae *et nom.* buleuta. *compendium* bul.: CORP. III 7543 bul(euta) Tom(itanorum). 12340. 12410. 12422. 14426. 14449.

būleutērium, -ī *n.* βουλευτήριον (*cf. Wachsmuth, PW. III 1038*). PLIN. nat. 36, 100 Cyzici et buleuterium vocant aedificium amplum *eqs. cf.* CIC. Verr. 3, 50.

bulga -ae *f.* [*a Gallis tractum; cf. c. hibern.* bolg *masc.* '*follis, uter*'. *Th.*] [*francog.* bouge. *M.-L.*] *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 629.* PAVL. FEST. p. 35 bulgas Galli sacculos scorteos appellant (GLOSS. V 8, 17 = 51, 2 saccus scorteus). NON. p. 78 bulga est folliculus omnis, quam et cruminam veteres appellarunt. et est sacculus ad bracchium pendens. GLOSS. V 638, 40 bulga follis, a bulga bulla dicta quasi follis. NON. p. 187 vulga capacitas vel sinus cum laxitate. *cf.* GLOSS. V 648, 70 vulga sinuosum. *trad.* vulg- LVCIL. *l. 22. incertum num iure huc referatur* ANTH. 19 (p. 82 R. *cf.* GLOSS. V p. V) intra vurgam animi litescentis. LVCIL. ed. Marx 73 in bulgam (*trad.* vulg-) penetrare pilosam. 244 *sqq.* bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse, cum bulga cenat dormit lavit. omnia in una sunt homini bulga (omnis in una seti hominibus *codd.*): bulga haec devincta ⟨la⟩certo est. VARRO Men. 343 in quo nobilius est Philippeum quod accipimus, quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam. 492 ut viaticum ex arcula adderem in bulgam (vulg- *codd.*). *in imagine: de utero:* LVCIL. ed. Marx 623 ita uti quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus (*cf. Otto, Sprichw. p. 247; Marx in comm. p. 230 sq.*). TERT. nat. 1, 10 p. 78, 18 omitto quae bulgae (vulg- *trad.*) aut sacrilegae gulae videbuntur ⟨…⟩ maiorum prope religionem convenire. *Ihm.*

Bulgarēs (Vulgares), -um *et* **Bulgarī,** -ōrum *populus,* Βούλγαροι; *cf. Tomaschek, PW. III 1040.* ENNOD. opusc. 1, 19 p. 266, 16 Vulgarum ductor. p. 278, 16 Vulgares suos. p. 278, 21 indomitam Vulgarum iuventutem. p. 279, 16 Vulgares. CASSIOD. var. 8, 10, 4 Bulgares (Bulgaros *F*, Burgares *K*) toto orbe terribiles. 8, 21, 3 non te terruit Bulgarum globus. IORD. Rom. 388 instantia cottidiana Bulgarum, Antium et Sclavinorum. Get. 37 ultra quos (*Acatziros*) distendunt supra mare Ponticum Bulgarum (Vulgarum *V*, Burgarum *O*) sedes, quos notissimos peccatorum nostrorum mala fecerunt. hinc iam Hunni …. LIB. gener. a. 334 Ziezi ex quo Vulgares. MARCELL. chron. II p. 95, 499, 1 Bulgares. p. 103, 530 Bulgares (Vulgares *S*). MARCELL. auct. chron. II p. 104, 535, 3 cum hoste Bulgarum. p. 108, 548, 1 Bulgarum suorum. CASSIOD. chron. II p. 160, 1344 victis Vulgaribus. VICT. TONN. chron. II p. 205, 560 Bulgares. Bulgarī, -ōrum: IORD. Rom. 363 ab Herulis Gipidisque et Bulgaris. MARCELL. chron. II p. 96, 502, 1 gens Bulgarorum. GLOSS. V p. 423, 38 Vulgari Huni. *cf.* GREG. M. dial. 4, 26 spatharius Bulgar. RAVENN. p. 185, 4 inter vero Traciam vel Macedoniam et Mysiam inferiorem modo Bulgari habitant, qui ex … maiore Scythia egressi sunt. **Bulgaricus,** -a, -um *adi.* GREG. M. dial. 4, 26 Bulgarica lingua. *hinc fortasse natum* Bulgaricus *nom. vir.* INSCR. christ. Hisp. 369 Bulgaricus famulus dei (*a. 562?*).

Bulgiatēnsis villa *in Arvernis sita, hodie* Bongheat (*prius* Bougheat); *cf. Ihm, PW. III 1045.* GREG. TVR. Franc. 3, 16 villam Bulgiatensim (Vulg-, Bolg-, Burgat- *alii*). *cf.* Iul. 14.

Bulgium *v.* Blatobulgium.

Bulicus *nom. vir.* CORP. VI † 31979 Flavius Bulicus v. d. ex tribunis. XII 3835 (*Nemausi, periit*) d. m. L. Potiti Bulic. Potitia Secundina uxor.

Būlimeōn (*genet.*) *v.* Bulinia.

Būlīmio, -ōnis, *nom. vir.,* Βουλιμίων *a* βούλιμος. CORP. VI 10126 Aelio Bulimioni diurno adlecto *scaenae* … Vlpia Herois coniunx. 13659 Bulimioni l. Claudiae Actes. *Otto.*

būlīmo, -āvī, -āre [*cf. c.* bulimus, βουλιμιᾶν. *Th.*]. *fame ingenti premi:* PELAGON. 188 cum bulimaverit *equus.* 189. THEOD. PRISC. log. 90 praeter consuetudinem … edacibus hoc est bulimantibus (bovinantibus *B*) ieiunia conveniunt.

būlīmōdes, -is *m. a* βούλιμος. GLOSS. V 349, 7 bulimodes (bol- *trad.*) qui ante cibum torquitur, egrotus cui post cibum indesinentes dolores (403, 44 bolimides). *cf.* PS. HIER. expos. interl. libri Iob (Migne 23) cap. 3 p. 1415ᴮ.

būlīmōsus, -a, -um *a* bulimus. PELAGON. 188 bulimoso *equo* succurrere (τῷ βουλιμιῶντι).

būlīmus, -ī *m.,* βούλιμος. bull-: GLOSS. IV 595, 3 NOT. Tir. 103, 5 (*post* ieiunus, inaedia). bulum-: CHIRON 339 *bis.* VARRO rust. 2, 5, 4 *v. sub* boopis. PAVL. FEST. p. 32 bulimum (-am *codd.*) Graeci magnam famem dicunt, adsueti magnis et amplis rebus praeponere βου, a magnitudine scilicet bovis. GLOSS. IV 26, 40 fames magna (602, 33). 490, 2 famis magna (586, 37. 595, 3. V 272, 50). *gr. scribitur* GELL. 16, 3, 9 (*secundum Erasistrati librum* διαιρέσεων). *iumentorum:* PELAGON. 188 ad bulimum. … sin autem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

permanserit bulimus. VEG. mulom. 2, 99 L. cum ... ieiunia bulimum fecerint. *ibid.* si de bulimo *causa est*, escas offeres largiores. 2, 102 bulimum animalia sustinent frequenter ex fame, aliquando ex lassitudine. CHIRON 151 ex inanitate longi itineris bulimus ... eveniet. 298. 336 si ... ieiunus in bu⟨lim⟩um inciderit. 339 si quod iumentum a bulumo temptabitur. *ibid.* bulumo quid prodest unctio? *hominum*: VINDIC. med. 29 bulimum ... fieri ex ariditate ..., qui est tardus ad curandum: ex quibus viis fames sive appetentia ciborum fiet. 33 epilempsia compatiente sibi bulimi passione. THEOD. PRISC. log. 84 sustinet *stomachus* ... bulimum. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 107 bulimum magnitudine viarum stomachi atque ventris fieri sensit *Asclepiades.* diaet. pass. 60. 61 unde bulimus dictus est? Graeca derivatione, quod magnam famem faciat. bulimum enim grandem famem vocaverunt. ORIBAS. syn. 6, 37 tit. bulimis curatio. bulimus fit ex longo itinere. 9, 18 qui bulimum exagitantur. ... ex his humoribus maxime bulimus nascitur. *nomen vermium*: GLOSS. V 348, 4 bulimus vermis similis lacertae in stomacho hominis habitans (404, 15). *cf. Löwe, prodr. p. 116 not. 2.* *deriv.*: *graec.*: bulimodes. *lat.*: bulimare, bulimosus. *Münscher.*

Būlineōn (*genet.*) *v.* Bulinia.

Būlinia *regio Illyrici.* TAB. Peut. 6, 2 Bulinia. *de populo*: PLIN. nat. 3, 139 **Bū⟨l⟩inī** (Budini *E²D*, Buni *AR*). PRISC. periheg. 380 **Būlineōn** (*sic A*, Bulimeon *B*) pariter praestringens litora (DIONYS. *Βουλιμέων* [*sic et Βουλήμων, Βουλίνων, Βουλινέων sim. traditur*]). *cf. Tomaschek, PW. III 1046.* *Otto.*

Buliōnēs *v.* Byllis. **Bulius** *v.* Bulus.

bulla, -ae *f.* [*cf. c.* bullire bullare. *Th.*]. bolla: GLOSS. II 517, 41. III 324, 24. V 403, 52. 347, 18. *legitur inde a* PLAVTO. PAVL. FEST. p. 34 balatrones et blateas bullas (ballas *codd.*) luti ex itineribus, aut quod de calciamentorum soleis eraditur, appellabant. NON. p. 26 ebullire ... a bullis dictum. GLOSS. bulla, scatebra (II 413, 25), sumatalis (*?*, spuma talis *Götz*) ut gemma (II 570, 28), sigillum. πομφόλυξ (*cf.* ARAT. 980 πομφόλυγες, SCHOL. Arat. p. 300 bullas aquae ferventis. HIER. in Os. 3, 10 p. 112 bullasque assurgentes, quas Graeci πομφόλυγας vocant), μηνίσκος. V 563, 53 bullae: a similitudine earum quae in pluvia fiunt. 173, 2 bullas dicuntur quae per pluviam ex aëre fiunt in lacu. stramenta. SCHOL. Pers. *v. infra l. 55.* [*ital.* bolla, *francog.* boule, *hisp.* bollo. *M.-L.*] *cf. Gröber, Archiv 6 (1889) 379.*

1 *proprie aquae*: OV. met. 10, 734 intumuit sic ut pluvio perlucida caelo surgere bulla solet. PLIN. nat. 31, 12 Tungri civitas Galliae fontem habet insignem plurimis bullis stillantem. MART. 8, 33, 18 crassior offensae bulla tumescit aquae. APVL. met. 4, 6 fons affluens bullis ingentibus scaturibat. HIER. in Os. 3, 10 p. 112 *v. l. 34.* AVG. gen. ad litt. imperf. p. 35, 25 cum *aquae* ... *aerem* bullis crepantibus emittunt. ORIBAS. syn. 6, 25 ulceraciones membrorum et bullas *patiuntur in pestilentia.* ISID. orig. 19, 31, 11 bullis, quae in aqua vento inflantur. 20, 5, 5. 20, 8, 2 SCHOL. Arat. p. 300 (*supra l. 33*). *in imagine*: VARRO rust. 1, 1, 1 cogitans esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. PETRON. 42 nos non pluris sumus quam bullae. *cf. l. 57.* SIDON. epist. 1, 7, 8 crepantes adulationum bullas ... audire. ENNOD. opusc. 3, 5 p. 332, 10 nihil ... tam ... humile inveniam, ut necessariis illud bullis, ut plerique solent, vividi sermonis amplificem. carm. 1, 9 praef. p. 532, 4 quos *plausus* tumescentibus fautorum bullis aura popularis exsuscitat. SCHOL. Pers. 2, 10 ed. Kurz ebullire ... est metaphora a bulla, quae aliquo venti tenore sustentatur; quae ⟨si⟩ in aqua fit cadentibus guttis rumpitur et spiritum, quo continetur, amittit, ex quo etiam proverbialiter dicitur: homo bulla est. **2** *translate*: a *umbilicus, umbo*: *herbarum, lapidum*: PLIN. nat. 27, 71 dipsacos folia habet lactucae bullasque spinosas in dorsi medio. 37, 151 *cadmitin* caeruleae interdum cingunt bullae. *horologii*: VITR. 9, 8, 9 bulla, quae solis imaginem horologiis tenere videtur, significat horarum spatia. 9, 8, 10 bulla in horologiis ingrediens. *tibiae*: BVC. Eins. 1, 8 levis haec et mobilibus circumdata bullis fistula. *pro ornamento*: OV. met. 10, 114 bulla super frontem parvis argentea loris vincta movebatur. PETRON. 30 qui dies boni quique incommodi essent, distinguente bulla notabantur. TERT. cult. fem. 2, 10 grana Parthi peronibus quoque suis bullarum vice inserunt. VVLG. iud. 8, 21 tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent (ἔλαβε τοὺς μηνίσκους). *speciatim*: *orn. cinguli, baltei*: GLOSS. V 403, 52 bollas ornamenta cinguli. VERG. Aen. 9, 357 Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis cingula *misit* (*cf.* SERV. *ibid.* misit ... cingula, bullis aureis, hoc est clavis insignita). 12, 942 notis fulserunt cingula bullis. CALP. ecl. 6, 41 alternat vitreas lateralis cingula bullas. AVSON. 325, 49 auratis fulgentia cingula bullis. AMBR. Hel. 13, 46 aureis bullis zonam tegunt. PRVD. psych. 475. SIDON. carm. 2, 326 gemmiferae mordebant suppara bullae. 2, 393 bullis hostilibus asper ... balteus. CORIPP. Ioh. 2, 131. 4, 496. *valvarum*: PLAVT. Asin. 426 iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris? CIC. Verr. 5, 124 bullas aureas omnis ex eis valvis, quae erant multae et graves, non dubitavit auferre. **b** *pro amuleto* bulla aurea *vel* scortea: PAVL. FEST. p. 36 bulla aurea insigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis a pectore, ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio (dicta est autem bulla a Graeco sermone βουλή, quod consilium dicitur Latine) vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium. GRAMM. suppl. 239 toreuma ... vel bullae, quae in stillicidio apparent pluviali tempore, ad quorum similitudinem calceoli fiebant nobilium puerorum, per quod designabatur, quod, quamdiu his utebantur, alterius consilio indigebant. nam βουλή Graece consilium. *huius etymologiae auctorem nominat Varronem* PLVT. quaest. Rom. 101. *cf.* 53. Romul. 20. 25 LYD. mag. 2, 3. FEST. p. 322 bulla aurea, quo cultu reges soliti sunt esse E⟨trus⟩corum. *cf.* PLVT. Sert. 14 τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρούμενον, ἃ Ῥωμαῖοι βούλλας καλοῦσιν (*cf. Wessely, Wien. Stud. 24, 126*). ISID. orig. 19, 31, 11 bullae (*sc. dictae sunt*), quod sint similes rotunditate bullis, quae in aqua vento inflantur. GLOSS. IV 27, 9 ornamenta regalium puerorum vel equarum vel camelorum (*cf.* VVLG. iud. 8, 21). V 173, 1. *sim.* IV 407, 16. 595, 11. 602, 31. V 347, 57. 404, 11. 592, 11. *cf. Mau, PW. III 1048 sq.* PLAVT. Rud. 1171 bulla aurea est, pater quam dedit mi natali die. CIC. Verr. 1, 152 neque te tam commovebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat. PROP. 4, 1, 131 ubi bulla rudi dimissa est aurea collo. LIV. 26, 36, 5 filio bullam ... relinquant. PERS. 5, 31 bullaque subcinctis Laribus donata. PLIN. nat. 27, 13 ageraton ...., flore bullis aureis *similis.* 33, 10. IVV. 13, 33 senior bulla dignissime. SVET. rhet. 26 bullam et praetextam togam. Iul. 84 Tib. 6 FLOR. epit. 1, 22, 24. APVL. met. 6, 28 monilibus bullisque te (*sc. asinum*) multis aureis inoculatum. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 65 generosis pueris, qui bullam auream egressi pueritiae annos apud lares solent suspendere. PANEG. 12, 26 raptae pupillorum cervicibus bullae. AVR. VICT. Caes. 6, 9. PS. ASCON. Verr. p. 199 simul cum praetexta etiam bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea quasi bullientis aquae, sinus communiens pectusque puerile. AVG. civ. 3, 19. MACR. sat. 1, 6, 8. 9 inclusis intra eam (*sc. bullam*) remediis quae crederent adversus invidiam valentissima. 1, 6, 10. 11. 14. 16. 17 cordis figuram in bulla ante pectus adnecterent. OROS. hist. 4, 17, 14. MARCELL. med. 8, 50 lacerti viridis ... oculos ... intra bullam vel lupinum aureum claudes colloque suspendes. ISID. orig. 19, 31, 11 torques ... et bullae a viris geruntur. SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 65. 66. SCHOL. Pers. 5, 31 bulla genus est vestis puerilis, quam solent pueri deposita pueritia diis penatibus dare, vel certe ornamenti genus est, quod ante pubertatem habebant. **c** *sigillum*: GLOSS. sigillum, sigil (*anglosax*). PAPYR. Marini 2 ipsum sub bulla nostra apostolicis annotari litteris mandaremus. *Poeschel.*

1. Bulla *opp. Africae; cf. Dessau, PW. III 1047.* Bulla Regia *provinciae proconsularis,* Βούλλα Ῥηγία (PTOL. 8, 14, 10). PLIN. nat. 5, 22 liberumque oppidum Bulla Regia (*in Numidia*) (MART. CAP. 6, 669 Bulla Regia). OROS. hist. 5, 21, 14 ITIN. Anton. Aug. p. 43, 4 TAB. Peut. 4, 5 RAVENN. p. 148, 9. *a ceteris* Bulla *tantum nominatur*: CYPR. sent. episc. 61 Therapius a Bulla. AVG. serm. ed. Denis 17, 7 quid quaeris? mimos, meretrices? Bullae habes. CORP. VIII 18068, 2, 21 (*in prov. Numid., a. 198?*) M. Quintius Servilius Bulla. 3274 L. Vetulenius Quirina Bul. Festus. **a Bullēnsis** Regius *incola et* Bullensis, -e, *adi.* AVG. serm. ed. Denis 17, 7 o fratres Bullenses. epist. 65, 1 in campo Bullensi (*de quo v. Dessau l. c.*). gen. ad litt. 3, 8 p. 71, 13 fons quidam magnus Bullensium Regiorum (regionum *pars codd.*). NOT. episc. proc. Afr. 50 Iohannes Bullensium Regiorum. CONC. Carth. a. 390 Mansi 3, 692ᴰ episcopus Bullensium Regiorum (*cf.* a. 397 Mansi 3, 892ᶜ). a. 411 Mansi 4, 119ᴬ episcopus plebis Bullensium Regiorum. *fortasse huc pertinet* CONC. Rom. a. 649 Mansi 10, 942ᴬ ecclesiae B u l l e r e n s i s. **b** Bullēnsis *adi. ad aliud opp. Africae pertinens, cf.* Bullamensis. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 159ᴮ Felix episcopus Bullensis. NOT. episc. proc. Afr. 34 Felix Bullensis prbt.

2. Bulla. a *nom. mul.* CORP. III 1818 (*in Dalm.*) L. Riccius L. f. Vel. Pessinunte, . . . Riccia L. ⟨f.⟩ Bulla. XII 2934 (*Vcetiae, periit*) L. Baebio L. f. Volt. Cassiano Domitia Domiti filia Bulla (*?*) uxor. **b** *nom. vir.* CASS. DIO 76, 10, 1 Βούλλας τις Ἰταλὸς ἀνήρ (*latro aetatis Septimi Severi*). *sed cf.* Bullanius.

Bullamēnsis *adi. pertinere videtur ad Βουλλαμήνσα opp. Africae* (PTOL. 4, 3, 9); *cf. Dessau, PW. III 1048 et* b Bullensis *sub* 1. Bulla. CONC. Carth. a. 525 Mansi 8, 648ᴮ episcopus plebis Bullamensis.

Bullanius, -a *nom. gent.; cf.* Bullius, Bullatius, Bullenius, (Bullonius?), Bultius. CORP. X 6140 (*Formis*). *v. etiam* 2. Bulla *nom. vir.; W. Schulze, Eigennamen p. 350.* *Otto.*

? **bullātio,** -ōnis *f.* [*a* bullare. *Th.*]. PLIN. nat. 34, 148 hic lapis et in Cantabria nascitur, non ut ille magnes verus caute continua, sed sparsa bullatione (*corr. ed.*, bulbatione *cod. B*). *Poeschel.*

Bullātius, -a *nom. gent.; cf.* Bullanius. HOR. epist. 1, 11, 1 quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos? CORP. VI 5221 (*in columbario*) Bullatía Quínta, C. Ancharius Lezbius. 13660 Sex. Bullatius Paetus. 13661 Secunda Bullatia P. f. filia, Paulla Bullatia P. f. mater. 32627, 4 Q. Bul⟨l⟩atius Felix ⟨L⟩amb(aese) *miles praetorianus.* XIV 256, 315 (*Ostiae*) Bullatius Paulinus. VIII 9004 (*in Mauret. Sitif.*) Bullatiae Secundae. 12445 (*in prov. procos.*) C. Bullatius Felix *aedilis.* VI 6180 B u l a t i a (mulieris) l. Anthusa. *Otto.*

bullātus, -a, -um [*a* bulla. *Th.*]. *i. q. bulla ornatus*: VARRO ling. 5, 116 balteum quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. VAL. MAX. 3, 1, 1 in Capitolio statua bullata et incincta praetexta (*cf.* CORP. VI 302 *p. 2243, 7*). PETRON. 60 Lares bul-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

latos super mensam posuerunt. IVV. 14, 4 si damnosa senem iuvat alea, ludit et heres bullatus. MACR. sat. 3, 14, 6 puerum bullatum. SIDON. epist. 4, 20, 2 gladii balteis ... strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus. FVLG. myth. 1 praef. p. 13 Luna ... bullatum biiugis conscenderat aethera tauris. SCHOL. Pers. 5, 19 bullatis id est ornatis. *ibid.* bullatis (?, pullatis) palliatis Graecis. *cogn. Herculis*: CORP. VI 302 Herculi bull(ato) M. Vlp(ius) Aug. lib. Timocrates aeditus d(onum) d(at). *cf.* CORP. VI 126 Herculem puerinum (*i. q. bullatum*). *v. Ruggiero, Diz. epigr. I p. 1052.* *Poeschel.*

Bullenius, -a *nom. gent.; cf.* Bullanius. CORP. III 667 (*in Macedonia*) Eut⟨y⟩ches Bulleni Venusti servus. *Otto.*

Bullēnsis, Bullerēnsis *v.* 1. Bulla.

bullēsco, -ere [*cf. c.* bulla, bullire bullare. *Th.*]. AMPEL. 8, 1 cum manibus subplodas, pix alte attollitur et quasi ab aqua bullescit. *Poeschel.*

bullī χρυσοκάνθαροι GLOSS. II 31, 38. *Ihm.*

1. Bullia *statio Etruriae; cf.* Velinis? RAVENN. p. 268, 8 *et* 336, 6. Bellia: RAVENN. Guid. p. 475, 1. Ballia: RAVENN. Guid. p. 511, 18. *Otto.*

2. Bullia *v.* Bullius.

Bullidēnsis, Bulliēnsis, Bullīnus, Bulliōnēs, Bullis *v.* Byllis.

bullio, -iī, -ītum, -īre [*vox onomatopoetica; cf. c.* bullare bulla *et c. gr.* βομβυλίς *lituan.* bumbuls '*bulla*'; *v. Johansson, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 36, 363; Indogerman. Forsch. 14, 319. Th.*]. *legitur inde a* VITR., *frequentant* APIC. *et medici.* CASSIOD. gramm. VII 195 bullio ἀναπηδῶ. GLOSS. bullio: ζέω. bullit: καχλάζει. ζέει ἐπὶ θερμοῦ. scatet, scaturit, fervet (V 272, 44 scatit). bulliente: βεβρεγμένον. bullitum: ἐκζεστόν. elixum. *cf.* NOT. Tir. 102, 56. [*ital.* bollire, *francog.* boullir, *hisp.* bollir. *M.-L.*]

I *i. q. fervere, scatere*: *proprie*: VITR. 8, 3, 2 *fontes* inflati vi venti coacti bullientes crebre ... egrediuntur. CELS. 5, 19, 28 spumae argenti selibra ... cocta, donec bullire desierit. SEN. nat. 6, 31, 3 aquam modo recipi in commissuras ..., modo ... bullire et elidi. PERS. 3, 34 alto demersus summa rursus non bullit in unda (*in imagine*). COMM. instr. 2, 28, 8 bullit in inferno rumoribus ipsa gehenna. PALLAD. 2, 17 veteris styptici heminam ... cum oleo bullire facies. 2, 19 lauri bacas ... in aqua calida bullire facies. PS. ASCON. Verr. p. 199 bulla suspendi ... infantibus ... solet ... quasi bullientis aquae. PELAGON. 111 olla in qua ficus et mel bullierit. 354 commisces in oleo, in quo ante bullierit anchusae fasciculus. HIER. epist. 77, 6 de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes. VVLG. Iob 41, 22 fervescere faciet quasi ollam ... mare, et ponet quasi cum unguenta bulliunt. AVG. serm. 8, 6, 7 vesicae bullientes et scaturientes. PS. AVG. serm. 186, 2 coeperant vasa eorum vinum bulliendo ructare. APIC. 2, 50 facies ut ferveat. cum bene bullierit (boluerit *Vrb.*, oluerit *Philipp.*), amulo obligas. 4, 119. 145. 8, 364 (*sexies*). THEOD. PRISC. gyn. 19 *semina* cum molli vapore coqui et bullire coeperint. ANTIDOT. Brux. 1. 57. 58. 111. 120. 153. SALV. gub. 7, 58 in aeneo sanguinem bullientem. MARCELL. med. 22, 40 observandum ..., ne fervorem grandem ducat aut bulliat. 26, 34. 27, 58. 35, 32 SORAN. p. 69, 1. VICT. VIT. 2, 22 (*bis*) ollae ... bullientes. 3, 55. *translate*: APVL. met. 10, 24 quodque frustra ... indignatione bulliret. HIER. epist. 22, 7 sola libidinum incendia bulliebant. AVG. serm. 180, 7, 8 vivit *periurus* ... et quodam modo scatet et bullit luxuriis. CASS. FEL. 61 si aeger nimio febrium aestu bullire coeperit. EXPOS. mundi 29 Ascalon et Gaza, civitates eminentes et in negotio bullientes.

II *i. q. fervefacere, coquere*: ITALA Iac. 3, 11 (cod. ff.) numquid fons de eodem foramine bullit dulcem et amaram aquam? (βρύει; VVLG. emanat). VEG. mulom. 1, 45, 5 ammoniacum cum vino ... mittis in ollam et bullita atteres. APIC. 8, 364 cum bene illic tres undas bullierit (*i. e. bulliendo effecerit*), levatur. THEOD. PRISC. eup. faen. 12 folia tamarici in aqua bulliantur (bulliant *cod. B*; debulliant *b*). PLIN. VAL. 2, 28 faenum graecum bullies in aqua.

synonyma: fervere, scatere, scaturire. *comp.*: ebullio.

bullītio, -ōnis *f. a* bullire. SERV. georg. 1, 110 scatebris: bullitionibus, quae fiunt cum aqua in aliquas rimas defluxerit. ORIBAS. syn. 4, 40 movenda est *lactis* ... et in ipsa bullitione labia vasi spongea est detergenda. ALEX. TRALL. 2, 271 donec iterum bullitionem faciat. *v. Weyman, Archiv 9 (1896) 137.*

bullītus, -ūs *m. a* bullire. VITR. 8, 3, 3 capita fontium cum sunt angustiis compressa, ruunt in summo spiritus aquae bullitus. *Poeschel.*

Bullius, -a *nom. gent.; cf.* Bullanius. CORP. XII 4664 (*Narbone*) Q. Bullius Fronto, Bullia L. f. Tu⟨che?⟩, L. Bullius L. f. ⟨...⟩. *Otto.*

bullizo, -āre *i. q.* bullesco. CHIRON 630 sulfur et pice ... decoques, et cum bullizant (bulbizant *cod.*), in ipso vulnere adicies.

bullo, -āre [*cf. c.* bulla, bullire. *Th.*]. GLOSS. bullantes: aquae cum exundant, id est bullas emittunt. CATO agr. 105 ubi bullabit vinum, ignem subducito. CELS. 2, 7 si *urina* bullat. 7, 4 cum umore quasi bullante prorumpit. CALP. ecl. 1, 11 bullantes ubi fagus aquas ... protegit. PLIN. nat. 9, 18 bullantium aquarum sufflatio. 18, 359. 28, 68 mala signa rubrae (*sc. urinae*), pessima nigrae, mala bullantis. *Poeschel*

Bullo, -nis *nom. vir. barb.; cf.* Bullu (*et* Bullonius?). CORP. XII 1399 (*Vasione, periit*) ...⟩ino Bulloni.

bullōnium *v.* bolonium.

Bullonius, -a *nom. gent.; cf.* Bullo *et* Bullu, *aut* Bullanius. CORP. XII 1094 (*Aptae*) L. Bullonius Severus.

Bullu, -nis *nom. mul. barb.; cf.* Bullo. CORP. III 11558 (*in Norico*) Atara Noeibionis f. Bulluni uxori.

Bulluba *opp. Garamantum, cuius nomen et simulacrum Cornelius Balbus a. 19 a. Chr. in triumpho duxit.* PLIN. nat. 5, 37 Bulluba (Bulla E^1, Bulba *D*, Buluba *R*).

Bulluca *nom. mul. barb.* CORP. XIII 261 (*in Aquitania*) Alfia Lohisi f. Bulluca. *Otto.*

bullula, -ae *f. a* bulla *deminutive.* CELS. 2, 5 si *urina* bullulas excitat. 5, 28 videntur ... esse in ea (*sc. impetigine*) quasi bullulae quaedam, ex quibus ... squamulae resolvuntur. HIER. in Is. 3, 18—21 p. 69 habent mulieres in lunae similitudinem bullulas dependentes. ISID. orig. 19, 31, 17 lunulae sunt ornamenta mulierum in similitudinem lunae bullulae aureae dependentes. *Poeschel.*

bullum *v.* bulum. **bulmerca** (-ga) *v.* rhododaphne (GLOSS.).

Bulmizis *armiger, ut videtur, Iohannis magistri militiae.* CORIPP. Ioh. 4, 987 Bulmizis mucrone ferox fortisque Tamazu sternitur. 6, 649 Bulmizis (-itis *T*). 8, 607.

Bulnetia *statio Liguriae; cf. Hülsen, PW. III 1052.* RAVENN. p. 269, 7 Bulnetia. 337, 4 (minetia *AB*). Guid. p. 475, 16 Vulnecia (Vulcenia *b*, Vulnecium *r*). 512, 8 Munecia.

Bulotus *amnis.* LIV. 29, 7, 3 a Buloto (*sic Pλ*, Buthroto, Brutoto *sim. HV cett.*) amni — haud procul is ab urbe Locris abest.

L. Bulpea *legitur in cippo* CORP. VI 34692.

Bultius, -a *nom. gent.; cf.* Bullanius. CORP. X 7233 (*in Sicilia*) C. Bultio Geminio Titiano procos. prov. Sicil. cos. 7206 C. Bultio Geminio Marcello c(larissimo) i(uveni) *filio eius qui praecedit.* VIII 10523 (*in prov. procos.*) ⟨B⟩ultiae Hortensiae Surdiniae Antoniae ... flam. perp. **Bultiānus** *cogn.* CORP. VIII 18610 (*in prov. Num.*) C. Iulius Bultianus.

Bulturiēnsis *incola oppidi Mauretaniae Caesariensis; cf. Dessau, PW. III 1052.* NOT. episc. Maur. Caes. 89 Reparatus Bulturiensis. *Otto.*

? **būlum** (-ī) *n.* GLOSS. IV 314, 53 bulum bucolium pastoris (595, 4. V 543, 17). V (Scalig.) 592, 16 bullum baculum pastoris. *Münscher.*

Bulus *vel* **Bulius** *nom. vir. barb.* CORP. III 4372 (*in Pannon. sup.*) Bato Buli f. col(onia) Ap(ulo) eq. ala Pannoniorum.

Bum⟨...⟩ *nom. vir.* CORP. VI 975 b 1, 3 (*a. 136*) L. Helv⟨idi⟩us L. l. Bum⟨..⟩.

Buma *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 180 ex Africae latere tradita sunt *oppida Aethiopiae* ... Buma (Bhuma *D*). *Otto.*

būmammus, -a, -um [*a gr.* βου- *et* mamma *ductum, cf. c.* bumastus. *Th.*]. *i. q. bumastus, q. v.* VARRO rust. 2, 5, 3 (*cf.* boopis *p. 2128, 22*) uvam ... bumammam. MACR. sat. 3, 20, 7 uvarum ... genera: ... bumamma aut ut Graeci dicunt βούμασθος.

būmastus, -a, -um, βούμαστος *cf.* βούμασθος. MACR. sat. 3, 20, 7 *supra l. 48.* *feminin. graeco modo in* -us: COLVM. 3, 2, 1. 12, 44, 1. 5 PLIN. nat. 14, 15 *et* 42. *nomen vitium uvarumque instar mammarum turgentium* (*cf.* bumammus): VERG. georg. 2, 102 non ego te ... transierim, Rhodia (*sc. uva*), et tumidis, bumaste, racemis (SERV. *ibid.* bumaste uva in mammae bovis similitudinem. *cf.* GLOSS. V 348, 23 *ubi pro* bovis *trad.* buccae. 404, 20. 173, 3 bumasta genus est vitis; Virgilius: et humidis bumasta racemis). CVLEX 407 amarantus bumastusque virens. COLVM. 3, 2, 1 quae cum talis est condicio, maxime praecoques et duracinae, tum denique purpureae et bumasti *vites* (PLIN. nat. 14, 15 tument mammarum modo bumasti. 14, 42). 12, 44, 1 uvas bumastos vel duracinas (12, 44, 5). EDICT. Diocl. 6, 80 ubae duracinae seu bumastae. *Münscher.*

bumbio, bumbix *sim. v.* bomb-.

Bumbomachidēs *nom. iocose fictum*, Βομβομαχίδης; *cf. Schmidt, Hermes 37, 357.* PLAVT. Mil. 14 Bumbomachides (-arides *P*, *A legi non potest*) Clutomistaridysarchides ... Neptuni nepos.

Bumbrius, -a *nom. gent.* CORP. IX 2222 (*Telesiae*) Q. Bumbrius A. f. pr(aetor) duo vir ... L. Bumbrius A. f. pr. duo vir. 2422 (*Allifis*) Bumbria ⟨.⟩ f. Ruf⟨...⟩.

Bumbulus *nom. vir.* ANTH. 190 tit.: de Bumbulo (Bumbolo *A*). v. 1 nominis et formae pariter ludibria gestans conventus nostros, Bumbule parvus, adis. 191, 1 dum sis patris heres teneas et, Bumbule, censum. *Otto.*

būmelia, -ae *f.*, βουμελία. PLIN. nat. 16, 63 bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque *fraxinum.* *Münscher.*

Bumelus, Βούμωδος, *amnis Assyriae; cf. Fraenkel, PW. III 1052* (Bumadus). CVRT. 4, 9, 10 inde (*a Lyco amne*) octoginta fere stadia progressus ad alterum amnem — Bumelo (Boumelo *sim. codd.*) nomen est — castra posuit. ITIN. Alex. 23 iu⟨x⟩t⟨im⟩ Bumelum (Bulemum *cod.*) amnem Arbelo urbe non procul.

buna *v.* bruna.

1. Buna *nom. vir. hebr.*, בּוּנָה, Βαναά. VVLG. I par. 2, 25.

2. Buna *nom. servae.* CORP. VI 13566 Livia Buna Chloes l.

Bundalicus *gens.* CORP. II 2785 (*in Hispan. Tarracon.*) L. Valerio C. f. Gal. Crescen⟨ti⟩ Bundalico. *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**bunde** sonus tympani GLOSS. IV 212, 49. *Ihm.*

bunia byden (*anglosax. i. q. cupa, dolium*) GLOSS. V 404, 34. *fort.* bothonia *scribendum.*

būnias, -dis *f.*, βουνιάς. *acc.* -da *infra l. 7. naporum genus, cf.* bunion. COLVM. 10, 422 seritur ... quae ... Amiterninis defertur bunias arvis. PLIN. nat. 1, 20, 11 *medicinae ex* napis sive bunio sive buniade v. 20, 21 alterum genus *naporum* buniada (butinada *codd.*) appellant, et raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena. GLOSS. III 537, 1 buniados id est sememapii (*i.* semen napi). 587, 60 boniadis i. napi[s] semen (608, 47 nape semen). *Münscher.*

Būnias *nom. mul. graec.*, Βουνιάς. CORP. XIV 1565 (*Ostiae*) M. Sal. Ostiensis Porcie Buniadi matri ... et Porcio Perseo patri. *Otto.*

bunilla ὀνόρυγχος GLOSS. II 31, 49. *Ihm.*

būnion, -ī *n.*, βούνιον. *naporum genus, cf.* bunias. PLIN. nat. 1, 20, 11 *v. supra l. 6.* 20, 11 *naporum genus* angulosis foliorum caulibus, flore aneti (floreat et *codd.*), quod bunion vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae decoctum *eqs.* PS. APVL. herb. 65 pr. Graeci peristereon orthos, alii trigonon, alii bunion ... vocarunt. DIOSC. 4, 119 de bunion. bunion aut action dicunt.
deriv.: bunitus.

salicis folia ex vino **būnīto** CAEL. AVR. chron. 4, 3, 52. *v.* DIOSC. gr. 5, 56 περὶ βουνίτου οἴνου. οἶνος διὰ βουνίου. *Münscher.*

Bunomus *Paridis ex Helena filius, ab aliis* Bunicus *et* Bunimus *nominatus; cf. Escher, PW. III 1053.* DICT. 5, 5.

Bunos (hoc est collis) praeputiorum. locus in Galgalis ubi circumcidit Iesus populum Israhel HIER. sit. et nom. p. 102, 25. *LXX* Ios. 5, 3 Βουνὸς τῶν ἀκροβυστιῶν.

(**buo**) *v.* butum.

Buodus *nom. vir. barb.* CORP. III 13385 (*in Pannon. inf.*) Iul. Buodus.

Buogēnsis fundus. CORP. XV 4807 (*in amphora*) de fundo Buogensi *oleum.*

Buolanus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 3183[7] (*in prov. Lugudunensi*) Combaromarus Buolani fil.

Buomi (*dat.*) *nom. mul. barb.* CORP. III 2753 (= 9803, *cf.* p. 2328[157]) Surus Panenti Muteli feci sibi et Buomi coiugi. *Otto.*

būpaes (-dis) *m.*, βούπαις. VARRO rust. 2, 5, 4 ab his (*bubus*) dici pleraque magna, ut busycon bupaeda bulimon, boopin. *acc. quasi nominativum adhibuit nec non declinavit* MART. CAP. 1, 31 possem (*sc. Phoebus Iovem*) ... bupaeda (bupeda *cod. Leyd. in marg.*, pubeda *Monac.*, bubeda *Basil.*, pubeda *rell.*) vixdum vel paterna contremens praecepta adire. 9, 908 Phrygii cuiusdam bupedae (pubide, -dae *codd.*). *Münscher.*

Būpalus, Βούπαλος, *artifex Chius ab Hipponacte irrisus; cf. Robert, PW. II 2042 s. v. Athenis et III 1054.* HOR. epod. 6, 14 acer hostis Bupalo *Hipponax.* PORPH. *ad h. l.* Hipponacta significat, qui ... iambicis versibus Bupalum persecutus est. SCHOL. Hor. *ad h. l.* (MYTHOGR. 2, 221). PLIN. nat. 36, 11 Archermus *Chius*, cuius filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scientia (*marmoris scalpendi*) fuere Hipponactis poetae aetate. ... imaginem eius lascivia ioco⟨sa⟩m hi proposuere ridentium circulis, quod Hipponax indignatus destrinxit amaritudinem carminum in tantum, ut credatur aliquis ad laqueum eos conpulisse. *Otto.*

buph- *v.* buf-.

būpleuron, -ī *n.*, βούπλευρον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 22, 35 *medicinae de* bupleuro v. 1, 27, 34. 22, 77 bupleuron in sponte nascentium olerum numero Graeci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite aneti, laudatum in cibis ab Hippocrate, in medicina Glaucone et Nicandro. 27, 57 buple⟨u⟩ri semen. *Münscher.*

Būporthmos, Βούπορθμος, *ins. maris Aegaei.* PLIN. nat. 4, 70 Buporth⟨mos⟩, Machia (Buportmachia *sim. codd.*). *cf.* Buporthmos *promunturium Argolicum; Oberhummer, PW. III 1058.*

Būprasium, Βουπράσιον, *locus in Elide situs; cf. Oberhummer, PW. III 1058.* PLIN. nat. 4, 13 in Achaia ... loca Buprasium, Hyrmine. DARES 14 ⟨ex⟩ Buprasione (*sic Meister*, bublationem, bubationem, bufarasionem codd.). *Otto.*

būprēstis, -is *f.*, βούπρηστις. *acc.* -tim: PLIN. nat. 23, 62 *al.* -tin: DIOSC. 2, 47. -tem: VEG. mulom. 5, 77. 2, 142 L. *abl.* -ti: PLIN. nat. 1, 29, 14 *al.* *forma*: bubrostis: MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 3. bubestris: GLOSS. V 493, 16. bubrestu (*acc.*): CHIRON 506. bubrestis: DIOSC. 5, 39. *cf.* bufis DIOSC. 1, 50 *p. 2237, 27*: 1 *animal*: PLIN. nat. 30, 30 buprestis animal est rarum in Italia simillimum scarabaeo longipedi; fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat (ISID. orig. 12, 8, 5). SCRIB. LARG. 190 buprestis gustus est nitri similis; facit autem tumorem stomachique infinitum dolorem et inflat totum corpus in speciem hydropici. PLIN. nat. 1, 29, 14 *sqq. remedia ex* bupresti. 1, 30, 8 *sqq.* 23, 30. 23, 62. 23, 87. 28, 74 venena, quae data sint e marino lepore, bupresti. 28, 128. 28, 156 qui buprestim hauserint (31, 119). 29, 95 *vis* eadem bupresti. 29, 105 qui buprestim aut aconitum biberint (DIOSC. 2, 47). MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 3 si cui temere cicutam, salamandram aconitum pituocampas aut bubrostim ... *pigmentarius* dederit. VEG. mulom. 2, 79, 10 L. bestiolus etiam, qui appellatur buprestis, araneae similis si cum faeno devoratus fuerit, animal praefocabit (GLOSS. V 493, 16). 2, 142 si buprestem comederit in faeno. CHIRON 453. 506. DIOSC. 5, 39 bubrestis punctum ... curat.
2 *herba*: PLIN. nat. 1, 22, 36 *medicinae de* bupresti I. 22, 78 buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus ciborum etiam habuere iidemque remedia tamquam contra venenum prodiderunt. et ipsum nomen indicio est boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur.

būpthalmos (-us), -ī *f.*, βούφθαλμος. *nomen herbarum*: 1 PLIN. nat. 1, 25, 42 bupthalmos sive calcha. 25, 82 est et bupthalmus similis boum oculis *eqs.* quidam chalcan vocant. DIOSC. 3, 151 de buoptalmon (-os *P*). buoptalmon aut blan (κάχλαν; bablan *P*) dicunt. PS. DIOSC. herb. fem. 30 buftalmon (busthalmon *L*[1]) alii calcam dicunt. ISID. orig. 17, 9, 93 bupthalmos (buptalmon *Gu. 2*) florem habet croceum oculo similem, unde et a Graecis nomen accepit.
2 PLIN. nat. 1, 25, 102 aizoum maius sive bupthalmon sive zoopthalmon. 25, 160 maius *genus aizoi* in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui bupthalmon appellant, alii zoopthalmon (zoobthalmon *V*). DIOSC. 4, 87 aisdo maiore dicitur ..., aut bultamon aut zortalmon dicitur. PS. APVL. herb. 123 pr. item herba semperviva (*i. aizoon*) bupthalmos et zoopthalmos appellata est propter schema.

būra, -ae (**būris,** -is) *f.* [*orig. inc. sunt qui conferant c. gr.* γύης (*v. Fick, Bezzenbergers Beitr. 17, 321*) *aut c.* γυρός (*v. Fröhde, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 22, 255*). *Th.*]. bura: VARRO ling. 5, 135 qui quasi temo est inter boves, bura a bubus. rust. 1, 19, 2 saepe fracta bura relinquunt *boves* vomerem in arvo; *cf.* NON. p. 80 bura dicitur pars aratri posterior decurvata. GLOSS. V 638, 52. buris: *acc.* -im VERG. georg. 1, 170 *al. cf.* PRISC. gramm. II 329, 4. VERG. georg. 1, 170 magna vi flexa domatur in burim et curvi formam accipit ulmus aratri. SERV. *ad l.* in burim: in curvaturam; nam buris est curvamentum aratri (GLOSS. V 348, 10. 404, 16), dictum quasi βοὸς οὐρά (FRG. Bob. gramm. VII 544, 23), quod sit in similitudinem caudae bovis (ISID. orig. 20, 14, 2). SERV. auct.: alii burim curvaturam temonis quae supra est, et quod est infra, urvum dicunt: buris enim ut curvetur, ante igni domatur, id est amburitur.... Varro ait totum burim indici ab urbe (*corrupt., fort.* temonem burim dici a bubus. *v. supra l. 24*). PHILARG. *ad l.* pars aratri, quae curvatur, 'buris' dicta, ut videtur Modesto, a bustione; igni enim flectitur; quasi βοὸς οὐρά, quod sit in similitudinem caudae bovis. *huc pertinent* GLOSS. V 173, 7 burim ea pars aratri quae inflexa est, cui (-xe sicium *trad.*) temo adiungitur. *sim.* 209, 27. 210, 5. 28, 18 im burim in curvationem. *sim.* IV 246, 46. V 76, 8. 11. *cf. Heraeus, Archiv 6 (1889) 553.* PAVL. FEST. p. 39 lorum, quo temo buris cum iugo conligatur. FEST. p. 375 qui *sulcus* fit in urbe condenda urvo aratri, quae sit (*Vahlen*, fit *trad.*) forma simillima uncini curvatione buris et dentis, cui praefigitur vomer. ARNOB. nat. 2, 23 quaerere ... quid sit ... mola buris aut sarculum. GLOSS. II 31, 50 buris ῥυμὸς ἀρότρου. III 262, 55 ἔλυμα buris. II 570, 32 buris scaes (*anglosax.*). [*forjul.* bure. *M.-L.*] *Münscher.*

1. Būra, -ae *et* **Būris,** -is *opp. Achaiae,* Βοῦρα, *terrae motu a. 373 a. Chr. absorptum; cf. Oberhummer, PW. III 1059.* Bura: PLIN. nat. 2, 206 Helicen et Buram sinus Corinthius *abstulit* (SCHOL. Cic. Bob. p. 232 Biram). 4, 12 oppida *Achaiae* Helice, Bura. AMM. 17, 7, 13 Helice et Bura (Burra *VP*). HIER. chron. a. Abr. 1637. NEPOTIAN. 9, 34 Bura et Helice urbes ... fluctibus obrutae sunt terraeque motu esse destiterunt. Buris: OV. met. 15, 293 si quaeres Helicen et Burin, Achaidas urbes, invenies sub aquis. SEN. nat. 6, 23, 4 Helice Burisque. 6, 25, 4 Helicen et Burin. 6, 26, 4 Helices et Buris eversio. 6, 32, 8 Helicen Burinque totas mare accepit. 7, 5, 3 7, 16, 2.

2. Bura *opp. Mesopotamiae; cf. Fränkel, PW. III 1059.* PLIN. nat. 6, 118 ad Pallacontam flumen Bura oppidum.

Buradōnis īlicētum *in Hispania.* MART. 4, 55, 23 et sanctum Buradonis (pura teonis *pars codd.*) ilicetum.

Buragara *v.* Bagaraca.

Buraea *opp. Italiae.* STEPH. BYZ. Βουραία πόλις Ἰταλίας ὑπὸ Βουραίου κτισθεῖσα. τὸ ἐθνικὸν Βουραῖος.

Buraido *nom. vir. barb.* CORP. VIII † 5229 (*in prov. procos.*) Buraido milex de num(ero) Hipp(onensium) Regi⟨or(um)⟩.

Buralus *nom. vir.* CORP. VI 24750 Pontiae Petale matri et Pontio Buralo f⟨r⟩atri C. Mestrius Nitidus fecit.

Buranus *nom. vir.* CORP. III 4827 (*in Norico*) L. Aurelio Augg. lib. Burano. 4907 Cupito Burani f. et Iuliae Iuli f. XV 3153a? CORP. VIII 21535 (*in Maur. Caes.*) Ael. Bura(nus) vet. ... et Ael. **Burdanus** ..., Aufidia Tertia. *Otto.*

buratum incensum GLOSS. V 272, 43. *cf. Thurneysen s. v.* bustum *p. 2256, 6.*

burbalia intestina maiora GLOSS. V 173, 4. *cf.* 614, 4 burbalia intestina. II 477, 49 χολάδες τὰ ἔντερα vubalia. *cf. Ducange, gloss. s. v.; Diez, Etym. Wörterb. d. rom. Spr. 2 p. 534.* *an scrib.* vulvalia? *Ihm.*

Burbatius, -a *nom. gent.; cf.* Burbuleius. CORP. IX 434 auct. (*Venusiae*) C. Flavio C. f. Hor. Faustino ... Burbatia P. f. Vrsilla filio. 679 (*Ausculi*) P. Burbatius Ianuarius.

Burbida *opp. Hispaniae in Callaecia situm; cf. Hübner, PW*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III 1060. ITIN. Anton. Aug. p. 430, 1 Burbida (Burbala, Burbacla, Burbada, Barbida *pars codd.*). *an idem* Bonisana RAVENN. p. 307, 18*?*

Burbulēius, -a *nom. gent.; cf.* Burbatius. 1 *nomen histrionis cuiusdam*: SALL. hist. frg. 2, 25 *Cn. Scribonium Curionem* nomine histrionis cuiusdam vix sani Burbuleium appellabat. VAL. MAX. 9, 14, 5 Curio ... Burbulei ... propter parem corporis motum ... nomen coactus est recipere. PLIN. nat. 7, 55. 2 L. Burbuleius L. f. Quir. Optatus Ligarianus cos. *priore saec. II p. Chr. parte; cf. Henze, PW. III 1060.* CORP. X 6006. *eiusdem nominis alii*: CORP. VI 16238 Burbuleiae Secundae. X 6025 (*Minturnis*) L. Burbuleio Qptato. XI 6162 (*Suasae, a. 145/160*) L. Burbuleius Matutinus.

? **Burburēs** montes *in Sabinis.* VARRO rust. 2, 1, 17 in Burbures altos montes. *cf. Nissen, Ital. Landesk. I p. 237.*

Burburus *nom. vir.* VOPISC. quatt. tyr. 4, 4 quidam Burburus nomine de numero vexillariorum, notissimus potator, cum ad bibendum eundem (*Firmum tyrannum*) provocasset, ...

burca *v.* borda.

Burcai *nom. vir. barb.* CORP. VIII 4897 (*in prov. procos.*) L. Saturnina uxor Burcai. *in priore tituli parte fortasse legendum* Q. Aedinius Crescens ⟨qui et⟩ Burca⟨i⟩.

Burcana, *Βυρχανίς, Βούρχανις, ins. oceani Germanici, hodie* Borkum; *cf. Ihm, PW. III 1061.* PLIN. nat. 4, 97 XXIII inde insulae Romanis armis cognitae. earum nobilissimae Burcana Fabaria nostris dicta a frugis multitudine sponte provenientis ....

Burcās, -antis *Maurus.* CORIPP. Ioh. 7, 428 et Burcanta Nathunque ferit.

Burcaton *nom. vir.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 156^B Burcaton episcopus Gemellensis.

Burce *nom. barb.* CORP. X 7809 (*in agro Caralitano*) d. m. Burce ... fec. Agbadeus fil. piis.

Burcēnsis *incola oppidi provinciae Numidiae; cf.* Buruc. NOT. episc. Num. 5 Leontius Burcensis (Bursensis *H*).

Burcius *et* **Burchius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 2984 C. Burchi Iovini mil. coh. VI vig. V 7963 (*Cemeneli*) Burciae M'. f. Secundae. *cf. W. Schulze, Eigennamen p. 110, 1.*

Burco, -onis *nom. vir.* 1 Burco *qui Alamannos a. 457 vicit*: SIDON. carm. 5, 378 Burcōnem dirigis illo exigua comitante manu. 2 ENNOD. opusc. 3, 22 *sqq.* p. 336 *sq.* Summias vocitatur ager *ad ostia Padi situs* ... de huius praedii finibus antiqua cum clericis Burco quidam lite certabat. ... Capraria Burconis mater. 3 NOT. episc. Maur. Caes. 45 Burco Vardimissensis pr(es)b(y)t(er).

Burd(...) *legitur in gemma* CORP. XIII 10024, 362 C. C(...) L(...) Burd(...) salus. *Otto.*

Burdanus *v. sub* Buranus. **Burdap**(...) *v.* Burdipta.

burdātio, -ōnis *f. vectigal agro a fisco civili impositum*: GREG. M. epist. 1, 42 p. 64, 9 cognovimus, quod prima inlatio burdationis rusticos nostros vehementer angustet, ita ut, priusquam labores suos venundare valeant, compellantur tributa persolvere. p. 66, 6 rusticos burdationem, quam iam ab eis exactam Theodosius minime persolverat, iterum dedisse. *v. Ducange s. v. et s. burdura. Münscher.*

Burdegal- *v.* Burdig-. **Burdenīs** *v.* Burdipta.

Burdidizō *v.* Burtudizum.

Burdigala, -ae *f. opp. Biturigum Viviscorum in Aquitania, hodie* Bordeaux. *cf. PW. III 1061; Corp. XIII 1 p. 75 sq.* ISID. orig. 15, 1, 64 Burdegalim appellatam ferunt, quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta est. *formae* Bordig-, Burdeg-, Bordeg- *al. apud posteriores passim* (*v. testim. apud Holder, Altcelt. Sprachsch. s. v.*). Bordicalon: RAVENN. p. 298, 1. *apud Graecos Βουρδίγαλα* (*de interpretibus Eutropii v. l. 67*). STRAB. 4, 190 *ἐμπόριον Βουρδίγαλα.* MART. 9, 32, 6 crassae mentula Burdigalae. PTOL. 2, 7, 7. 8, 5, 4. ITIN. Anton. Aug. p. 453, 5 ab Asturica Burdigalam. 456, 5. 6. 457, 2. 458, 5. 461, 1. TAB. Peut. 2, 1 Burdigalo. ITIN. Burdig. p. 549, 2 itinerarium a Burdigala (Bordegala *cod. Veron. hic et reliquis locis*) Hierusalem. 549, 7 civitas Burdigala, ubi est fluvius Garonna. 553, 1. 571, 3. EVTR. 9, 10 Tetricus ... apud Burdigalam purpuram sumpsit (*ἐν Βουρδιγάλλοις Paeanius, ἐν Βουρδογάλῳ Capito*). AMM. 15, 11, 13 AVSON. 167, 2. 174, 6. 191, 1. 8. 196, 19. 200, 10. 24. 38. 207, 17. 209, 14. 217, 1 (*v. p. 2248, 10*). 298 tit. 298, 8 Burdigala est natale solum. 298, 39 diligo Burdigalam, Romam colo, civis in hac sum, consul in ambabus. 319, 4. 397, 2 Burdigalae molles liquimus illecebras. 417, 79. 417, 90 iuga Burdigalae. 470, 7 ipse ego Burdigalae genitus. Mos. 19 nitentis Burdigalae (PAVL. NOL. carm. 10, 241 nitentem). 449. PAVL. NOL. epist. 3, 4 Burdigalae baptizatus sum. 15, 3. 48 SVLP. SEV. chron. 2, 48, 2 VRAN. epist. 2 p. 860^A SIDON. epist. 7, 6, 7. 8, 9, 1. 8, 11, 3. 8, 12, 1 RVRIC. epist. 2, 33 p. 417, 13 PAVL. PELL. 44. 502 PROSP. chron. I 462, 1187. CHRON. Gall. chron. I 657, 565 in Burdegalam. ADDIT. Prosp. Havn. a. 498 chron. I p. 331 Franci Burdigalam obtinuerunt. GREG. TVR. Franc. 4, 47 p. 182, 12 *et* 9, 20 p. 376, 16 Burdegala. 2, 13 p. 81, 2 Burdigale. Mart. 4, 40 Burdigala urbe adpulsi sunt. CORP. VIII 2103 D. Seius D. f. Quir. Iuvenis Burdigala mil. leg. III Aug. *adi.*

Burdigalēnsis, -e *et incolae* **Burdigalēnsēs,** -ium. AVSON. 198 tit. grammaticis Graecis Burdigalensibus (*et saepius in libello cui inscribitur* commemoratio professorum Burdigalensium). 398, 19 *ostrea* Burdigalensia. HIER. chron. a. Abr. 2369 Minervius Burdigalensis rhetor. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 7 synodum (PROSP. chron. I 462, 1187). SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 23 discipulis Burdigalensibus. ALC. AVIT. carm. 1, 18 tit. villa Burdegalensi (1, 19 tit. 1, 20 tit.). 1, 18, 6 urbs (GREG. TVR. Franc. 2, 37 Burdigalinsi urbe *et saepius*). 4, 9 *et* 10 tit. civitatis (GREG. TVR. Franc. 6, 10 Burdegalensim *et saepius*). 1, 15, 68 decus. 1, 16, 3 praemium. *et saepius.* GREG. TVR. Mart. 3, 33 regione. glor. conf. 44 ecclesiam *et* clericorum. Franc. 5, 33 vicus. 6, 21 oppidi. 8, 34 puer. 9, 5 terminum. AVSON. 217, 1 qui vel peregrini Burdigalae vel qui Burdigalenses peregre docuerunt. NOT. Gall. 13, 1 chron. I p. 604 metropolis civitas Burdigalensium (burdeg- *codd. plerique*; burdic-, bordig-, bordeg- *al.*). ALC. AVIT. epist. 4 p. 29, 31 cuidam Paulino Burdegalensi (p. 29, 33). GREG. TVR. Franc. 9, 31 Petrocoricis Burdegalensibusque. *Ihm.*

Burdipta *statio in Thracia sita; cf. Oberhummer, PW. III 1061.* ITIN. Anton. Aug. p. 137, 2 Burdipta (Burdipa, Burdicta, Burtippa *pars codd.*). 231, 6. ITIN. Burdig. p. 569, 1 mansio Burdista (Busdicta *cod. V*). TAB. Peut. 8, 3 Burdenis. ACTA Alex. 26 (Act. Sanctor. Mai III 199) in locum quendam ... Bortiam nomine. *incertum an eadem intellegenda sit* CORP. VI 2799, 12 (= 32543) M. Aur. ⟨...⟩ Bitus Phil(ippopoli) v(ico) Pomp. Burdap. *Otto.*

burdit *ψηϱτιᾷ* (*ψιϱτιᾷ Buecheler ut σκιϱτᾷ*) *γαυϱιᾷ* GLOSS. II 31, 39 [*v. Ducange s. v. 'burdare' et 'burdire'; Diez, Etym. Wörterb. d. rom. Sp. II p. 531. Th.*]. *Münscher.*

Burdius *nom. serv.?* CORP. VI 21644 L. P. (Lucretii L. l.?) Dlabella Burdius. *Otto.*

burdo, -ōnis (-dus, -i) *m.* [*orig. inc. fortasse cf. c.* buricus. *Th.*]. *forma* -dus SCHOL. Hor. epod. 4, 14. *gr. scrib.* EDICT. imp. Diocl. 14, 10 MALAL. p. 178, 16. *i. q. mulus*: ISID. orig. 12, 1, 61 burdo ex equo et asina *nascitur* (EVG. TOLET. carm. 42, 2 burdonem sonipes generat commixtus asellae. GLOSS. V 493, 25. 563, 45). GLOSS. II 324, 56 *ἡμίονος ἐξ ἵππου ϑηλείας καὶ ὄνου* mulus uurdo. III 189, 6/7 imonos (*i. ἡμίονος*) mulus. mulaus burdo. POMP. gramm. V 148, 32 *potest* animal esse et burdo. NOT. Tir. 112, 42. VLP. dig. 32, 49 pr. legato continentur ... iumenta vel lectica vel sella vel burdones. SCHOL. Hor. epod. 4, 14 nimiarum deliciarum vult esse burdos habere, id est burdones. EDICT. imp. Diocl. 11, 4a sagma burdonis. ANTH. 101, 3 hanc (*basternam*) geminus portat duplici sub robore burdo, provehit et modico pendula saepta gradu. 204, 6 burdonum ductor. 365, 6 pater est burdo Pasiphaeque redit (*cf. lusum in nomine proprio* Burdo *in v.* 3). PELAGON. 141 rhododaphnen si burdo comederit. 196 si ... burdo maiorem sarcinam tulerit. VVLG. IV reg. 5, 17 onus duorum burdonum (*γόμος ζεῦγος ἡμιόνων*). DIOSC. 1, 91 cum rene (venere *trad.*) burdonis. PLAC. med. 13 tit. de mula vel burdone. 13, 2 burdonis testiculum. 13, 4 iecur. VICT. VIT. 2, 27 quem ex transverso super burdonem vinctum. ALC. AVIT. epist. 86 p. 95, 20 quod (*prandium*) vix duo burdonum terga detulerant. CASSIOD. hist. 7, 5 p. 1072^A quasi burdones altare ... calcibus evertissent. 9, 43 p. 1158^D nequaquam poterat trahi vehiculum, licet multis plagis burdones affligerentur. ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 burdones, qui in montibus molent. [*ital.* bordone, *francog.* bourdon, *hisp.* bordon. *M.-L.*]
derivata: burdonarius, burdonicus, burdunculus. *compositum*: burdubasta? *Münscher.*

Burdo (Burdu), -ōnis *nom. vir. a* burdo; *cf.* Burdonus, -ianus. TAC. hist. 1, 58 *Vitellius* Iulium Burdonem (*trad.* Burdunem) Germanicae classis praefectum *saevitiae militum* astu subtraxit. TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 5, 84 Arruntio Burdone. CORP. V 4491 (*Brixiae*) C. Vibio Burdoni VI viro Aug. XII 1050*?* XIII 5866 (*Andemantunni*) Verula Burdonis f. *in vasculis* Burdo f., Burdu f., Burdonis of. *sim.*: CORP. XIII 10010, 367. III 12014, 168. VII 1336, 182—186. INSCR. christ. Rossi I 653 (*a. 426*) a ⟨f⟩ossoribus Burdone et Micinum. *Otto.*

Burdoga *v.* Budua.

burdōnārius, -ī *m. a* burdo. EDICT. imp. Diocl. 7, 17 camelario sibe asinario et burdonario (⟨*βο*⟩*ϱδωναϱίῳ*) pasto diurni X bigirti q(ui)nque. *v.* burdonicus. *Münscher.*

Burdōniānus *nom. vir.; cf.* Burdo, Burdonus. CORP. VIII 11861 (*in prov. Byzac.*) Q. Octavius Felix Burdonianus. *Otto.*

burdōnicus asinarius GLOSS. cod. Leid. 191^3. *Löwe, gloss. nom. p. 164. v.* burdonarius. *Münscher.*

Burdōnus *nom. vir.; cf.* Burdo, Burdonianus. CORP. XIII 10016, 22 (*in vase*) Burdonus. Burdoni of. *in vasculis* CORP. XII 5686, 145. XIII 10010, 368. *Otto.*

Burdu *v.* Burdo.

burdubasta *m.* [*orig. inc., cf.* butubatta. *Th.*]. PETRON. 45, 11 occidit de lucerna equites, putares eos gallos gallinaceos; alter burdubasta, alter loripes. '*compositum e burdo vel burdone et basternae bastagaeve primordiis' Buecheler. fort. compos. e* burdus *et* bastum, *v. Gröber, Archiv 1 (1884) 248. cf. etiam gr. φοϱτοβαστάκτης.*

burdunculus, -ī *m.* [*a* burdo *deminutive. Th.*]. NOT. Tir. 112, 43 *post* burdo. NOT. Bern. p. 15^b. MARCELL. med. 5, 17 herbam, quam alii burdunculum vocant, alii linguam bovis. *Münscher.*

Burdunelus *tyrannus.* CHRON. Caesaraug. chron. II p. 222 a. 496 his coss. Burdunelus in Hispania tyrannidem assumit. a. 497 his coss.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gotthi intra Hispanias sedes acceperunt et Burdunelus a suis traditus et Tolosam directus in tauro aeneo impositus igne crematus est.

burdus *v.* burdo.

Bure, Burē(n)sis *v.* Thimida *et* Thubursicum.

Burebista *v.* Buruista. **Burenus,** -a *v.* Burr-.

Burēs *pop. Africae.* IVL. HON. cosmogr. B 47 gentes Africanas quinque, id est Nasamonas, Baccuates, Garamantas, Bures et Bacuenses. B 48 Bures gens.

burga *v.* borda.

Burgaena *nom. mul.; fuerit graece Πύργαινα.* CORP. III 729 (*in Thracia*) Thetis, eadem Burgaena, Italici Corisci Aug. l. con(iux). *Otto.*

burgārius, -ī *m. a* burgus. ISID. orig. 9, 4, 28 burgarii a burgis dicti. CORP. III 13795 (*a. 138*) n(umerus) burg(ariorum) et veredario(rum). 13796 (*a. 140*) n. burg. et vered. INSCR. Dittenberger, syll.² 932, 52 (*a. 202*) ἐπ⟨ιμελ⟩είας βουργαρίων. COD. Theod. 7, 14 tit. de burgariis. 7, 14, 1 (*a. 398*) in burgariis eadem volumus observari, quae de mulionibus lex nostra praecepit, ut ii quoque, qui intra Hispanias vel in quibuscumque locis ausi fuerint burgarios vel sollicitare vel receptare, eodem modo teneantur. *Ihm.*

Burgenae, -ārum *statio Pannoniae inferioris; cf. Patsch, PW. III 1062.* NOT. dign. occ. 32, 5 Burgenas. 32, 24 cuneus equitum Constantianorum, Burgenas. 32, 18 Burgen[t]as. 32, 37 equites Dalmatae, Burgen[t]as. 32, 46 praefectus legionis quinta⟨e⟩ Ioviae, Burgenas. TAB. Peut. 6, 4 *et* RAVENN. p. 216, 10 Burgenis.

Burgina *nom. vir. (?).* CORP. VI 14663 locum Burginae.

Burginatium *statio Galliae Belgicae; cf. Ihm, PW. III 1062.* ITIN. Anton. Aug. p. 256, 2 Burginatio (Burcinatio, Burcinacio, Burginnacio, Burdinatio, Burtinatio *codd.*). p. 370, 1 Burginatio (Bulginatio, Burginacio *duo codd.*). TAB. Peut. 2, 4 Burginatio. *cf.* NOT. Tir. 88, 59 Burdinacium. *idem fortasse* Bogadium (Βογάδιον); *cf. Ihm, PW. III 607.*

Burgio *nom. vir. germ.; cf. Förstemann, Altdeutsches Namenbuch² p. 347.* INSCR. Rhen. Bramb. 70 (*in Germ. inf.*) Blesio Burgionis fil.

Burgoaldus *nom. vir. germ.; cf. Förstemann, Altdeutsches Namenbuch² p. 350.* GREG. M. epist. 13, 7 (*Brunigildae reginae Francorum*) vestrae vero excellentiae famulis ac legatis Burgoaldo et Vuarmaricario. 13, 9. *Otto.*

burgones caules GLOSS. V 173, 6 (*praecedit* burgos castra. *cf.* 614, 5 burgones caulas). *v. Götz, Thes. gloss. s. v. cf.* burgus. *Ihm.*

[**Burgonius**]. Quinti Burgoni *perperam scribit* NEPOTIAN. 9, 3 *ex* VAL. MAX. 1, 8, 2 *pro* Q. Ogulni. *hinc* LANDOLFVS 2, 30.

Burgulīnus *nom. vir. germ.; cf. Förstemann, Altdeutsches Namenbuch² p. 348.* GREG. TVR. Franc. 5, 25 Burgolenus et Dodo. 8, 32 Burgulini (Burgolini, Burguleni *pars codd.*). 9, 40 Burgulini (Burgol- *pars codd.*).

Burgum *locus in Norico situs.* EVGIPP. Sev. 4, 7 *Severinus* ad secretum habitaculum, quod Burgum (Burcum *pars codd.*) appellabatur ab accolis, uno a Favianis distans miliario, saepius secedebat. *cf.* burgus.

Burgundiōnēs *gens Germaniae; cf. Ihm, PW. III 1063. de forma nominis:* Burgodiones: PLIN. nat. 4, 99; Burgondiones: *v. l. 58 et 82, et saepius in codd.*; Burgutiones: IORD. Get. 309; Burgundzones, Burgunzones, Burgundzoni: IORD. Get. 97. 244. 297 *al.*; Burgunziones: PROVINC. laterc. Veron. 13, 17; Burgundi: PANEG. 3, 17; Burgundii: AMM. 18, 2, 15. 28, 5, 9. 28, 5, 11 *v. etiam l. 65*; Burgundio *singulariter infra l. 73. 78 al.* PLIN. nat. 4, 99 Germanorum genera quinque: Vandili, quorum pars Burgodiones (Burgondiones *E²*), Varinnae, Charini, Gutones. PANEG. 2, 4 Burgundiones et Alamanni. 3, 17. SYMM. or. 2, 13 Burgundionum crebra legatio. AMM. 18, 2, 15 terminales lapides Alamannorum et Burgundiorum confinia distinguebant. 28, 5, 9 Burgundios ... bellicosos et pubis inmensae viribus adfluentes. 28, 5, 11 iam inde ⟨a⟩ temporibus priscis subolem se esse Romanam Burgundii sciunt. 18, 5, 14. 30, 7, 11. HIER. chron. a. Abr. 2389 Burgundionum (Burgundiorum *B; sic saepe in codicibus*) LXXX ferme milia, quot numquam antea, ad Rhenum descenderunt. epist. 123, 16. OROS. hist. 7, 32, 11 Burgundionum .... hos ... in magnam coaluisse gentem atque ita etiam nomen ex opere praesumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta burgos vulgo vocant (ISID. orig. 9, 2, 99. 9, 4, 28). 7, 38, 3. 7, 41, 8. PROSP. chron. I p. 467, 1250 Burgundiones partem Galliae propinquam Rheno optinuerunt. SIDON. epist. 1, 7, 5 cum Burgundionibus. 3, 4, 1. 5, 5, 3. 8, 9, 5 vers. 34 hic Burgundio septipes frequenter flexo poplite supplicat quietem. carm. 5, 476 Bellonotus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites. 7, 234. 322. 12, 6. quod Burgundio cantat esculentus, infundens acido comam butyro. IVL. HON. cosmogr. A 26 Burgundiones gens. COSMOGR. 1, 26. ENNOD. opusc. 3, 139 p. 367, 1 Burgundio inmitis. 3, 163 p. 373, 13. 3, 170 p. 375, 3. 1, 54 p. 276, 3 tibi iniuncta est pax diuturna, Burgundio. CASSIOD. var. 1, 45, 2. 8, 10, 8 Franco et Burgundio decertantibus (*rectius fortasse in J*: Burgundione certantibus). 11, 1, 13 Burgundio. 12, 28, 2. hist. 12, 4 quaedam gens ultra Rhenum fluvium est Burgundionum. IORD. Get. 97. 231. 238. 244. 280. 297. 161 Burgondiones. 191 Rom. 309. MART. BRAC. in bas. 14 Ostrogotus, Francus, Burgundio, Dacus, Alanus. VEN. FORT. vita Germ. 72, 193 Hispanus, Scottus, ... Burgundio. PROVINC. laterc. Veron. 13, 17. CORP. XII †2097 (*Viennae, a. 629*) ⟨bon⟩ae recordation⟨is⟩ ⟨...⟩s Burgundio. XIII 3682 (*Treveris*) regalis gentis Burgundionum. *adi.*: VEG. mulom. 3, 6, 3 L. Burgundiones equos. Burgundio *nom. vir.*: SIDON. epist. 9, 14 Sidonius Burgundioni suo salutem. carm. 7, 442. GREG. TVR. Franc. 6, 15 Burgundione nepote *Felicis episcopi Namneticae civitatis.* **Burgundia** *terra.* CASSIOD. var. 1, 46 (Gundibado regi Burgundionum Theodericus rex) discat sub vobis Burgundia res subtilissimas inspicere. GREG. TVR. Franc. 2, 24 magna Burgundiam famis oppressit. 2, 28. 2, 33 regionem omnem quae nunc Burgundia dicitur. 3, 6 Burgundias petunt. 3, 11 Burgundia (-ias *pars codd.*) petere. in Burgundiam. 4, 16 Burgundiam redierunt. *et passim.* VEN. FORT. vita Pat. 15, 44 MAR. AVENT. chron. II p. 235, 534, 1. CONC. Maslac. a. 679—680 p. 222, 17 tam de Niuster quam et de Burgundia. RAVENN. p. 236 iuxta ... Galliam Belgicam Alobriges ponitur patria quae dicitur Burgundia, quam Burgundiam secundam esse legimus Galliam. *Otto.*

burgus, -ī *m.* [*potius a gr.* πύργος *quam a german.* burg- (*got.* baurgs, *theodisc.* burc 'oppidum') *tractum esse probat Much, Zeitschr. f. deutsch. Altertum 41 (1896) p. 113 sq. Th.*]. *cf. Seeck, PW. III 1066; Ruggiero, diz. epigr. I 1053. antiquissima exempla saec. II exeuntis in titulis (v. l. 48 sqq.).* VEG. mil. 4, 10 castellum parvulum, quem burgum vocant. OROS. hist. 7, 32, 12 crebra per limitem habitacula constituta burgos vulgo vocant *Burgundiones, qui inde dicti putantur* (ISID. orig. 9, 2, 99). GLOSS. II 426, 46 πύργος haec turris, bu⟨r⟩gus. 570, 24 burgus turris. IV 27, 1 burgos castra (*sic passim, cf.* burgones). ISID. orig. 9, 4, 28 (*v.* burgarius). 15, 1, 64 (*v.* Burdigala). burgus *fem.* SIDON. *l. 43. forma* burgum *l. 56.* borg- NOT. dign. *l. 40.* [*ital.* borgo, *francog.* bourg, *hisp.* borgo. *M.-L.*]

appellativum et nomen locorum: COD. Theod. 12, 19, 2 (*a. 400*) qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus ... servierit. COD. Iust. 1, 27, 2, 4 (*a. 534*) ubi (*in Africa*) ... res publica Romana fines habuerat et ubi custodes antiqui servabant, sicut et clusuris et burgis ostenditur. PAPYR. Marini 4 (*saec. VII*) quisquis etiam a torrente, qui utrumque burgum dividit, auferre ab eodem burgo vel claustro aliquid praesumpserit. ITIN. Anton. Aug. p. 175, 4 Orudisza ad Burgum (*in Thracia*). NOT. dign. or. 31, 63 cohors ... Alamannorum Burgo Severi (*in Thebaide*). 42, 28 auxilium secundorum Daciscorum Burgo Zono (*in Dacia rip.*). 42, 36 (*ibid.*) praefectus legionis tertiae decimae gemin⟨ae⟩ Burgo Novo (*cf.* Βούργους νόης *apud Procop. de aedif.* 3, 6). occ. 33, 44 equites sagittarii Altino, nunc in borgo contra Florentiam. 33, 62 (*Valer.*) ad borgum Centenarium. Burgus Pontii Leontii, *hodie* Bourg-sur-Gironde: SIDON. carm. 22 tit. Burgus Pontii Leontii. epist. (carm. 22) 3 Burgum tuam ... meam feci. carm. 22, 6 si quis Burgum taciturus adisti. 22, 17 *voc.* Burge (22, 126). 22, 229 per iuga Burgi. 22, 235 sed mage perpetuo Burgus placitura petatur. *cf. etiam* Βοῦργον ἄλτον *et* Βουργονόβορε (-γορε) *Procopii* (*PW. III 1063*). *in titulis:* CORP. III 88 (*a. 371*) fabricatus est burgus ex fundamento. 3385 (*a. 185*) ripam omnem bu⟨rgis⟩ a solo extructis ... munivit (*cf.* 10312/3). 3653 (*a. 371*) hunc burgum, cui nomen Commercium, qua causa et factus est, a fundamentis ... construxit. 5670ᵃ (*a. 370*) hunc burgum a fundamentis ... ad summam manum perduxserunt perfectionis. VIII 3 burgum (*trad.* EVROVM) ⟨a⟩ solo ... instituit. 2494 burgum speculatorum Anto(ninianorum) ... fieri iussit. 2495 (*a. 188*) burgum Commodianum s⟨p⟩eculatorium inter duas vias ad salutem commeantium ... c⟨o⟩nstitui iussit (*cf.* III 12376). 4799 (*christ.*) fa⟨bric⟩atum est b⟨ur⟩g⟨um⟩. 21662 burgum institutu⟨m⟩ per T. Fla⟨v⟩ium Serenum (*aet. Heliogab.*). 22629 burgis novis provincia munita (*a. 183—185*). XIII 6509 (*saec. II/III*) ob burg(um) explic(itum). *v. adn. adde* CORP. III 7494 (= 6159) (*a. 369*) ⟨hunc burgum?⟩ ob defensionem rei publicae extruxit. *cf. etiam* Burgum. *deriv.*: burgarius. *Ihm.*

Burī *pop. Germaniae,* Βοῦροι; *cf. Ihm, PW. III 1067.* TAC. Germ. 43 retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque claudunt. CAPITOL. Aur. 22, 1 *traditur* Burei. TAB. Peut. 5, 3/4 BVR. **Buricus,** -a, -um *adi.* CORP. III 5937 reversus ab expedit(ione) Burica (*de qua nil constat*). *Otto.*

Buria, -ānus *v.* Burrius. **Buriatēs** *v.* Caburriates.

βουριχάλλια ... τὰς ἁμάξας ἐκ τῶν βοῶν ἐκάλουν LYD. mag. 1, 18.

būrīcus (-ichus), -ī *m.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* burdo. *Th.*]. *forma* -rich-: PORPH. Hor. carm. 3, 27, 7 epod. 4, 14 SCHOL. Hor. epod. 4, 14 *in* γ. HIER. epist. 66, 8 (*pars codd.*). GLOSS. III 180, 59. II 127, 2. brunic-: *v. l. 83 et p. 2251, 1.* *nomen equi parvuli:* PORPH. Hor. carm. 3, 27, 7 manni equi dicuntur pusilli, quos vulgo burichos (SCHOL. Hor. *ad l.*, buricos *A*) vocant. epod. 4, 14 eleganter mannis, quia nimiarum deliciarum afluentia est equos burichos habere (*cf.* SCHOL. Hor. *ad l.* ubi burichos γ, burdos *cett.*). mannos autem equos vulgo burichos appellant. SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 77 ⟨mannis⟩ buricis. VEG. mulom. 3, 2, 2 L. non dubitatur in buricis (buraces *L*) minora ista et in primae formae equis esse maiora. HIER. epist. 66, 8 ferventes burichos (*om. al.*) mannos. PAVL. NOL. epist. 29, 12 p. 259, 5 macro illum et viliore asellis burico sedentem. ISID. orig. 12, 1, 55 mannus ... equus brevior est, quem vulgo buricum (*sic Arev.*, brunnium, brunicum, brunitium *sim. trad.; v. p. 2251, 1*) vocant. GLOSS. III 180, 59 burichus microfius (*i.* μικροφυής; *sequitur* 180, 60 nanus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nanus). V 221, 3 manus equus brevior est quem vulgo brunicum vocant (*cf. p. 2250, 83*). 604, 27 mannulus caballus buricus (*cod. Epin. post* 373, 20). 604, 45 manius burceus. II 127, 2 mannis βουρίχοις. *cf.* mannus, mannulus. [*ital.* brico, *hisp.* borrico. *M.-L.*] *Münscher.*

1. Buricus *v.* Buri.

2. Buricus *cogn. vir.* CORP. X 8059, 36 (*in signaculo*) Burici. XII 2525 (*inter Augustum et lacum Lemannum*) T. Rutil. Buricus. VIII 11400 (*in prov. Byzac.*) Iul. Buricus. 12390? *Otto.*

? **burina** NOT. Tir. 128, 51. *Münscher.*

burio *v.* borrio. **buris** *v.* bura. **Buris** *v.* 1. Burā.

Buritānus *adi. ad opp. Africae ignotum pertinens.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 109^{A} episcopus plebis Buritanae. *cf.* Bures?

Burius, -a *v.* Burrius.

Burnio *nom. vir. barb.* CORP. VIII 21041 (*in Maur. Caesar.*) Licco Burnionis f. Panno⟨nius eq(ues)⟩ coh. Pannonior.

Burnistae, -ārum *civitas Liburnorum; cf. Patsch, PW. III 1068. opp. eorum* Burnum *q. v.* PLIN. nat. 3, 139 conventum Scardonitanum petunt ... Liburnorum civitates XIIII, e quibus Lacinienses, Stulpinos, Burnistas, Olbonenses nominare non pigeat. CORP. III 2809 (*in Dalmatia*) Burnistae ⟨...⟩ses ex pec⟨(unia) publ(ica) refecer(unt)⟩, Scapul⟨a Tertullus⟩ leg. Augg. p⟨rov. Dalmatiae⟩ restit⟨uit⟩.

Burni(us), -a *nom. gent.; cf.* Burrenus. CORP. X 7144 (*Syracusis*) Burniae L. f. Primulae ⟨E⟩paphroditu⟨s⟩ Augustoru⟨m⟩ ⟨li⟩b.

Burnum *opp. Burnistarum, q. v.,* Βοῦρνον, *postea castellum Romanum; cf. Patsch, PW. III 1068.* PLIN. nat. 3, 142 Burnum, Andetrium, Tribulium, nobilitata proeliis castella (*Delmatiae propriae; sed erravit Plinius; cf. Mommsen, Corp. III p. 367 sq.*). TAB. Peut. 6, 1 Burno.

Burnus *nom. vir. hisp.* CORP. II 2484 (*periit, in Hispania Tarracon.*) Camalus Burni f. SIL. 16, 559 Burnus (Burinis, Burius *pars codd.*) avis pollens, quem misit ripa metalli, qua Tagus auriferis pallet turbatus harenis. 16, 567.

Buro *nom. vir.; cf.* Burrius? CORP. X 640 (*Salerni*) L. Suavitius L. f. Buro. *v. etiam* INSCR. Notiz. degli scavi VIII p. 167 n. 690 (*Syracusis*).

Buronitānus *v.* Burunitanus.

Burorina *dea barbarica.* INSCR. Rhen. Bramb. 46 (*in Batavis*) deae Burorine. *Otto.*

burra, -ae *f.* [*orig. inc., cf. c.* reburrus. *Th.*]. *i. q. lana* (*? sunt qui 'vestimentum' esse censeant. quod si verum, conferendum esse videtur cum* birrus *et* birricus). EVCHERIA anth. 390, 5 nobilis horribili iungatur purpura burrae (byrrae *Valentinianus,* birro *coni. Vollmer*). *translate: fere i. q. nugae*: AVSON. 471, 5 at nos inlepidum, rudem libellum, burras, quisquilias ineptiasque, credemus gremio cui fovendum? *cf.* GLOSS. Plac. V 8, 20 (= 51, 3) burrae Vatroniae (*ita R,* elatr- *G*) fatuae ac stupidae, a fabula quadam Vatroni (butr- *G*) auctoris (act- *G*) quam Burra inscripsit (scr- *G*) vel a meretrice Burra. *v. Bücheler, Rhein. Mus. 33 (1878) 309.* [*ital.* borra, *francog.* bourre, *hisp.* borra. *M.-L.*] *Münscher.*

Burra *v.* Burrus.

Burralus *nom. vir. barb.* CORP. II 2633 (*in Hispan. Tarracon., a. 27*) Bodecius Burralí. *Otto.*

burranicus, -a, -um *a* burrus. PAVL. FEST. p. 36 burranicum genus vasis. *ibid.* burranica potio appellatur lacte mixtum sapa a rufo colore, quem burrum vocant. *Münscher.*

Burranus *nom. vir. barb.* CORP. III 10937 (*in Pannon. sup.*) Amuca Burrani f. 5463 (*in Norico*) Iuniano Burrani f. . . . Sucela Vcconis f. marito. XII 5686, 146 (*in vasculo*) Burrani of. XIII 10001, 71?

Burrea *opp. Galliae meridianae.* RAVENN. p. 245, 11 Latara, Sestantione, Agae Convenarum, Burrea. p. 341, 1 Burret. Guid. p. 514, 1 Burret.

Burredius, -a *nom. gent.; cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 1227) purϑne (?) *et* Burrius. CORP. V 1130 (*Aquileiae*) C. Burredius C. l. Grapo, Burredia C. l. Parra, C. Burredius C. l. Bursa.

Burrēi(us), -a *nom. gent.; cf.* Purreius *et* Burrius. CORP. VI 9814 Burreia Eleutheris, L. Plutius Agatho. IX 1768 (*Beneventi*) Burreia Iunilla. **Burrēiānus** *adi.* INSCR. christ. Rossi II p. 413, 12 in fund(o) Burreiano.

Bur(r)enus, -a *et* **Burrenius,** -a *nom. gent.; cf.* Burnius, Burrius. CORP. III 7341 (*in Macedonia*) Naevius Symphorus VIvir Aug. ..., Burrena Nice. VI 34071 (= 13662) T. Burrenius Philippus. XI 4180 (*Interamnae, a. 338*) Helvidiae Burreniae Modestae nepoti Helvidi Burreni Severi v. c., filiae Burreniae Severae c. f. VIII 3475 (*in prov. Numid.*) Burreniae Fortunatae. III 14206^{3} (*in Macedonia*) Fusc⟨us⟩ M. Bureni M. ⟨f.?⟩ ser. *Otto.*

Burret *v.* Burrea.

bŭrrhīnon (-ī) *n., gr.* βούρινον *non traditum. nomen herbae* Ps. APVL. herb. 68 pr. *v. p. 2235, 63.* *Münscher.*

Burria *et* **Byrria,** -ae *nom. vir. graec.,* Πυρρίας; *cf.* Burrus. Burria: SERV. Aen. 3, 441 *v* autem Latini in u vertunt ut Byrria Burria. MARTYR. gramm. VII 176 Burria. CORP. XIV 2187 (*Ariciae*) Q. Decirius Q. lib. Burria. XI 2064 (*Perusiae*) Pat(i)e (?) Sc. l. Burria. Byrria: SCAVR. gramm. VII 14 quem Graeci Πυρρίαν, nos Byrriam. PRISC. gramm. II 239. 286 Byrria (Burria *pars codd.*). Byrria *servos* TER. Andr. 301. 314 *al.* *cf.* Birria.

Burriānus *v.* 1. Burrius.

Burridava *statio in Dacia sita; cf.* PTOL. 3, 8, 3 Βουριδαυήνσιοι *et Patsch, PW. III 1070.* TAB. Peut. 5, 7 Burridava.

Burriēnus, -a *nom. gent.; cf.* Burrius. *praetor urbanus a. 83 a. Chr.*: CIC. Quinct. 25 a Burrieno praetore. 69 Burrieni. *Otto.*

? **burritus** homo crudelissimus GLOSS. IV 595, 9. 'Busiris?' *adn. editor.* *Ihm.*

Burrium *statio in Britannia sita.* ITIN. Anton. Aug. p. 484, 5 et 485, 1 Burrio. *fortasse idem* Βούλλαιον; *cf. Hübner, PW. III 1051.*

1. Burrius *et* **Burius,** -a *nom. gent.; cf.* Burrenus, Burnius, Burredius, Burreius, Burrienus (Buro? Bursius? Burtius?). *v. etiam W. Schulze, Eigennamen p. 110, 1 et 144, 8.* CORP. VI 13663 M. Burrio Felici patron(o)... M. Burrius Hermes .... X 1403, a, 2, 11 (*Herculanei*) M. Burrius M. l. Euphem⟨us⟩. VII 621 (*a. 237*) ⟨cur⟩ante Burrio ⟨...⟩cto prae⟨fecto⟩ (*cohortis* ...). CORP. XIV 256, 72 (*Ostiae*) Burius Cassius. V 6512 (*Novariae*) d. m. Buri Nocine (centurionis) leg. XIII g. ... Burius pater f. k. VIII 7236 (*in prov. Numid.*) Buria Ianuaria. PHLEG. TRALL. macrob. 2 Βουρία Λυχναινὶς πόλεως Πάρμης.

Burriānus *et* **Buriānus** *cogn.* CORP. VI 2562 Aur. Burrianus mil. coh. V pr. 36018^{a} L. Otacilio Burriano. *cogn. serv.*: CORP. VI 9059 T. Flávió Aug. lib. Créscenti tabular. Burriánó. CORP. IX 2568 (*Boviani Vndecimanor.*) M'. Betio M'. f. Buriano IIvir. i. d. VIII 683 (*in prov. Byzac.*) Licinius Burianus. XI 3638 (*Caere*) C. Atti M. f. Buria(ni). 3639?

2. Burrius *et* **Burius** *nom. vir. barb.* CORP. III 9760 (*in Dalmatia*) Burrius Betuloni f. Trebocus miles cho. Aquitanorum. 2208 (*ibid.*) Aurelius Burius ... matri sue pie Horanie. VI 2732 d. m. Aur. Buri mil. coh. X pr. Aurelius Diszairai ... convicano. *Otto.*

burrus (birr-, byrr-), -a, -um [*tractum a gr.* πυρρός. *Th.*]. *forma* birr-: GLOSS. IV 314, 15. 592, 51. 601, 22. V 591, 73; byrr-: GLOSS. V 444, 7. 444, 6 (byrsum); boarris: GLOSS. V 348, 38; borr-: GLOSS. V 403, 56; barr-: GLOSS. IV 24, 30. V 562, 36. 402, 4 (bars-). 492, 37. *cf. infra l. 41.* PAVL. FEST. p. 31 antiqua consuetudine ... πυρρὸν burrum ... dicebant. burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum; unde rustici burram appellant buculam, quae rostrum habet rufum. pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur. p. 36 *v. sub* burranicus *p. 2251, 55.* SERV. Aen. 2, 469 Pyrrhus a colore comae dictus, qui latine burrus dicitur. GLOSS. II 28, 33 barus burrus πυρρός. 31, 42 burrum ξανθόν, πυρρόν. *passim in* IV *et* V rufus, niger. burrum rufum. IV 595, 10 burrum rufum vel nigrum. V 348, 17 burum bruum (*anglosax.*, 404, 17 bruun). *cf.* basus. *deriv.*: burranicus. *Münscher.*

Burrus *nom. vir. graec.,* Πύρρος. Burus *infra l. 75*; Byrrus *et* Birrus *p. 2253, l. 2.* CIC. orat. 160 Burrum (purrum *FP,* purrhum *O*) semper Ennius *dicit,* numquam Pyrrhum. QVINT. inst. 1, 4, 15 b quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena. 1, 425 origines nominum, quae ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt, ubi erit aliud secretius ⟨ut⟩ Sullae Burri Galbae. SCAVR. gramm. VII 14 quem nos Pyrrum *dicimus,* antiqui Burrum (Byrrum *codd.*). *ceterum de Epirotarum rege vide* Pyrrhus. Sex. Afranius Burrus (*graece* Βοῦρρος) *origine fortasse Vasiensis ex Gallia Narbonensi, praefectus praetorio inde ab a. 51 p. Chr.; cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 40*: CORP. XII 5842 Sex. Afranio Sex. f. Volt. Burró. SEN. clem. 2, 1, 2 Burrus. TAC. ann. 12, 42 Burrum Afranium egregiae militaris famae. 13, 2 Afranius Burrus et Annaeus Seneca ... rectores imperatoriae iuventae. 13, 6. 20. 21. 14, 51 *al.* SVET. Nero 35. CORP. VI 16963 Afrania Burri lib. C⟨a⟩enis. XI 1531? Burrus *filius Parthenii imp. Domitiani cubicularii*: MART. 4, 45, 4. 5, 6, 6. L. Antistius Burrus *cos. a. 181 p. Chr.; cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 85*: CORP. VI 213 L. Antistio Burro. 725 *et saepe.* Byrrus *in chronicis, v.* CHRON. III p. 510. *ad eundem videntur pertinere* LAMPR. Comm. 6, 11 ut Byrrum, sororis Commodi virum, ...in suspicionem regni adfectati traheret et occideret *Cleander.* CAPITOL. Pert. 3, 7 Pertinax ... dictus est insimulasse apud Commodum adfectati imperii Antistium Burrum. *fortasse idem* FAST. Sal. Palat. a. 178 (Corp. VI 1979) 1 L. Antistius Burrus Adventus *et* CORP. VIII 18893 (*in prov. Numid., a. 164*) pro salute Q. Antisti Adventi Postumi Aquilini leg. Aug. leg. II adiutricis et...L. Antisti Mundici Burri. 18898. *cf.* CORP. inscr. Att. III 907 Μουνδικίαν Σεκουνδίλλα⟨ν⟩ Βούρρου θυγατέρα. *alii*: CORP. VI 35758 P. Maecius ⟨.⟩ Pub. Burrus. XV 7897 (*in fistulis*) Ti. Claudi Burri (*cf.* IOSEPH. ant. 20, 183 Βοῦρρον?). IX 2108 (*in agro Beneventano*) Q. Aquei Q. f. Bur. INSCR. Dessau 3421 (*in Paelignis*) L. Selus C. f. Hercolo donum dat Burus. CORP. X 5340 (*Interamnae*) L. Caudicio L. ⟨f.⟩ Burro IIIIvir. iur. dic. V 3585 (*Veronae*) L. Val⟨erio⟩ L. f. Bur⟨ro⟩. 5216 (*ad lacum Larium*) P. Plinius Burrus. 5564 (*infra lacum Verbanum*) Adiutor ⟨B⟩urri f. XII 537 (*Aquis Sextis*) T. Aemil. Burro. XIII 8284 (*in Germ. inf.*) Q. Pompeius Q. Aniensis Foro Iuli Burrus. 10001, 71? 10010, 369. 10026, 5 M. Probius Burrus. III 3193 (*in Dalmat.*) C. Vari Burri. 5418 (*in Norico*) Burrus Suri f. et Suaducia Boniati f. 11544 Quartu⟨s⟩ Burri ⟨...⟩. II 5860 (*in conventu Carthaginiensi*) Burru⟨s⟩ Magilonis f. VIII 12377 (*in prov. procos.*) Primus Burros et Fabius Honoratus et Secundus Deana. *quaedam ex his videntur*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

